



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodière

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex
Tomorvm Editionem ...

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 ZV 1269

December Die

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)

DECEMBER.

VITA BREVIS S. PROCVLI

ARCHIEPISCOPI RAVENNATIS, VT HABETVR

IN HIERONYMI RVBEI RAVENNA.

tis historiographi libro primo.

1. Decemb.
S. Proculus
diuinitus
eligitur
Episcopus.



CALOCERO Archiepiscopo, qui annum ætatis centesimum superabat viridi senecta, Proculus sextus subrogatur Rauennatum Archiepiscopus, ab columba præmonstratus, natione Syrus, cuius parentes ex Antiochia, vna cum D. Apollinare venerant. Qui cum ad Christi præcepta, vitæ suæ cursum accommodasset, iusteque cum fide vixisset, optimè de Rauennati ecclesia meritis, deuexa iam ætate Calendis Decembris vitam cum morte commutauit. Sepultus ne apud Aderitum Calocerumque, an in D. Eleocadij, incertum. Id cõstat, obiisse sub id ferè tempus, quo Iginus, qui Telephoro in Pontificatu successerat, obruncatus est.

Feliciter
obit.

VITA S. LEOCADIAE VIRGINIS, VT

HABETVR IN LVCII MARINEI SICVLI, REGII

Historiographi, historiarum Hispaniæ libro quinto.

9. Decemb.

S. Leocadia
patria

Carcerei
mancipatur.

Eius obit.



LEOCADIA virgo celeberrima Toleti orta fuisse perhibetur, quæ propter sanctissimos eius mores & Christi cultum, cui feruentissimè seruebat, à Daciano Hispaniæ præfecto tanquam Christiana capitur, & apud urbem Toletanã carceri mancipatur. Vbi cum grauissimos beate Eulaliæ, & reliquorum martyrum cruciatus audisset, positus in oratione genibus, quinto Idus Decembris impollutum Deo reddidit Spiritum. Sunt qui dicunt Leocadiam crudelissimis Daciani fatellitibus, ab altis Toletanæ urbis moenibus fuisse præcipratam, vsque ad locum vbi nunc eius ecclesia colitur extra urbem. De cuius vita & morte plures etiam scripserunt.

PASSIO SS. MARTYRVM NICHASII EPISCOPI RHEMENSIS, ET EVTROPIAE SORORIS EIVS AC SOCIORVM,

vt habetur in per antiquo MS. codice, cui suffragantur antiquissima martyrologia. Habetur quoque eisdem ferè verbis in Spec.

Vincenij libr. 21. cap. 37.

14. Decemb.

S. Aniani
vitã quare
17. Nouemb.
Tom. 6.

V Vandali
debellant
Rhemenses.



TEMPORE quo V Vandali multas vrbes subuertentes, per diuersas prouincias, nihil aliud quam Christianorũ sanguinem sitire videbantur, clarebant in Gallijs Nichasius Rhemensis, & Anianus Aurelianensis Pontifices, magnis prodigijs & virtutibus insignes: Qui meritis suis ac precibus, hanc iram indignationis Dei diu differre decertarunt, vt populũ interim ad penitentiam reuocarent. At illi thesaurizantes sibi iram, nullatenus eorum præceptis salutaribus optemperabãt. Interea V Vandali castrametantur circa urbem Rhemorum, & omni regione depopulata, Christianos potissimum, velut deorum suorum inimicos, & moribus paganorum contrarios, omnino delere satagebant. Vltimo itaque subuersionis die, illis circumquaquẽ fortiter præliantibus, ciues terrore percussũ, ad sanctum Nichasium in orationibus prostratum cucurrerunt, interrogãtes

SURIUS

q. ber
Wolfer
RVIII
5

res quid vtilius fieri decerneret, aut seruituti gentium se tradere, aut vsque ad mortem pro salute vrbis dimicare. Qui praescius, ex reuelatione diuina vrbem penitus subuertendam, cum magna constantia respondit: Indignationem hanc iusto Dei iudicio, nostris sceleribus prouocatam non ignoramus. Quapropter ad flagella diuina compuncti, non inuiti, aut desperantes, sed patientes & deuotissime, cum summa spe salutis nostrae suscipiamus mortis periculum: quatenus ipsa mors praesens, non supplicium nobis fiat, sed remedium. Ecce ego quasi pastor pro ouibus mori paratus sum. Proinde instantius oremus pro inimicis nostris, salutem illis optantes tanquam amicis.

Sancta quoque Eutropia germana sua, expansis in caelum manibus, plebem pro viribus ad martyrium prouocabat. Dum ergo furibundus paganorum impetus irrueret, vir sanctus comitante sorore, cum hymnis & canticis spiritualibus, ad ostium basilicae sanctae Dei genetricis Mariae, quam matrem sedis suae fundauerat, occurrit. Moxque ut ferratas acies vidit, manu silentium indicens, ait: O nutibus diuinis sinistra fortitudo, quare contra naturam humanam conditionis, victoriam vestrae dignitatis in rabiem conuertitis? Nam veri iuris titulus quoddam nobilium bellatorum inscriptus erat: Parcere humilibus & debellare superbos. Et ecce plebs Christiana, Deo suo humilis & deuota, vestris in conspectibus prostrata, remissionem peccatorum vsque ad mortem obediens expectat. Penitemini & vos pro sceleribus vestris, Deum verum agnoscentes, ne forte indignatio eius qua per vos, filijs fit ad correctionem salutis, vobis sit stipendium tartareae damnationis. Quod si oves meas perseverante impietate quaeritis trucidare, me primum pro ipsis, victimam diuinae maiestati libate, ut pariter digni beatitudine caelesti mereamur inueniri. His dictis, cum in oratione prostratus versus hunc decantaret, Adhaesit pavimento anima mea, illico gladiatoris ictu sequente, ac capite truncato, verbum sanctitatis ab ore decollati non desistit, sed immortalitatis sententiam quam petijt adimplendo impetrauit dicens: Viuifica me secundum verbum tuum.

Sancta vero Eutropia, videns circa se impietatem eorum mitigatam, ob corporis sui pulchritudinem, super interfectorem sacerdotis insiliens: Heu crudelis tyranne, ait, quid fecisti? Magnum Dei virum indignis iugulasti manibus, & me tibi abutendam reseruasti: Diuina te iamque damnata sententia. Quem ita ad martyrium suum prouocans, saltu repentino raptis palpebris, non foeminea virtute, sed diuina vltione oculos eius euulsi: maluitque gladios persequentium sustinere, quam delectationibus paganorum assentiendo, peccare. Illico igitur sacro fuso sanguine, palmam martyrij cum germano suo, & ceteris sanctis ibidem triumphantibus a Domino promeruit.

Vniuersorum autem expleta caede sanctorum, terror subitaneus omnes persecutores Vandalorum inuasit: cum propter audaciam virginis, & Dei vltionem quam perspiciebant, tum propter acies caelestes, quas contra se dimicare sentiebant, tum etiam propter horribile sonitum quem in ecclesia audiebant, ita ut relictis spolijs, irruocabiliter aufugerent. Sicque manente ciuitate solitaria (nam fideles incursions Vandalorum pertimescentes, ad montium munitiones confugerant) sub custodia tantum Angelicae martyrum ibi corpora seruabantur: ita ut in noctibus a longe caelestia conspicerentur luminaria, & suauissimi soni supernarum virtutum a multis audirentur carmina. Vnde ex reuelatione diuina confortati conciuces paucissimi qui remanserant, ad urbem properant, ac cum ieiunijs & orationibus hymnorumque decantationibus sanctorum corpora in locis congruis circa ciuitatem venerabiliter humauerunt: ac de cetero sine timore hostium Domino seruiuerunt. Corpus vero beatissimi Nichasij atque sanctae Eutropiae in coemeterio sancti Agri colae solenniter sepelierunt. Quorum omnium sanctorum intercessionibus suffulti optata mereamur pertingere ad gaudia caelestia, per eum qui sine fine viuunt & regnant per infinita seculorum secula, Amen.

DE S. VALERIANO Episcopo, cuius festum in quintumdecimum diem Decembris incidit, quareat lector in Tom. quinto, 17. Octobris, vbi eum charissimus noster confrater Surius inter martyres Africanos posuit.

DE MAXIMO Confessore, mentio fit in discipulorum eius historijs, Auiti scilicet, ad decimumseptimum diem Iunii, Tom. 3. & Carilephi, Calendis Iulij, in Tomo 4. vbi per errorem Episcopus nominatur, cum fuerit tantum Abbas.

S. Nichasius docet de manu domini suscipienda flagella.

Item S. Eutropia populum ad martyrium prouocat.

Psalm. us. S. Nichasius decollatur.

S. Eutropiae zelus.

S. Eutropiae & sodalium martyrium.

Sancti sepulturae de mandatur.

VITA BREVIS SANCTI VRSICINI RAVEN-
NATVM ARCHIEPISCOPI, VT HABETVR IN PER-
docti viri Hieronymi Rubei, de gestis Rauenna-
tum libro tertio.

14. Decēb.
S. Vrsicini
patria.

Eius hor-
tatu D. A.
pollinari
templū ex-
truitur.



BCCLESIO successit in Rauennatū Archiepiscopatu
Vrsicinus, patria Rauēnas, procerō, sed tenui corpore,
facie rubra, magnis oculis, summa vir religione atque
innocentia. Hic Iulianum Argentarium in edificatio-
nem augustissimi templi D. Vitalis incumbentem hor-
tatur, vt ad vnus patroni ciuitatis templum, alterum
adiungeret D. Apollinari, & geminara pietate ambos
Rauennatum deos tutelares, honore afficeret. Id cum
Iustiniano Argentarius significasset, & Caesar fuisset af-
fensus, ad classem, vbi templum ignobile D. Apollina-
ri extructum erat, maius ac nobilius templum edifica-
uit. Quod ad hanc diem extat, ipsam egregij operis admirabilem antiquitatē præle-
ferens. Hisdem diebus Bacūda, Iuliani gener, socero opem ferente, in regione Ra-
uennatis vrbis, cui regioni Aphricisæ cognomētum est, D. Michaēli Archangelo,
templum quod adhuc superest edificauit. Nec haud itā post multō obiit Vrsicinus
Archiepiscopus, cum annos tres Rauēnati Ecclesiæ præfuisset. Sepulchrum iuxta præ-
decessorem suum Ecclesium, in diuorum Nazarij & Celsi sacello. Eius imago in
testudine spectatur Classensis templi. In cuius templi porticu magnis characteribus
hæc scripta erant. Beati Apollinaris sacerdotis basilicam, mandato beatissimi Vrsi-
cini Episcopi, à fundamentis Iulianus Argentarius edificauit, ornauit, atque dedi-
cauit: cōsecrante verō beato Maximiano Episcopo, die Nonarum Maiarum, indi-
citione duodecima. Oētēs P. C. Basilij. Ferunt autem, eum D. Vrsicini Rauennatis
martyris memoriam, cum obruncatus ex humo surrexit, caputque ambabus appre-
hendit manibus, tribus ex collo ramis palmæ prodeuntibus, renouādam curauisse:
quod eo modo sibi ad sepulcrum martyris, orantiq̄ue visus ipse fuisset.

Obit mor-
tem.

Miraculū.

DIVI GREGORII NYSSÆ PONTIFICIS
IN DIEM NATALEM DOMINI NOSTRI IESV CHRL
sti oratio, Petro Francisco Zino Veronensi interprete.

25. Decēb.
Psal. 80.

1. Cor. 14.

Num. 10.

Psal. 117.

Natiuita-
tis Domi-
ni solen-
nis dies et
iam anti-
quitus ha-
bebat.



BVCCINATE, inquit Dauid, in neomenia tubæ, in in-
signis die solennitatis vestræ. Cælestis autem doctrinæ infi-
luta omnia sunt instar legis apud eos, qui audiunt. Quamo-
brem, quoniam adest in signis dies solennitatis nostræ, nos i-
tē obseruemus legem, & officiamur sacre celebratis buc-
cinatores. Legalis autem tuba, vt declarat Apostolus, est ora-
tio. Dicit enim, incertum tubæ clangorem esse non oportere,
sed sonis distinctum, vt ea, quæ dicuntur, perspicua sint.
Edamus igitur & nos, fratres, clarum aliquem sonum, qui
non minus exaudiatur, quā si ederetur cornea tuba: quandoquidem & lex in vni-
bræ figuris antē depingens veritatem, in tabernaculorum celebritate tubis vt cane-
retur, mandauit. Et præsens celebritatis argumentum veri tabernaculi mysterium
est. In hac enim humanum ei tabernaculū figitur, qui propter nos formā hominis
induit, In hac tabernacula nostra, quæ morte corruerant, instaurantur ab eo, qui ab
initio construxerat edificium. Nos etiam ea verba psalmi cum vocali Dauidē plau-
dentes dicamus: Benedictus qui venit in nomine Domini. Quomodo autem venit?
Non nauigio, aut curru aliquo, sed incorrupta virginitate in vitam humanam tra-
iecit. Hic Deus noster, hic Dominus, & illuxit nobis, vt diem hanc solennem consti-
tueret in condensis vsque ad cornua altaris.
Quod autem mysterium, fratres, in ijs, quæ dicta sunt, contineatur, neutiquē
ignoramus: scimus enim vniuersas res procreatas esse veluti templum quoddam
Domini, à quo procreatae sunt. Verum quia superinducto peccato obstructa erant
oraillorum, qui vidī fuerant, & exultationis vox obtinuerat, & dies festos cele-
bra.

SURIUS

q̄ter
Nomen
RVIII
5

brantium consensus distractus erat, cum humana natura cum beatarum mentium natura in celebrando non conveniret, idcirco venerunt Prophetarum & Apostolorum turba, quas lex corneas vocat, quia ex vero Unicorni confecta sunt. Hæc spiritu sancto inflata continuum veritatis sonum protulerant, ut auribus eorum, qui propter peccatum obsurduerant, patefactis, per frequentiam inferioris tabernaculi cum excellentibus illis mentibus, quæ ad altare superius adsunt, concinentem unam solennitatem concelebraretur. Divina enim illius altaris cornua sunt eximia & præstantes cælestis naturæ virtutes, & principatus, & potestates, & throni, & dominationes, quibus cum per tabernaculi excitationem in celebritate coniungitur humana natura, renouatione corporum condensata. Nam condensari, & ornari, & indui, idem est: ut illi, qui hæc intelligunt, interpretantur.

Spirituales tubæ corneæ quæ sunt.

Agite igitur ad spiritalem choream animos nostros excitemus, nobisque choroducem, & principem, & coryphæum Dauidem proponamus, & unam cum illo dulcem illam emittamus vocem: Hæc est dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea. In hac tenebræ incipiunt minui, & crescente splendore, noctis termini contrahuntur. Neque enim casu, aut sponte sua contingunt hæc, fratres, in hac die solenni, qua humana vita splendet diuina vita. Sed per ea, quæ cernuntur, mentis aciem intendentibus arcanum quoddam ostendit natura, ac tantum non vocem emittens docet eos, qui audire possunt, quid sibi velit, quod in aduentu Domini dies augetur, & nox imminuitur. Mihi enim videor eam sic loquentem exaudire: Considera, homo, qui hæc adspectis, ex ijs, quæ videtur, ea tibi aperiri, quæ recondita sunt. Vides noctem ad summam longitudinem peruenisse, & cum progredi ulterius nequeat consistere, ac regredi? Cogita exitiosam peccati noctem, quæ malis omnibus artibus aucta, ad summum malitiæ cumulum venerat, hodie recisam esse, ne longius serperet, atque illuc deinceps redigi, ut planè deficiat, ac deleatur. Vides vberiores lucis radios, & solem solito sublimiorem? Cogita veræ lucis præsentiam Evangelij radijs totum orbem terrarum illustrare.

Psal. 117.

In decrementibus noctibus Dominus nascitur.

Quod autem humana vitæ non ab initio, sed extremis temporibus Dominus apparuerit, hanc merito fortasse causam quispiam existimabit, quod qui malitiam ut tolleret, humanam vitam erat ingressurus, expectavit necessariorum ut omne vitæ inimico satum, propagatumque peccatum germinaret, ac tum demum, ut legitur in Evangelio, radici securim admouit. Nam & qui præstant medendi facultate, dum febris adhuc corpus exurit, & ex causis morbum efficientibus paulatim intenditur, obsecundant morbo, quo ad visam summum peruenit, nec cibi subsidium vllum ægotanti præbent. At ubi malum conspexit, patefacto iam toto morbo, tunc artem adhibent. Sic animorum ægotantium medicus expectavit, dum malitiæ morbus, quo natura hominum victa laborabat, se totum aperiret, ne latens aliquid, incuratum remaneret, si curasset id solum, quod cernebatur. Itaque nec Noë tempestare, cum omnis caro in iniquitate corrupta esset, aduentu suo medicinam attulit, quia nondum Sodomiticæ sceleris germen pullulauerat. Nec tempore euerionis Sodomorum Dominus aduenit, quoniam in humana natura multa adhuc mala latitabant. Vbi enim impius Pharaos? Vbi indomita Aegyptiorum malitia? Nec tunc igitur tempus fuit, ut huic vitæ se Deus commiseret. Oportebat, ut litælitatum iniquitas patefieret. Oportebat, ut regnum Assyriorum, & superbia Nabuchodonosor adhuc in vita latitans ostenderetur. Oportebat, ut piorum cades, tantam sceleratam spinosamque plantam, ex mala diaboli radice prodiret. Oportebat, ut Iudæorum Prophetas occidentium, & à Deo missos lapidibus obruentium, ac Zacharia tandem inter templum & altare interfecto, piaculum admittentium rabies detegeretur. Ad sceleratorum germinum numerum adde & infantium ab Herode patratam cædem.

Item in extremis seculi temporibus.

Luc. 3.

Matth. 23.

Matth. 2.

Cum igitur malitiæ vis se totam effudisset, multisque luxurians modis creuisset in animis eorum, qui singulis seculis scelere insignes extiterant, tunc Deus, ut ad Athenienses Paulus ait, ignorantiam tempora despiciens, in diebus ultimis aduenit, quando non erat intelligens, nec requirens Deum, quando cuncti declinauerant, & facti erant inutiles, quando conclusa erant omnia sub peccato, quando iniquitas abundabat, quando vitiorum tenebræ ad summum usque terminum venerant. Tunc apparuit gratia, tunc veræ lucis enituit radius, tunc in tenebris & umbra mortis sedentibus ortus est iustitiæ Sol. Tunc humanam carnem indutus multa

Act. 17.

serpentis capita pede contriuit, ad terramque allidens conculcauit.

Nè quis autem mala, quæ nunc in vita sunt, respiciens, falsa nos dicere suspicetur, quod in extremis temporibus splenduisse nobis Dominum asseramus. Nam (obiciat aliquis) qui tempora, quibus malitia retegeretur, expectauit, vt illam autem cumulatamque radicibus euelleret sic etiam tollere atque abolere cunctam debuerat, vt nullæ ipsius in vitæ reliquiæ remanerent. Nunc autem & homicidia, & furta, & adulteria, & reliqua omnia flagitia & scelera debacchantur. Is ergo qui hæc spectans sic obicit, insigni, peruulgatoque exemplo quaestionem ipsemet soluat. Quemadmodum cum serpentes interficiunt, non continuo reliquas partes vnà cum capite mori videmus: sed cum interierit caput, illa tamen ad huc vitam retinent, nec vitali priuantur motu: sic accidit in draconis interitu. Etenim ingens cum esset admodum fera, quippè quæ singulis hominum artibus exercebat, qui multiplex eius caput, id est, vim illam malorum inuentricem multa in se capita continentem sustulit, ceterum ipsius partium tractus neglexit, vt interfecta fera motum posterius ad exercitiorum occasionem relinqueret. Ecquod igitur collisum & effractum est caput? Illud, quod impio consilio mortem intulerat, quod morsu mortiferum homini virus iniecerat. Quamobrem qui mortis euerit impetrium, vim, quæ in capite serpentis erat, vt ait Propheta, contriuit. Quod autem huius feræ in humana vita relicum fuit, quodque, quoad homines vitiorum motionibus permouentur, squama peccati vitam irritat, atque asperam reddit, potentia quidem, etsi non penitus actu, iam mortuum est, cum eius caput contrisum, & inutile factum sit. At vbi tempus transierit, & ea, quæ mouentur, constiterint, adueneritque vitæ huius absolutio, quam expectamus, tunc & cauda, & extrema pars inimici, mors ipsa nimirum destruetur, atque ita delebitur omnino cuncta malitia, cum omnes in vitam per resurrectionem reuocati, qui iusti erant, ad celestem quierè accedent, qui autem peccatis obnoxii, in gehenna ignè detruentur.

Egregia
comparatio
serpentis
cum dra-
cone infer-
nali.

Gen. 3.

1. Cor. 15.

Matth. 5.

Num. 24.

Matth. 2.

Esa. 9.

Esa. 7.

Matth. 1.

S. Maria

post par-
tum per-
manet vir-
go.

Exod. 3.

Set ad præsens gaudiū reuertamur, quod pastoribus nunciant Angeli, cæli enarrant, & Magis prophetiæ spiritus multis varijsque rationibus prædicat, vt etiam Magi gratiæ præcones fiant. Nam qui solem suum oriri facit super iustos & iniustos, qui quæ pluit super malos & bonos, cognitionis radium & rorem spiritus alienis etiam linguis demisit, vt aduersariorum testimonio magis etiam apud nos veritas confirmaretur. Audiisti ariolum Balaam meliori numine affatum sic alienigenis prædicentem: Orietur stella ex Iacob: Eccè tibi, qui ab eo genus duxerunt, Magi ex prædicatione ipsius nouum obseruant ortum stellæ, quæ præter aliarum stellarum naturam, & motus & status est particeps, & ad vilitatem hac vitæ vicissitudine. Etenim cum cetera stellæ partim in orbe non errante semel infixa statum immobilem sortitæ sint, partim nunquam cessent à motu, hæc & mouetur, dum Magis se duces præbet, & stat, dum illis ostendit locum.

Audis Esaiam clamantem: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis? Disce ab eodem Propheta, quomodo natus sit puer, quomodo datus sit filius. Nū iuxta naturæ legem? Minime verò, inquit. Legibus enim naturæ non parer, qui naturæ Dominus est. Quomodo igitur natus est puer? Dic, Eccè, inquit, Virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel. Quod si interpretaris, significat, nobiscum Deus. O rem admirandam. Virgo mater efficitur, & permanet virgo. Cernis nouum naturæ ordinem? In alijs mulieribus, quandiu aliqua est virgo, non est mater. Nam posteaquam est facta mater, virginitatem non habet. Hic autem vtrunque nomen in idem concurrat. Eadem enim & mater, & virgo est. Nec virginitas partum ademit, nec partus virginitatem soluit. Decbat enim, vt qui in vitam humanam introibat, vt homines integros incorruptosque feruaret, ab incorrupta sibi deseruiente integritate initium duceret. Nam hominum consuetudo expertem connubij, incorruptam appellat.

Hoc mihi antè magnus ille Moses per eam lucem, in qua sibi Deus apparuit, videtur cognouisse, qui cum rubus arderet, nec tamen consumeretur: Ascendam, inquit, & video visionem hanc magnam: non loci motum, vt arbor, per ascensum declarans, sed temporis transitum. Quod enim tunc per flammam & rubum significabatur, progrediente tempore, quod intercedebat, perspicue in mysterio Virginis apertum fuit. Quemadmodum enim illic est rubus, & tangit ignem, & non comburitur, ita hinc est Virgo, quæ lucem parit, & non corrumpitur. Quod autem

SURIUS

q. ber
Köln

RVIII

5

Infracti
facile est
si virgo
Deo dica-
ta, homini
iungatur
in matri-
monio.

facrilegij fuisset, si muneris Deo sacrați dominus homo fieret. Legibus enim erat constitutum, vt maritus dominaretur vxori; Mulierem rursus inter sacerdotem in templo versari, atque in sanctis ædibus conspici, nec lex, nec grauitas permittebat. Deliberantes igitur in hanc sententiam diuinitus conuenerunt, vt eam conubij nomine cuiusdam desponderent, qui tamen ad custodiam eius duntaxat esset idoneus. Ad hoc autem munus aptissimus inuentus est Ioseph ex eadem tribu & patria, qua erat Virgo. Sacerdotum ergo consilio Ioseph puellam sponsam accepit. Quæ tamen coniunctio sponsalia non est egressa.

Luc. 1.

Tunc ad Virginem missus est Gabriel, qui ei diuinæ voluntatis arcanum aperiret. His autem faustissimis verbis vsus est. Aue gratia plena Dominus tecum. Contraria hæc est oratio illis vocibus, quas prima mulier audiuit. Tunc enim illa doloribus propter peccatum damnata est: nunc autem in hac per gaudium dolor expellitur. In illa molestiæ partum præcesserunt: huic partum lætitiæ prænunciat. Nè timeas, inquit. Quonia omnibus mulieribus timorem affert partus expectatio, dulcis partus promissione timor eximitur. In vtero, inquit, concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Quid autem Maria? Audi pudicam Virginis vocem: Quomodo erit mihi istud, quonia virum non cognosco? Angelus partum nunciat: at illa virginitati inhæret & integritatem Angelicæ demōstrationi antependendam iudicat. Nec Angelo fidem non habet, nec à proposito recedit suo. Interdixi, inquit, mihi consuetudinem viri. Quomodo istud erit mihi, quonia virum non cognosco? Hæc Mariæ vox declarat ea, quæ ex historia incerti authoris commemorauimus, nõ esse penitus absurda. Si enim liberorū causa ducta fuisset à Ioseph, quomodo parituram Angelo prænunciantem, se rem nouam, & alienam audire præ se tulisset, cum ipsa quæ se obstrinxisset naturæ lege, vt aliquandò mater esset? Verum quia carnem Deo consecratam, tanq̃ sanctum aliquod oblatum munus, oportebat intactam integramq; præstare, idcirco, Licet, inquit, Angelus sis, licet è caelo venias, licet id, quod ostenditur, naturam superet humanam, tamen me virum cognoscere nefas est. Quomodo sine viro mater ero? Ioseph enim sponsum noui, sed virum non cognosco.

Vides etiã
antiqua
legis tem-
pore fuisse
in vsu vir-
ginitatē?

Quid ad hæc auspex Gabriel? Quem thalamum statuit puro, impollutoque conubio? Spiritus sanctus, inquit, superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. O beatum vterum illum, qui bonitatis præstantia ad se traxit animi bona. In reliquis enim omnibus vix animus purus Spiritus sancti præsentiam capit: hic autem caro fit Spiritus receptaculum. Sed & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Quid significat arcanus hic sermo? Christus Dei virtus est, & sapientia, vt ait Apostolus. Virtus igitur Altissimi, quæ Christus est, per aduentum Spiritus sancti formatur in virgine. Quemadmodum enim vmbra ad præcedentium corporum figuram effingitur, sic forma & indicium diuinitatis Dei in virtute ipsius, qui paritur, ostenditur: & imago, & signum, & adumbratio, & splendor exemplaris per admirabile rerum effectiõnem demonstrabitur.

S. Mariæ
caro S. Spi-
ritus rece-
ptaculum.
1. Cor. 1.

Verum hortatur nos Euangelium, vt in Bethleem oratione reuertamur, & quæ in antro sint mysteria videamus. Quid nam est hoc? Puer pannis inuolutus, & positus in præsepio: & Virgo post partum, ac incorrupta mater complectitur filium. Emmittamus illam Prophetæ vocem: Sicut audiimus, sic vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei nostri. Num hæc, quæ audiimus de Christo, fortuna & casu contigerunt, & scripta sunt, an historiæ subest aliqua ratio? Quid sibi vult hæc Domini in antro sedes? hæc in præsepi reclinatio? Cur tempore descriptionis tributorem in vitam ingreditur? An perspicuum est, eum, quem admodum à legis execratione nos eripit factus ipse pro nobis execratio, & liuores nostros in se transfert, vt eius liuore nos curemur, sic etiam vestigalem fieri, vt nos à grauissimo vestigali, quod ab homine mors exigit, liberaret? Quod verò spelūcam vides, in qua paritur Dominus, cæcam hominum vitam, & sub terra demersam cogita, in qua nascitur ille, qui in tenebris ambulans, & in regione vmbrae mortis sedentibus se ostendit: Pannis autem obuoluitur, & fascijs constringitur, qui peccatorum nostrorum catenas subit & vincula.

Christi
conceptio.

Luc. 2.

Psal. 47.

Eius nati-
uitas.

Esaï. 53.

Esaï. 1.

Præsepe verò, in quo Verbum gignitur, bestiarum est domus, vt cognoscat bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui. Per bouem intellige illum, qui legis iugo subiectus est: per asinum autem, quod est animal ferendis oneribus natum,

SURIUS

q̃d ber-
uoluerit

RVIII

5

tum, cum, qui simulacrorum cultus onustus est crimine. Ceterum commune ratione expertium animalium pabulum & vita, foenum est. Producent, inquit Propheta, foenum iumentis. Quod autem ratione pregitum est animal, vescitur pane. Idcirco in praesepe, quod est animalium ratione vacantium sedes, è caelo delapsus vitæ panis proponitur, vt & quæ à ratione remota sunt animalia, rationis cibo nutriantur, atque ita ratione decorentur. Medium igitur in praesepe se inter bouem & asinum utriusque Dominus locat, vt medium parietem maceria soluens, duos condat in semetipso in vnum nouum hominem, ab altero graue legis iugum eripiens, alterum simulacrorum cultus onere liberans.

Sed oculos ad mirabilia caelorum spectacula tollamus. Ecce enim non Prophe- ta solum & Angeli gaudium hoc nobis denunciant, verumetiam caeli rebus suis admirandis Euangelij gloriam praedicant. Ex Iudæis, vt ait Apostolus, Prophe- ta Christus ortus est. Sed eius ortu non illuminatur Iudæus. Peregrini, & à testamen- torum promissione, benedictioneque patrum alieni sunt Magi, qui cognitione po- pulum Israelitam anteuertunt, & celestem agnoscentes lucem, & in spelunca Re- gem non ignorantes. Hi munera afferunt, illi insidias struunt. Hi venerantur, illi persequuntur. Hi gaudent inuento, quem exquirebant, illi nunciatum ipsius ortum reformidant. Videntes enim, inquit, stellam supra locum, vbi erat puer, gauisi sunt gaudio magno valde. Herodes autem sermonem audiens turbatus est, & omnis Ie- rosolyma cum illo. Hi tanquam Deo thus offerunt, & auro dignitatem regiam colunt & prophetica quadam gratia per myrrham mortis dispositione subsignificant. Illi vero cunctos infantes vnum in locum coactos internecone tollèdos censent. Quod eos mihi non solum crudelitatis, verumetiam summæ dementiae videtur coarguere.

Quid enim sibi vult ista puerorum trucidatio? Cur ausi sunt homicidæ sese tanto scelere obstringere? Quoniam nouum quoddam, inquit, mirandumque caeli por- tentum Regis indicium Magis nunciavit. Quid igitur tum? Aut porrendenti signo fidem habes vt vero, aut quod rumore iactatur, vanum putas. Si talis est, qui caelos sibi fecerit inferuire, prorsus est supra manum tuam. Sin aut in potestate tua est, vt ille vel viuat, vel moriatur, cū frustra pertimescis. Qui enim id agit, vt imperio tuo subditus ipse sit, pro quo molietur insidias? Cur horrendū illud datur mandatum? Cur impia fertur sententia, vt miserī infantes trucidentur? Quid peccarunt? Quid morte, aut supplicio dignum ad miserunt? Crimen vnum duntaxat habent, quod nati sunt, & in lucem editi. Et propterea necesse fuit, vt ciuitas carnificibus comple- retur? vt cogereretur matrum multitudo, & infantium populus? vt adessent etiā pa- tres? & generis propinquitate coniuncti ad sauum facinus congregarentur? Quis o- ratione calamitatem describat? Quis acerbitatem enarrans oculis adspiciendam proponat? mixtam illam lamentationem, luctuosum questum, puerorum, matrum, propinquorum, patrum ad minas carnificum miserabiliter exclamantium?

Quis dicendo possit exprimere carnificem gladio contra puerum irruentem, & toruo truci que vultu conruentem, ac verbis crudelibus alloquentem, vna quidem manu corripientem infantulum, altera verò gladium adigentem? Matrem porro ex altera parte filium ad se trahentem, obijcientemque ceruicem suam acuto gla- dio, nè miserum filium carnificis manu necatum proprijs oculis intueatur? Quis explicet ea, quæ patres agunt, reuocationes, suspiria, postremos filiorum comple- xus? presertim cum idem à multis fiat eodem tempore? Quis variam multiplicem- que calamitatem, & conduplicatos puerperarum dolores partus exponat, & acer- rimas, quas ad mouebat natura, faces? Quomodo puer infelix & vberī simul inhere- ret, & per viscera letalem plagam acciperet? Quomodo misera mater simul infan- tis ori subderet vbera, & sinu sanguinem eius exciperet? Manūs autem impetu sæ- penumerò carnifex vno gladij ictu filium & matrem cōsauciabat, & vnus sangui- nis riuus ex matris plaga, & ex mortifero vulnere filij mixtus decurrebat.

Iam verò cū nefaria Herodis sententia non solum nupèr geniti necarentur, sed etiam illi, qui alterum agebant annū, raperentur ad mortem, (Scriptū est enim eum iussisse, bimulos & minores interfici) videre erat matres non paucas, quæ eo temporis spatio duos filios enixæ fuerant. Quodnam igitur rursū in his specta- culum cernebatur, cū duo carnifices circa matrem vnā essent occupati, vnusque propè currentem filium ad se raperet, alter autem lactentem adhuc infantulum è gremio

Psal. 103.

Cur in præ-
sepio nomi-
nus sit po-
stus.
Ephes. 2.

Hebr. 7.

Tres Magi
in copla
Christo
munera
offerunt.
Matth. 2.Sancti in-
fantes oc-
ciduntur.Matrum &
propin-
quorum la-
mentatio.

Matth. 2.

gremio matris euelleret: Quid tum faciat mater infelix, cum natura bifariam in filios diuellatur, & utroque filio maternis visceribus ex æquo faces ad mouente ne sciat, utrum ex carnificibus prius sequatur, cum vnus ex hac, alter ex illa parte pueros ad eadem trahat? Præcurratne ad nuper genitum, confusus, indistinctosque gemitus emittentem? At inhibetur ab altero iam loquente, balbutientique lingua matrem inclamante. Quidnam agat? Quò se vertat? Vtrius voci voce sua respondeat? Vtrius gemitum gemitu excipiat suo? Vtrius defeat necem, cum vterque natura stimulis æquè miseram feriat? Sed amoueamus aures ab hisce questibus, & ad lætiora, diciq; festo magis conuenientia cogitationem conuertamus, licet Rachel, vt inquit Propheta, clamans filiorum eadem deploret. In die enim festo, vt ait sapiens Salomon, malorum decet obliuisci.

Dies festus
Natalis
Domini.
Hier. 31.

Quæ autem nobis celebrior dies hac esse potest, in qua malas diaboli tenebras discutens iustitiæ sol per naturam nostram illucet mundo: in qua qui cecidit, excitatur: qui victus est, in gratiam recipitur: qui cecus est, reuocatur: qui è vita excidit, ad vitam redit: qui seruitutem seruauit, regni dignitatem assequitur: qui mortis vinculis constrictus est, ad regionem viuètiũ reuertitur: Nunc, vt propheta restatur, æræ mortis portæ confringuntur, ferrea comminuntur vincula, quibus antea genus hominum in mortis custodia conclusum detinebatur. Nunc, vt cecinit Dauid, recluditur porta iustitiæ. Nunc per totũ orbem vna voce festum celebrantium clamor exauditur: Per hominem mors & per hominẽ salus. Primus in peccatum lapsus est: iacentem secundus suscitauit. A muliere mulier defensa est. Prima peccato aditum patefecit: hæc, vt testamenti paterer aditus, ministra fuit. Illa serpentis consilium est secuta: hæc serpentis interfectorem exhibuit, & lucis authorem in lucem edidit. Illa per lignum induxit peccatum: hæc per lignum gratiam intulit. Lignum autem crucis intellige, cuius fructus est semper virens, & gustantibus vitam fit immortalis. Nullus autem hanc gratiarum actionem Paschatis tantum mysterio putet conuenire. Sic enim cogitet, Pascha quidẽ diuine dispositionis esse finem, qui tamẽ finis cõsequi nequeat, nisi principũ antecedit. Quid igitur antiquius est? Ortus nimirum morte. Etsi igitur huius bona sunt, pars tamẽ bonori ipsius ortus.

Psal. 106.

Psal. 117.

1. Cor. 15.

Gene. 3.
Luc. 2.
Fructus ligni Crucis, vita est immortalis.

Quòd si quis munera, quæ in Euangelijs commemorantur, enumeret, si recenset miracula curationum, in inopia & fame ciborum copiam, mortuorum è monumento excitationem, subitam atque improuísam effectiõnem vini, expulsiõnes dæmonum, varias affectiõnes ad valetudinem reuocatas, claudorum saltus, illitos luto cæcorum oculos, diuinam doctrinam, leges latas, arcanam similitudinum significationem, hæc omnia huiusce diei gratia comprehenduntur. Hæc enim bonorum, quæ deinceps consecuta sunt, omnium initium fuit. Quamobrem exultemus, & lætemur in ea.

Christina
tuitas om
nium bo
norũ ini
tium.

Negligamus, vt hortatur Propheta, exprobrationem hominum, nec despectio. ne ipsorum sinamus nos vinci, qui diuinæ dispositionis & prouidentie rationem irrident, quasi nõ decuerit Dominum subire corporis naturam, nec in hominum vita nascendo versari. Ignorant enim rei mysterium, quo Dei sapientia nobis salutem afferre constituit. Eramus spontè peccatis nostris venditi, & instar eorum, qui argento vencent, vitæ nostræ inimico mancipati. Quid tibi à Domino optandum fuit? Nonne vt eripereris è seruitute? Cur igitur curiosè requiris modum? Cur benemerenti benemerendi rationem præscribis, non secus, ac si quis benemerito succenseat medico, quòd se non hac, sed illa ratione curauerit? Quòd si diuini consilij rationem curiositate ductus exquiris, hoc tibi satis sit intelligere, non vnum aliud quod bonorum, sed quicquid boni cogitatione ac mente concipitur, illud esse diuinum numen, potens, iustum, bonum, sapiens, omnia denique nomina & notiones, quibus natura diuina declaratur.

Esa. 52.

Considera igitur mihi, num in hoc beneficio, quo nos affecit, cernantur omnia, quæ dicendo percurri, bonitas, sapientia, iustitia, potentia. Vt bonus desertorem amauit. Vt sapiens rationem inuenit, qua seruitute oppressum in libertatem vendicaret. Vt iustus in seruitute continentem, & emptiõnis iure possidentem non coëgit, sed seipsum pro illo, qui victus erat, tradidit, & tanquàm vas & sponfor debitum ipse persoluit, vt eum, qui obstrictus erat, liberaret. Vt potens non victus est in inferno, nec eius caro vidit corruptionem. Neque enim fieri poterat, vt vitæ author ac Dominus à corruptione vinceretur.

caro christi non vidit corruptionem.

At

SURIUS

q. ber
Wolter
RVIII
5

At turpe, inquit, fuit, cum in vitam humanam ingredi, & carnis molestias ex-
periri. Immo verò hic apparet muneris amplitudo. Etenim cum aliter è tantis ma-
lis homo liberari non posset, beatitudinis Rex gloriâ suam cum vita nostra com-
mutavit. Ac puritas quidem ad nostras sordes sese demisit. Sordes tamen ipsa pu-
ritatem non attigerunt. Lux enim, vt in Euangelio legitur, in tenebris fulsit, tene-
bræ autem eam non comprehenderunt. Nam tenebræ præsentia splendoris eua-
nescent. Sol in tenebris nõ obscuratur. Quod mortale est, absorbetur à vita, quem-
admodum scribit Apostolus: non autem vita à morte consumitur. Quod corruptum
fuit, cum incorrupto seruatur: corruptio autem ad incorruptionem non ac-
cedit. Idcirco communis rerum omnium procreatarum concentus exurgit Do-
minum suum vna voce collaudantium, sic omni lingua caelestium, terrestrium, Philip. 4.
atque infernorum exclamante: Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris
laudandus in æternum, Amen.

Iohan. 1.

2. Cor. 3.

Philip. 4.

VITA S. BARBATIANI PRESBY-
TERI ET CONFESSORIS, VT HABETVR LIBRO SE-
CUNDO HISTORIARUM RAVENNATUM HIERONYMI RUBEI

vir doctissimi.



VALENTINIANVS eodem quo in Italiâ venerat an-
no, à Theodosio Romam vocatus, illuc se cum Galla Pla-
cidia matre contulit: vbi, vt Theodosius optauerat, Augu-
stus appellatur. Cum verò religione essent incensi, non de-
fuerit Placidia & Valentinianus, cui ab matre Placidi præ-
nomen adseripserant, quin inter tot secundæ fortunæ feli-
ces euentus, summaq; de imperio negocia, loca sancta Ro-
mæ, hominesq; sanctitate ac innocentia vitæ insignes, inui-
serent. Enitebant eo tempore duo sacerdotes Antiocheni
Romæ, Timotheus & Barbatianus. Ad hos cum adissent, solus Barbatianus viuere
re inuentus in cimiterio Calisti. Ibi cum Placidia puella acerbissimo oculorum
dolore laboraret, vir sanctus dominæ precibus commotus, vbi Deum precatus est,
ventrale quod habebat in aquam mersum puellæ tradidit, iubetque oculos vt ex-
tergat, quo factò morbo soluta est.

si Decibr.
Valentinia-
nus à Theo-
dosio Au-
gustus Ro-
mæ a ppli-
atur.

S. Barba-
tiani pa-
tria.

Puellam
ab oculo-
rum dolo-
re liberat.

Nec multò post Calogenes Græcus adolescens Valentiniani seruus cum scalas
descenderet, decidit: ossibusq; confractis & pede comminuto, cum parum abesset à
morte, ad virum Dei importatus, ab eoq; signo crucis obsignatus statim conualuit.

Signo cru-
cis morti
proximū
curat.

Isidorus etiam cum ex pulmonis vlcere ad extremum laboraret, adductus ad S.
Barbatianum, vir sanctus cum Deo antè preces, vt consueuerat, fudisset, porrexit
nonnihil citri, quod sibi fortè ad manus fuit: cuius esu æger morbo liberatur.

Alium æ-
grū sanat.

His plurimisq; præterea prodigijs clarus, Rauennam ab Galla Placidia non
multò post deducitur Barbatianus: quò se Valentinianus cum matre recepit. In-
terea Galla Placidia Rauennæ iam diuo Iohanni Euangelistæ templum extruxe-
rat iuxta Aureliani pomarium, quo loco palus aderat ad portam, quæ Arremedu-
li vocabatur, missis qui vndique lapides elegantes secarent, & aptas columnas fa-
bricarent, pauimento, tessellato opere elaborato: in parietibus verò, naufragij vo-
tiq; historia simili opere picta: Ad orientem erexit testudinem, duabus maxi-
mis innixam columnis, quas bracteato argento incrustauit. Videbatur autem in
maiestate Deus, libellum Iohanni Euangelistæ porrigens, cui erat subscriptum:
Sanctus Iohannes Euangelista: Hinc atque inde mare vitreum, in quo duæ naves
turbulenta tempestate & ventorum impetu agitata: In altera diuus Iohannes Pla-
cidia opem ferens aderat, septemque candelabra, & nonnulla præterea ex ijs quæ
in Apocalypsi describuntur mysteria. Nonnulla præterea columnæ, ipsaq; ma-
xima ara, tota argenteis laminis exornata: Accedebant ad hæc, valuula etiam quæ
dam circa eam aram ex argento, immixtis gemmis: in quarum limine scripta hæc
legebantur: Sancte Iohannes arca Christi, accepta tibi sit oratio serui tui. Super
aram testitudo ex præstanti marmore, quatuor ex argento columnis suffulta, pen-
dentibus vitrinq; aurcis argenteisque * vasibus, ex ipso verò cacumine Crux emi-
nebat

Rauennâ
a Placidia
adductus.

Apocal. 1.
&c.

* for. vasis
nebat

nebat inter poma & lilia. Prætermittenda argentea columba non est, quæ volitare inter vasa illa videbatur.

Eccē primæ Ecclēsiæ in cōsecrandis templis & aris.

S. Barbatianus videt suum templum consecratum.

Vtinā hoc exemplū sanctarū reliquiarum, & ecclesiæ eorum dēcoratē adnotaret.

Placidia S. Barbatiani hortatu, Baptistæ Domini Ecclesiam construit.

Barbatianus emplastro agrū curat, quod suam sanitatem eiecit.

Matt. 9. Ite Theodoram à fluxu sanguinis.

Diuinitus castigatur zelotypus.

S. Barbatianus obdormit in Domino.

Id vnum autem tanto operi, ac Augustæ religioni deesse putabatur, quod nihil haberet reliquiarum D. Ioannis, quibus ara dicari in ore maiorum posset. Hac res mirifice Augustæ animum angebat, & ob id sacra inedia, summis precibus ac vigilijs suppliciter petere, vti, si quid inter homines ipsius esset, suo templo daret dedicando. Barbatianum interea cōsultat, petiq; quid agendum paret. Ipse vt erat summa in Deum fide, non ignorans quantum fidei, quæ eius est munus, tribuere Deus solitus sit, cōsultat in ædificato ab se templo vt vigilet, Deum quæ ac Apostolum de re illa obnixè roget, futurum enim vt tantam animi pietatem Deus nē parui fecerat: seque Barbatianus in hac re Augustæ committē pollicetur. Quod cum ipsa facisset, tertia nocte, cum ambos leuis somnus haberet, postquam preces Deo fuderant, vidit Barbatianus, cum nec penitus dormiret, nec integrè vigilaret, veneranda canicie virum, pontificijs vestibus candidissimis indutum ac mitratum, deambulantē & thure templum sufficientem: cuius facies diuino splendore fulgens, caelestem lucem inferebat. Tanto prodigio commotus vir sanctus, seipsum excutens, ac plenè vigilans, vix sibi ipsi in eo assentiebatur, quod apertè videbat: quapropter tacitis vestigijs, se ad Augustam cōferens festinanter, somno excitatam, de omni re commonefecit, ipsumq; Antistitem per templum deambulantē cōmonstrans: En, inquit, hic ille est, cui templum dicasti. Placidia religionis seruore incensa, se ad Euangelium istam, qui iam ad aram maximam peruenerat, celeriter accurrēs, recipit, ad pedes, quæ eius prouoluit. Tum ille ex oculis elabens, sandalium dextri pedis in Augustæ manibus reliquit. Ipsa voti compos, summa gestiens lætitia, cum Dei benignitatem voce & lachrymis prædicaret, rem omnem, vbi illuxit, Placido Valentiniano filio, omnibusque Rauennatibus ordine exponit. Indè dedicatio summa pompa celebrata est, tertio die antequam mensis Februarii elaboratur: cuius memoria ad hæc vsque tempora, dies ille solennis, a niuersaria vicisitudine celebratur.

Nec multò post, Barbatiani rogatu, Placidia D. Iohanni Baptistæ egeriam ædem, iuxta domum suam, extruendam curauit: vniuersæ ædificationis negotio demando Baduario Patricio Reuennati. In eo templo Barbatianus Deo seruiens, multis prodigijs innotescerebat in dies magis ac magis: ex quibus illud maxime cōmendatur, quo Iuliani Rauennatis nobilissimi viri filium, strumis ita laborantem, vt ab omnibus esset iam desperatus, sanauit: cum sacris peractis, cubiculum ingressus, mox ex cera emplastrum, imminutumque panem cum oleo mixtum, viceribus imposuisset, signoque Crucis obsignasset. Repetē enim disrupsit illis, vermes egressi sunt, & puer ingenti miraculo in sanitatem restitutus.

Pari felicitate ac prodigio Theodoram primariam mulierem, refractatio sanguinis fluxu ad desperationem laborantem, sanauit: cum enim vir sanctus deductus ad eam, in qua expressa mortis effigies videbatur, eam intuens dixisset: Christus qui hoc morbi genere laborantem liberauit mulierem, te sanet: quamobrem eius nomine tibi prædico, surge & ambula: Theodora ad sanitatem statim redacta est. Cuius beneficij magnitudine commota, frequens deinde virum sanctum conueniebat, ab eoque de Christi religione docebatur. Verum Vrsicius Theodoræ maritus intantum ob id zelotypiæ cæco furore exarsit, vt quadam die sub auroram in Barbatianum, qui orabat in templo Deum, districto ense imperum fecerit: sed continuo aruit manus, immobilisque permanens, viro sancto orante, Deus illi restituit sanitatem.

Per idem tempus, Petrus Chrysologus Rauennæ Archiepiscopus, ad ecclesiæ administrationem conuersus, Tricolim aggressus est, quod ædificium ad trium columnarum simulacrum extructum, sacerdotibus Vrsiani templi stationem tutam assiduamque præbebat. Id à successoribus admirabili ædificatione absolutum, nunc non extat. Eius vicem reddunt horti, qui circa Vrsianam ædem conspiciuntur. Templum præterea sacrauit, quod D. Iohanni Baptistæ Baduarii, iussu Placidie, ædificauerat. Cumque Placidia Ariminum se contulisset, incumbens in ædificationem templi D. Stephano, haud procul ab vrbis mœnibus, dicati, incidissetque Barbatianus in leuem quidem morbum, sed pertinacem, qui illi postremus fuit, Petrus certio rem fecit Placidiam, quæ omnibus repente relicta, Rauennam conuolauit: vbi non multò post Barbatianus tranquillè & placidè animam exhalauit. Ab Petro Archie.

SURIUS

q. bar
Wolner

RVIII

5

Archiepiscopo ablatus, & aromate conditus, sepultus est in monumento iuxta arā maximam D. Iohannis Baptistæ. Temporum successu cum eius nomini erectū fuisset templum, haud procul ab diui Zachariæ ecclesia, illuc cadauer importatum fuit. Cæterum tandem corruente templo, ac potius ædícula, in Vrsianam ædem est translatum.

Traslatio corporis eius.

BEATI PETRI DAMIANI SERMO PRIMVS IN DEDICATIONE ECCLESIAE, vt habetur VIII. Tomo Aloysij.



OST Crucem, post Virginem, post Angelos, quid est maius in terris, quid in cælis sublimius? Illa vtiq; quæ accepit Altissimus, quæ vulneravit cor sponsi sui, cui sponsus idem in Canticis dicit: Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, in vno crine colli tui, & in vno oculorum tuorum. Quam speciosa sponsa ista, quæ in vno capillulo, & ocelluli scintillatione vulnerat cælorum Regem, Angelorum Dominum, Filium Dei Patris. De illa nobis est sermo, licet non sit sermo in lingua nostra. Hæc est

Cant. 4.

S. Mater Ecclesia Christi sponsa.

illa, quæ posita est in superbiam seculorum, cuius gloria à mari vsque ad mare, cui Reges & Principes famulantur, quam circumuolat cælestium legionum multitudo, in qua fons sapientia repositus est, hortus conclusus, fons signatus: hortus vbi clara rosaria pulchriori colore resplendent, & felices virgæ: florum & fructuum gloria cumulantur: hortus, quem ventorum non tangit alternitas, vbi mollioris auras gratia frequenter adspirat, & vernans amœnitas allicit intuentes: conclusus, non murali machina, nec cæmentorum lapidum glutinosa tenacitate, sed Angelica statione vallatus: fons, de quo fontes Israël deriuantur, qui irrigat vniuersam superficiem terræ, & emundans: signatus, sigillo vtiq; totius Trinitatis, quod ille malignans effractorius non dico confringere, sed nec contingere audeat. In hac mortua germina regerminat, & aridiora ligna facile resyluunt. In hac contegitur multiplex varietas sacramentorum, & congeritur antiquitas misericordiarum Domini Dei nostri. Et vt breuiter intelligentiæ nostræ propalemus indaginem, duodecim sacramenta sunt in Ecclesia, quæ vnius fidei pietas contegit: circa quorum instantiam reflectitur Christianæ religionis auctoritas.

Gen. 1.

12. sunt Sacramenta large vocè sacramenti accipiendi: alias tantum sunt 7. vt habetur in Concilio Florentino & Tridentino.

Primum est Baptismatis sacramentum. Hoc preciosius est cunctis opibus, & omnia, quæ desiderantur, huic non valent comparari. Quis enim cogitatione cordis, vel volubilitate sermonis impleat, quanta sint in aquarum substantia sacramenta completa? Antequam mundus parturiretur, & ex informi materia multiformium specierum diuersitas exiliret, Spiritus Dei in aurigæ modum ferebatur super aquas, & elementum hoc figurati præmulsebat obsequio. Cælum ipsum ex aquis compactum Hebræorum tradit auctoritas: & per aquas vniuersalis illa purgatio celebratur. Patriarchæ ad aquas sicut vxorij: & per aquas terribile Iudæorum murmur extinguitur. Omnis illa series veteris instrumenti diligentius inspecta, maiorem sacramentorum altitudinem in aquarum materia consignauit. Saluator ipse legem sequens, itinerarij sui principium aquis indixit, cum in flumine sublimis illa potestas ab illo magno homine voluit baptizari. Primum miraculum ex aquis fecit, Samaritanæ iuxta puteum aquarum fontem aquæ salientis in vitam æternam reprodimit. Denique qui ab aquis coeperat, finiuit in aquis: vulnerato enim latere Crucifixi, manauit aqua, quæ terrarum orbem purgatorio lauamine candidauit. Ad extremum inclusiuæ sententiæ chorum Apostolicum imbuens: Eunt, inquit, baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Nonne igitur liquido colligis, quia legis vtriusque sublimitas vim rerum sacramentalium in huius elementum liquore refudit? Non remoueat paucitas exemplorum, cum plurima præmanibus haberentur, nisi prolixitatem euitasset oratio.

Gen. 1.

Baptismus

Matth. 3.

Iohan. 2. & 4.

Iohan. 19.

Mar. vii.

Secundum est sacramentum Confirmationis. In baptismo Spiritus datur ad veniam, hæc ad pugnam: ibi mundamur ab iniquitatibus, hæc virtutibus præmuni-

Confirmatio.

mur. Nonne in superliminari fronte domus nostræ terrestris cõsecrata manus sacri christi imprimi vñctionem? Nec quilibet tanti mysterij legitur executor,

sed

SURIUS

q. ber
Momen

RVIII
5

Episcopus confirmacionis minister.

sed solus Episcopus, super cuius caput fustum est vñctionis oleum, & cuius ditioni sacerdotalis subditur multitudo. Baptismi gratiam omni homini, vel omni sexui persona suę vendicat dignitati. Indè est quòd decretales pagina, & sanctorum patrum, nè nos inermes inueniat fraudulentus ille cõtortor, à quo nemo vnquam nocendi inducias extorsit. Delibuti igitur vtriusque toris vnguento, illo sanati, cõtortorati isto, securius descendamus ad singulare certamen. Nec nos deterreat arma Golia, vel magnitudo moueat staturalis, quia nobiscum est magnus Dominus Deus noster, & magna virtus eius, apprehendens arma & scutum, vt exurgat in adiutoriū nobis.

Extrema vñctio.

Tertium est Vñctio infirmorum. Infirmantibus nobis, & vsq; ad mortem mortali peccatorum febre languentibus, Spiritus pietatis affluit, & recordatus est quoniam puluis sumus. Ait enim diuus Iacobus: Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros Ecclesie, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini. Et oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis est, dimittitur ei. Solennis vñctio, liquor excellens, quo sanitas redditur, peccatum dimittitur, immittitur timor Domini. Vides ne qualiter sacerdotalis manus infirmum corpus alleuiet, & illecebrosam sensuum motionem sacratissima mitiget vñctio. ne? Vnde & sancti patres hanc vñctionem sacramentum esse sanxerunt.

Iacob. 5.

Fructus sancte vñctionis.

Ordinis sacramentū.

Quartum est Consecratio Pontificis. Hæc quanto sublimior, tanto dignior approbatur. Cum enim canonicis sanctionibus eligitur persona, quæ tantæ dignitatis debeat subire fastigium, clarior Pontifex cum cæteris Pontificibus euocatur. Preparatur Ecclesia patrem susceptura de filio. Vngitur illius caput oleo lætitiæ præconfortibus suis, in illius figuram, qui thalamo virginali, spirituali balsamo profusius irroratus, oleum benedictionis super filios hominum distillauit. Liniuntur & manus, vt quicquid benedixerint benedicatur, & acceptum sit diuinæ maiestatis ad spectui. Ponitur & Euangelica pagina super caput ipsius recumbentis, vt & verba vitæ suam sentiat excedere rationem, & oculi eius deficiant in eloquium Domini. Imponitur cidaris capiti consecrato, & aurea lamina frontis gloria præsignatur, in qua contextitur nomen diuinitatis. Traditur annulus secretorum in manu eius, vt dicat cum Propheta: In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Calceantur & pedes in præparatione Euangelij pacis, vt sit de quibus dicitur: Quam speciosi pedes euangelizantium pacem. Accipit & baculum pastoralem, vt ex ipsa virgæ qualitate signetur, qualiter mansuetos colligat, corripiat inquietos, Sic sic solenni vestimentorum glorificatione præfulgidus, & ad altare Dei familiaris intrans & exiens, iram Iudicis in misericordiam Patris felici commutatione deuoluit. Hic habet gladium spiritus, quod est verbum Dei. Hic potest tradere sanata in interitum carnis.

Mos conferendi Episcopos.

Psal. 118. Ephes. 6. Esa. 52.

Eccè quomodo etiam Reges olim, vt nunc fit, inungebantur.

Quintum est Inunctio Regis. Sublimis ista delibutio, quia sublimem efficit potestatem. Cum enim tantæ nobilitatis sanguis, vel genere, vel electione consecratur in Regem, religio cum nobilitate totius regni viribus conuocatur. Adstat hinc Primatum, Metropolitanorum, & Episcoporum gloriosa societas, illinc Ducum, Comitum, Castellanos non spernenda nobilitas. Procedit medius homo super homines regnaturus, constipatus agmine personali. Ducitur denique ad aram excelsi principis, principium regni sortiturus ab illo, per quem Reges regnant. Prius autem quam imperatorijs cultibus vestiatur, requiritur super eo clerici voluntas, & populi, & manu propria iurat libertatem Ecclesiarum. Extunc exiit vestimentis suis, & oleo sanctificationis adspersitur, vt typico rore perfusus, cælestis vnguenti plenitudine gloriatur. Induitur denique purpura, quod est regie maiestatis insigne, gestans regni sceptrum in manibus ad regendum populum sanctum Dei. Ponitur & corona aurea super caput eius expressa signo sanctitatis, gloria honoris, & ope fortitudinis. Præfertur & gladius in oculis eius, vt cognoscat, quia vindex est iræ Dei, in hoc ipsum constitutus. Tantis igitur ac talibus mysterijs initiatus, reportatur ad palatium, à die illa, & deinceps timendus, pariter & amandus. Felix autem, si gladium regni cum gladio iungat sacerdotij, vt & gladius Sacerdotis mitiget gladium Regis, & gladius Regis gladium acuat Sacerdotis. Isti sunt duo gladij, de quibus in Domini passione legitur: Ecce gladij duo hæc: & respondetur à Domino, Sufficit: tunc enim regnum

Mos erendi & inungendi Reges.

Eccle. 45.

Gladij regni & sacerdotij, per gladios Euangelicos præfigurati.

regnum prouehitur, sacerdotium dilatatur, honoratur vtrumque, cum Domino praxata felici confederatione iunguntur.

Sextum est sacramentum Dedicationis ecclesiae. Dicitur vix potest, quanta sit in hoc loco sacramentorum varietas, & institutionum alternatio. Primum enim ecclesia intus & de foris dealbatur, cruces duodecim in interiori circuitu ecclesiae imprimuntur, cerei totidem accendantur, emundatur ecclesia, Pontifex ecclesiam exterius circuit cum aqua benedicta, & in superliminari portae tertio virga pastoralis percussus dicit: Attollite portas principes vestras, & eleuamini portae aeternales, & introibit Rex gloria: illis deintus respondentibus: Quis est iste Rex gloria? Tunc benedicit aquam sale, cinere, vino, hyssoquoque conspersam: alphabetum ex transuerso quadrangula ratione conscribit: altare septies ex eadem aqua respergit: cruces chrismate, altare vero mixtura chrisomatis oleique perungit: ad quatuor altaris cornua incensum incendit: altare tersum nouis velaminibus operit: aliaque multa, quae sermonis breuitas non permittit inferere. Post haec omni vestimento rum gloria cumulat ad altare, sacrificium singulare celebraturus, & sic sanctificationi finem impositurus. Quis huius abyssi caliginem sermonis claritate possit illuminare? Attigisse tamen quantulumcunque, nisi nostris temporibus quidam, qui Carnotensi praesedit Ecclesiae, viuacissimo mentis igne lucidius omnia declarasset. Ad illum igitur plenissimum fontem sitientem mittimus, ubi plenissimam hauriat veritatem. Notandum tamen, quia praecedentia sacramenta sine visibili vnctione non fiunt, cum subsequencia nihil huiusmodi merito continere legantur.

Mos & ritus confederationis ecclesiae.

Psal. 23.

Puto illud fuisse Fulberti Episcopi.

Poenitentia est Ecclesiae sacramentum cuius vna pars, sacerdotalis est fessio.

Luc. 7. 2. Reg. 12. Luc. 23.

Legat haec inertes nostri Canonici, qui nihil aliud quam curam

Vide hic monachorum studiū cum pendio recitatum,

Item Eremitarum:

Item Sanctimonialium:

Septimum est sacramentum Confessionis. Confessionis bonum quantum, vel quale sit, non est nostrae tenuitatis laudibus efferendum, cum praecleara patrum ingenia multis eam insignierint documentis. Haec est via communis ad Deum, fons tam iustus, quam peccatoribus patens, qui criminum abundantiam abundantiori liquore detergit. Primam reddit innocentiae stolam, & fugitiuum filium in patrem nos reducit amplexus. Ex hoc fonte felices Apostoli lachrymae proflexerunt: in hoc peccatricis foeminae daemona sunt submersa: per hunc adulter & homicida Dauid Spiritu principali legitur confirmatus: in hoc felix ille volutatus est larro, qui breui ponte crucis de patibulo ad regnum, de supplicio in paradysum translatusest. Consummatus in breui, expleuit tempora multa. In hac virtute caligant oculi plurimorum, qui vel discretione prauati, vel assentatione seducti, aut nesciunt quid iniungant, vel si sciunt, priuatam gratiam praeferrunt veritati. Verum non suscepimus hic aperire quid sentiamus ex ea, sed sermoni proprio proprietatem illius reseruamus. Hoc tamen lectori radiosum non sit intelligere, quia confitens pastori suo, puritatem cordis, veritatem oris, macerationem carnis debeat exhibere. Ille vero, cui confitetur, poenitentiam dignam, orationem continuam, taciturnitatem perpetuam contenti suo curet administrare.

Octauum est Canonicorum. Isti sunt in Ecclesiae solio sublimati, qui in Episcopi pali sede veste candida resurgentes, innocentiam cordium colore vestium reprobunt. Ij de communi, & in commune viuentes, vel viuere debentes, perpetua peccauerint, sunt poenitentia castigandi: habitus enim eorum non poenitentiae, sed innocentiae esse monstratur. Videant ipsi amici Sponsi, quid respondeant ante faciem Sponsi, qui iudicat orbem terrae in aequitate, cum de sponsa coeperit exigere rationem. Nolumus inuehi super illos, sed hoc solum caueant, ne de patrimonio Crucifixi laetioribus epulis infundantur, vel vestimentis ornentur nitidioribus, ne audiat a Propheta: Non compatiebantur super contritione Ioseph.

Nonum est Monachorum. Hi sunt, qui a forensium causarum tumultibus clonati, ludificatorias incarnationes daemonum patienter eludunt. In scripturis assidui, in obediencia praecipui, feruidi charitate, beate vrbis gaudia ex vestibulo contemplantur. Circumspiciant tamen semetipsos, ne in amplioris coronae, vel laxioris calceamenti vilitate confidant, cum homo videat in facie, Deus autem in corde.

Decimum est Eremitarum, qui per cauernas montium, & vallium concaua latitantes, Angelicis sociati spiritibus, in diuitias gloriae contemplatiuis oculis rapiuntur, & in carne carnis obliuati, naturam suam indefessa meditatione fatigant.

Vndecimum est Sanctimonialium. Ista sexum & seculum ausu validiore vincentes, spectabilem victoriam ab hostis antiqui feritate reportant. Gloriosa res,

vbi tenera membra longiori martyrio confringuntur, & illius eneruant fortitudi- nem, qui similitudinem Altissimi concupiuit. Ad huius spectaculum pugna cito cõ- uertitur ille misericors intuitus, & tali potissimum victoria delectatur.

Matrimo-
nij sacra-
mentum.
Ephes. 5.
Marc. 10.
Heb. 13.

Duodecimum est Nuptiarum sacramentum. Hoc magnum est, ait Apostolus, & Dominus in Euangelio: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adha- rebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Quid enim magis vnum, quam illi, qui- bus est vna caro, vna mensa, vnus torus, hæreditas vna: Honorabile coniugium (di- cit vas electionis) torus immaculatus. Hoc destruantur incestuosa coniugia, & legi- timorum hæredū digna progenies propagatur. Hæc sunt duodecim sacramenta, q̄ (nisi fallor) illæ duodecim cruces significant, quas in circuitu ecclesie videmus im- pressas. Sed iam dimittendus est stylus, quia & ingenij paupertas, & infirmitas carnis, quæ solito durius inundauit, vetant me aliquid longius scripsititare. Si conualere po- tuero, exequar quod cœpi, ad honorem illius, qui est benedictus in secula, Amen.

EIVSDEM BEATI PETRI DAMIANI SERMO SECVNDVS IN EADEM ECCLESIAE DEDICA- tione. Habetur eodem octauo Tomo Aloysij.

Pfal. 49.
Sacrificia
3. quibus
obligatur
Domino.

Trimola Deo sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua. Tria sunt principalia, & perfecta sacrificia, quæ reddere tenemur Do- mino. Sacrificium piæ contritionis, sacrificium iustæ operatio- nis, sacrificium laudis, vel iubilationis. Horum duo in præfenti sunt necessaria, tertium hic inchoat, & in futuro consummabi- tur. De primo dicitur: Sacrificium Deo spiritus contribulatus. De secundo: Sacrificate sacrificium iustitiæ: & alibi: Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ. De tertio: Beatus populus, qui scit iubilationem: item, Sacrificiū laudis honorificabit me. Primum sacrificium placat Deum, secundum delectat, ter- tium honorat.

Pfal. 50.
Pfal. 4.
Pfal. 88.
Pfal. 49.

Non curat Deus de his sacrificijs, nisi medullata sint, & saginata. Vndè ait Psal- mographus: Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. In lege omnis adeps offerri iubetur, & holocaustum pingue laudatur. Caro enim macra, & sine pingue- dine, neque quandò assatur reddit odorem, neque quandò comeditur præstat sa- porem. Hæc autem pinguedo non corporis, sed spiritus, sed mentis intelligi de- bet. Pinguedo animæ, virtutes sunt. Hæc suauius redolent, hæc in Dei sacrificio Do- mino placent, & sine his nullum sacrificium est acceptabile. Hoc adipe pingues ce- rant illi, de quibus dicitur: Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ: item quæ tres pueri in Daniele: Sicut in holocausto arietum, & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium, sic fiat sacrificium nostrum. Vt ergò placeant hæc sa- crificia nostra Deo, pingua sint, & medullata.

Pfal. 21.
Dan. 3.

Primum sacrificiū.

Pfal. 38.
1. Cor. 4.
Apoc. 2.

Duo reli-
qua.

Tit. 2.

Pfal. 36.

1. Cor. 13.

Sacrificiū piæ contritionis exigit buryrum humilitatis, quæ in tribus consistit, sc. vt consideret homo, quàm imperfectum sit quod habet, & hoc respectu superiorū: vndè illud: Vt sciam, quid desit mihi. Deinde vt consideret, quia nil habet propriū: vndè Apostolus: Quid habes, quod non accepisti? Consideret etiam, quod nil habet in hac vita, quod perdere non possit, iuxta illud: Memento vndè excideris, & prima opera fac. Sacrificium iustæ operationis, exigit oleum discretionis, sacrificium lau- dis requirit balsamum deuotionis. Habent autem hæc sacrificia opposita sibi vitia, quasi ex latere venientia. Sacrificio contritionis opponitur absynrhium indigna- tionis: sacrificio iustæ operationis, acetum confusionis: sacrificio laudis, venenum adulationis, siue detractionis. Offeramus igitur, dilectissimi, Domino piam contri- tionem in amaritudine interiori, & pœnitentia exteriori, vt sobriè, iustè, ac piè vi- uamus in hoc seculo: sobriè nobis, iustè proximo, piè Deo: sobriè in duobus, in cauè da voluptate, & curis huius vitæ: iustè in duobus, vt nemini noceamus, & cunctis pro- desse studeamus, iuxta illud: Declina à malo, & fac bonum: piè in duobus, vt scili- cet in præfenti viuat iustus ex fide, & in futuro æternam expectet beatitudinem. Vn- dè Apostolus. Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Offeramus dignam laudem in cõ- fessione oris, & deuotione cordis. Pia quippè cordis cõtritio nascitur ex recordatio- ne peccatorum, & timore futuri iudicij: iusta operatio, ex amore virtutis, & fiducia spei:

SURIUS

quæ
vener
RVITI
5

laus & iubilatio, ex affectu charitatis, & recordatione beneficiorum Dei.

Sunt autem tres recordationes peccati, prima afficiens & delectans, quæ mala est: secunda exasperans & pungitans, quæ vitilis est: tertia gloriosa, quæ perfectorum est. Afficiens est, quæ afficitur homo recogitans ad ollas carnum Aegyptiorum, quàm deliciosè & suauiter vixerit, & quàm arduum sit iter, quod aggressurus est. Recogitatio pungitans est, quândò remissit, quàm sordidè & flagitiosè vixerit, non vt ad priora redeat, sed vt dignè desinat, & coram se ea statuatur: vnde Dauid, Peccatum meum coram me est semper. Tertia recordatio, quæ dicitur gloriosa, est, quândò homo remeditans quis fuerit, & qua gratia de lacu miseræ, & de luto facis liberatus sit, gratias agit dicens: Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam: & cum Israëlitis de Aegypria seruitute liberatus, gratulabundè decantat dicens: Cæremus Domino, gloriosè enim honorificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare. & cum Zacharia: Benedictus Dominus Deus Israël, quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ. Hæc sunt, quæ Deo offerre debemus.

Tenemur etiam ei reddere quæ fecimus vota, iuxta Prophetæ admonitionem: Vouete, & reddite Domino Deo vestro. Qui non reddit quod vouet, quasi Deum prouocat, & irridet. Reddendum est votum integrum & perfectum, quia aliter non satisfaceret Deo, qui votum nostrum, tanquàm proprium exigit debitum. Vnde & in lege dicitur, quòd bouem, & ouem, aure & cauda amputatis, voluntariè offerre possumus. Votum autem ex his solui non potest, quibus aliquid perfectionis deest. Recogitet igitur vnusquisque nostrum quid Domino vouerit, & satagat illud reddere. Abrenunciuimus seculo, monachi nomen suscepimus & habitum. Vouimus Domino continentiam, obedientiam, humilitatem, patientiam, secularium morum mutationem.

Prædicta tria vouerunt specialiter sancti, & reddiderunt. Audite quid dixerit, & quid fecerit Apostolus. Non sum, inquit, dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei. Ecce pia contritio de recordatione peccati. Itèm, Bonum, inquit, certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruaui, de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Ecce iusta operatio de fiducia spei. Itèm, Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Ecce laus de beneficijs Dei. Vouit Dauid, & reddidit. Vota, inquit, mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius. Votum vouit Iacob, & reddidit. Si fuerit, inquit Dominus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuersusque fuero prosperè domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei, cunctorumque, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. Ieptè Galaadites votum vouit, & reddidit. Domine, inquit, si tradideris filios Ammon in manus meas, quicumque primus egressus fuerit de foribus domus meæ, mihi que occurrerit reuertenti cum pace à filijs Ammon, cum in holocaustum offeram Domino. Transiitque Ieptè ad filios Ammon, vt pugnaret contra eos, quos tradidit Dominus in manu eius. Reuertenti autem in Maspha domum suam, occurrit vnigenita filia sua cum tympanis & choris: non enim habebat alios liberos. Qua visa, scidit vestimenta sua, & ait: Heu me, filia mi, decepisti me, & ipsa decepta es. Aperui enim os meum ad Dominum, & aliud facere non potero. Et fecit de ea, sicut vouerat. Ipsum vnigenitum Dei Filium iurasse Patri, ac vouisse scimus, attestante Psalmista, qui ait. Sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob: scilicet sacramentum religionis in passione suæ carnis pro salute generis humani expleret. Faciamus & nos similiter, & vota, quæ vouimus, integrè persoluamus. Quod ipse præstare dignetur, qui cum Patre & Spiritu sancto viuunt & regnant Deum per omnia secula seculorum, Amen.

Tres peccati recordationes. Exod. 16.

Psal. 50.

Psal. 113.

Exod. 15.

Luc. 1.

Vota facta Deo reddenda. Psal. 75.

Leuit. 22.

Tria vota monastica

1. Cor. 15.

2. Tim. 4.

2. Cor. 1.

Psal. 115.

Gen. 28.

Iudic. 11.

Si vnigenitus Dei Filius votum fecit, & reddidit, quare etiam nos quæ vouimus, non integrè persoluamus? Psal. 131.

EIVSDEM BEATI PETRI DAMIANI SERMO TERTIVS IN EADEM ECCLÉSIA DEDICATIONE.

SURIUS

quod
nomen
RVITI
5

Gen. 1. Non omnia scripturae loca spiritualē habent intelligentiam.



Ecce Deus duo magna luminaria, luminare maius, ut praesentet di. ei, & luminare minus, ut praesentet nocti. Non omnia, fratres charissimi, quae sunt in cithara, sonant, sed omnia iuuant. Sic non omnia, quae sunt in diuina scriptura, spiritualē intelligentiam generant, sed omnia iuuant. Vnde si in aliquo legis capitulo fas est, sensum spiritus aliqua rimula intueri, non in inquisitione dormire debemus, sed thesaurum iacentem in litera vigore

Eccle. 9.

Nē dormias in sinu mulieris. Mulier nempe sacri eloquij literam exprimit, ex qua fidelis expositor fructum gignit. Quae litera, cum ei catholicae rationis diligentia adhibetur, virilis intellectus robori maritatur. Cum vero eam seductae mentis ingenium deprauat, quasi castitatem foeminae adulterino coitu violat. Recte ergo dicitur, Nē dormias in sinu mulieris: ac si aperte diceretur, Nē in secreto literae sensu torpeas, sed latentem animae profectum pudica excute vigilantia.

Gen. 1.

Fecit, inquit, Deus duo magna luminaria. Verum quidem est, quod Deus in mundi creatione caelum clarum Solis & Lunae distinxit ornatu, ut alterum diei, alterum noctis vicissitudinem gubernaret. Porro si interiori perscrutemur, inuenimus nobis allegoriae respondere secretum. Ecclesia enim, mundi figuram gerit, quia sicut mundus ex quatuor elementis subsistit, ita Ecclesia ex quaternaria doctrina Euangelij coalescit. Habet autem Ecclesia suum diem, habet & noctem suam: habet & Solem in die, habet & Lunam in nocte. Dies Ecclesiae, est tempus pacis: nox Ecclesiae, est tempestas persecutionis. Sol verò in Ecclesiae die, est sapientia: Luna autem in Ecclesiae nocte, est patientia. His luminibus Deus Ecclesiam suam pinxit, quatenus & in pace non sit improvida, & in bello non inueniatur mollis & fracta. Per sapientiam Ecclesia se protegit in pace à daemonibus, per patientiam se tuetur in bello à persecutoribus. Non claudicat Ecclesia, non est inermis, argumenta diuina sapienter eludit, tormenta hominum sustinet patienter. Recte prorsus comparatio est. Solis ad sapientiam, Lunae ad patientiam: quia sicut Sol Lunae, ita sapientia praepollet patientiae. Sapientia itaque Sol, quia illuminat: patientia Luna, quia confortat. His geminis brachijs Ecclesia pugnat, altero profertens daemones, altero vincens homines. Fecit itaque Deus haec duo magna luminaria, quibus ornatur Ecclesia, quibus quasi duobus oculis munitur Christi columna.

S. Mater Ecclesia mundi figuram gerit.

Homo alter est mundus.

Diffolutis nebulis allegoriae, hunc etiam riulum scripturae ad irrigandos motus nostros possumus trahere. Nam sicut Deus in hoc mundo duo magna luminaria fecit, intra etiam in homine duo magna luminaria ordinauit. Nē tibi videatur durum quod dicimus: homo enim alter est mundus. Vnde ipsa Graeca lingua vocatur μικροκόσμος, id est minor mundus, quia ad similitudinem maioris mundi est factus. Nam sicut Deus maiori mundo praesidet, ita quod ubique est totus: sic anima corpori dominatur, ita quod ubique tota est in corpore. Homo itaque habet diem, habet & noctem: habet Solem in die, habet Lunam in nocte. Dies hominis, est vita iustitiae: nox hominis, est vita nequitiae. Sol autem in vita iustitiae, est charitas, quae praesentat vitam iustitiae: Luna verò in vita peccatoris, est poenitentia. O quam clarus Sol est charitas, cuius quindecim radios enumerat filius Solis Paulus Apostolus in Epistola ad Corinthios, ubi ait: Charitas non amulatur, non agit perperam, non inflatur, &c. O quam clarum poenitentiae iubar, quod noctem peccati remouet, quod conscientiae nubilum tergit.

1. Cor. 13. Charitatis radij quindecim. Poenitentiae radij quatuor.

Iob. 15.

Lunae huius, scilicet poenitentiae, quatuor sunt radij, cognitio peccati, dolor pro peccatis, confessio peccati, fructus elemosynae. Prius oportet cognoscere peccatum, sed non sufficit: oportet dolere pro peccato: addenda est etiam confessio, quia frustra dolet, qui non confitetur: his verò adiungendus est fructus elemosynae, qui est precium peccati. Vnde Propheta de impio dicit: Non credat frustra

erroro

errore deceptus, quòd aliquo precio redimendus sit. Precium certè peccati est eleemosyna. Sed qui semper eleemosynam erogat, & semper peccat, frustra credit, quòd eleemosyna ei proficiat. Interpretandum est igitur eleemosynæ vocabulum. El, Hebraicè, Deus: Moys, Aegyptiaca lingua dicitur aqua, inde eleemosyna, id est aqua Dei. E contrario videre possumus, quòd peccatum est ignis diaboli. Igitur contra ignem diaboli opponatur aqua Dei. Perpende, Christiane, dignitatem tuam, & redemptionem culpæ tuæ. Noli beluina mente contemnere. Deus eleemosynam fecit tibi, corpus proprium morti tradèdo: tu eleemosynam fac illi, buccellam panis porrigendo pauperi. Esto prius in te misericors, deinde in proximum clementiæ riuum effunde, vt sic pariter cum proximo ad fontem misericordiæ valeas peruenire, Iesum Christum Dominum nostrum: qui cum Patre, & Spiritu sancto viuuit, & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

Eleemosyna interpretatio.

TRACTATVS EIVSDEM BEATI PETRI DAMIANI DE QVIBVSDAM MIRACVLIS.

DOMINO DESIDERIO VENERANDAE RELIGIONIS ABBATI PETRVS DAMIANI MONACHVS DEVOTISSIMI FAMILIARIVS OBSEQVIVM.



Vm in meo pectore tuæ charitatis ardor inextinguibiliter ferueat, meque circa tuam memoriam tepescere non permittat, mihi nuper aliquid in memoriam venit quod me mittendæ tibi legitionis admonuit. Nam dum in tuam contemplatione sedulus habitarem, & Angelico fratrum, sanctoq; conuentui, sic in cordis oblutibus, velut corporaliter interesset, inter alia multa, repente tuarum recordatus sum literarum, quas tu quidem sub interrogatiõe misisti, sed his ego Synodali præpeditus instantia adhuc nõ respondi. Et hæc in illis (si reminisci valeo) continebantur epistolis: Quia zelotypa quædam mulier habens virum ex adulterij fraude suspectum, qualiter eum sibi vindicare posset proprio toro contentum, à vicina petijt muliere consilium. Quæ nimirum peruersa, & vlticibus flammis euidenter obnoxia, hoc eam sacrilegium venenata serpentis antiqui suadela perdocuit, vt corpus Dominicum quasi communicata perciperet, quòd cautè reseruans, viro suo postmodum non sine quibusdam maleficijs propinaret. Quòd videlicet à sacerdote percipit, & vsque dum occasio præberetur, palliolo reseruatum, non sine magno dedidit stupore miraculum. Hæc enim particula Dominici corporis, inuenta est vsque ad medietatem in carnem esse conuersa: altera verò medietas, panis speciem non mutauit.

Itaque (si ritè reminiscor) hoc proposuisti. Deinde quid portenderet inquisisti. Super qua quæstione, quia non necesse est diutius immorari, breui compendio quid mihi videatur expediam. Idcirco Deus omnipotens sacrosanctum illud mysterium in carnis speciem vertit, vt perfidiam reprobæ mulieris argueret, dum visibilem Dominici corporis ostenderet veritatem, quatenus quæ purum panem (vt videbatur ante) credebatur, veræ carnis speciem cerneret, sicque sacrilegam coepti sceleris audaciam suo ipsa iudicio condemnaret. Quòd autem medietas sic remansit, ad euidentioris indicij testimonium proficit, vt dum in vna, eademque substantia hinc panis, illinc carnis adesse consideras speciem, in vtroque veræ carnis, verique panis indifferenter intelligas veritatem, quia & ipse est panis, qui de caelo descendit, & ipsa nihilominus caro, quæ de virginalis vteri materia prodijt.

Quæstio
B. Petro
Damiano
proposita.

Eccè in hostia consecrata veracissimum corpus Christi latè manifeste prodit miraculo contra impios. Egrègia quæstionis solutio.

Iohan. 6.
Nam

SURIUS

g. 100
1000
RVITI
5

Eccè aliud
veracis
præsentia
Domini
in sacra-
mento cui
dens argu-
mentum.

Nam & vester ille finitimus piæ recordationis Amalphyranus Episcopus (no-
men nescio) Stephano Romano Pontifici, me præsentē, sub iureiurando testatus
est, quia cum aliquando ad mensam Domini sacrificaturus accederet, sed super sa-
cramento Domini corporis incredulus hæsitaret, in ipsa contractione salutari
hostiæ, rubra prorsus, ac perfecta caro inter eius manus apparuit, ita, vt etiam
digitos illius cruentaret, sicque sacerdoti omnem scrupulum dubietatis aufer-
ret. Vbi notandum, quàm sit immane periculum, indignis manibus attechare
tam terribile Sacramentum. Sed quid de sacramentis ipsis eloquimur, cum etiam
super eos aliquando, qui ex eorum vasis offendunt, terribiles fieri sententias vi-
deamus?

Terribile
exemplū
Arnaldi
Episcopi,
calicem
Domini
alienatis,
& ab Ecclē-
sia subtra-
henti.

Arnaldum certè Aretinæ sedis Episcopum tu quoque familiariter agnouisti.
De hoc mihi Martinus Eremita, magnæ scilicet opinionis vir, ac celeberrimæ nam-
rauit: Quia ex quodam sui iuris monasterio calicem aureum abstulit, & quibus-
dam imminentibus necessarijs, alienauit, cui nimirum calici nobilis ac deuota mu-
lier, quæ eum sanctis obtulerat, anathematis titulum, nè ab aliquo tolleretur pro-
uidè fecit insculpi. Interea cuidam fratri sopore depresso videre contigit quen-
dam lacum nimij caloris ardore feruentem, & piceos sulfureosque fetores non si-
ne tetri fumij voluminibus exhalantem. Circa quem lacum tererrimi quidam vel-
ut Aethiopes, nigris similiter equis, sed excelsis, instar turrium, infidebant. Intus
autem innumerabilia crudelium tortorum monstra, damnatorum verò videban-
tur horribilia ac diuersa supplicia. Inter quos subito contigit, vt etiam Arnaldum
videret Episcopum, quem videlicet in illis præ nimietate calorij exundantibus a-
quis ceruicetenus immersum, terribiles duo Aethiopes constringebant, quorum
alter sartaginem ferream, alter calicem aureum in manibus habere videbatur: sed
iste cum sartagine calicem replebat aqua, & ille labijs Episcopi protinus eundem
calicem apponebat. Sic itaque nunquam cessabant, & ille poculum labijs hians
immergere, & ille coactus indefinenter haurire. Quid multis immoror? Hanc vi-
sionem audiuit Episcopus, vt monasterio restituat calicem, ab amicis omnino
suggeritur. Ille sub fortassis ambiguo reddere pollicetur. Sed dum res in aëre sus-
pendio differtur, immò dum circa salutem suam ille non vigilat, caelestis super eum sen-
tentia non dormitat. Nam & beatus Petrus de his, qui fictis verbis in auaritia ne-
gociantur, ait: Quibus iudicium iam olim non cessat, & perditio eorum non dor-
mitat. Quadam itaque die, tertia propinquante iam hora, in castelli, vbi erat, cre-
pidinem, sellam præcepit afferri, vt surgentis calorem Solis exciperet, ac matutini
frigoris reliquias propulsaret. Cumque residenti domesticis eius serui atque con-
tubernales assisterent, & ille securus, hilaris ac iucundus, faceta cum eis & vrbana
verba misceret, subito repentinus dolor in eius verticem, tanquam gladius irrui-
t, eumque, Morior, exclamare coëgit. Mox baiulantibus necessarijs defertur ad le-
ctulum mysterium sacrosanctæ communicationis accepit, ac spiritum protinus
exhalauit.

2. Pet. 2. 1.

Romani
Pontificis
anathema
iuste timē-
dum.

Timeat ergò quisquis vel Ecclesiastici mysterij vtensilia distrahit, vel tremendi
anathematis elogium paruipendit, nè dum quasi securus ambulat, latentis eum
iudicij laqueus comprehendat. Heu miserabilis valdè, & infelix humana condi-
tio. Certè præfatus Episcopus, licet in hunc negligentia torporem obierit, alias
tamen acutus erat, ingeniosus, & cautus, tantæque facundia, vt dum expeditissimè
in verbis decurreret, circumcisus labijs dici non immeritò potuisset. Sed cum Apo-
stolus dicat: Prudentia carnis mors est, prudentia Spiritus vita, & pax: quid pro-
dest, si quispiam seculi huius prudentia calleat, si ingenij viuacis obtutibus abdita
comprehendat, si versuta calliditate, tãquam Proteus, in varia se formatum mon-
stra conuertat?

Rom. 3.

Allud ter-
ribile ex-
emplum.

Interea sub huius occasione sermonis, illud in memoriam redit, quod olim Te-
taldus Episcopus prædecessor istius, in festiuitate beati Donati constitutus in pul-
pito, sermone, quo concionabatur, adiecit. In Longobardia, inquit, finibus vnde
originem duco, vir erat versipellis ingenij, & acutissimæ subtilitatis, duplex ani-
mo, sermone lepidus, concinnandis fabricandisque commentis edoctus, in repe-
riendis ac variandis consilijs vehementer astutus. Nunquam erigebat brachia con-
tra torrentem, sed ex quocunque latere mundani turbinis eum aura proflaret, ille
protinus aptum calliditatis atque versutia: pallium opponebat. Accidit autem, vt

vt hunc post obitū quidam frater nocturna visione conspiceret. Lacus erat igneus, qui flammium vaporabat incendijs, & crepitantibus ignium globis terribilem cernentibus incutiebat horrorem: quem lacum trabalis enormitatis videbantur obsidere dracones, variaq; serpentium genera hinc inde per circuitum spatari. Vir autem ille, quem diximus, in ipsa flammarum stridentium voragine coarctatus, tentabat quidem effugere, sed obstantibus bestijs, dolebat aditum non patere. Modò, scilicet ex hac parte fugā parabat, sed ecce serpens obuius aderat. Per aliam partem erumpere satagebat, sed ecce rursus alia bestia laxo gutture stridens, iter occluserat. Illa rursus & alia ad euadendum loca tentabat, sed insurgentibus bestijs omnino meatus aufugij non patebat. Porro autem cum Veritas dicat: Eadem mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis: hoc illi iusto Dei iudicio contingebat. Sicut enim ille per carnalis astutia vanitatem, ex quibuslibet huius seculi nouerat laqueis expedire, ita postmodum versa vice nullo valebat ingenio supplicium, quo cruciabatur, euadere. Qui nimirum si prudentiam, qua callebat in diuinis studijs, set exercere mandatis, non cremaretur inter rabida ora serpentium, sed gauderet potius inter agmina beatorum.

Vnum planè contigit in nostris partibus de quodam carnaliter sapiente, quod dignum non est silentio præterire. Fanensis quidam primarius ciuitatis, Hugo nomine, ipsa nocte, qua, peracta parasceue, sacrosanctum sabbatum Dominica sepulturae præcedit, cum armis & armatis ingressus Ecclesiam, in qua diuinis vacabatur officijs perosum sibi violenter hominē cepit, ac iugulis crudeliter mancipauit. Quem quia noua præsumpsit, nouo Deus omnipotens supplicio condemnauit. Nam cum sensum mentis (in quantum mihi videtur) integrum teneat, omnes eum tanquam vesanum, exinanitum, atque dementem conspuunt, abijciunt exprobrant. Halitum quippè eius (iuxta querelam beati Iob) vxor exhorret, eumque velut arripitium nurus explodit, ad mensam siue colloquium filius non admittit, auertunt oculos famuli, dedignantur amici, clientes, milites, affines, atque propinqui, Episcopus etiā ciuitatis, & (vt compendiosè cuncta complectar) omnis clerus & populus iam ferè per duodenniū arbitrantur eum mentis impotem, & vesanū, nullum. que cum eo, tanquam energumeno, dignantur habere consortium. Porro, cum diues sit, & exuberans domus eius, fluunt pannosæ & illotæ vestes, horret inculta cæfaries, caput eius diurni sudoris foetet iniuria, corpus totum per longam fordet incuriam.

Hic planè, cum me adesse cognosceret, me concitus adiit, mala quæ patiebatur exposuit, querelam de suis sobrio sermone digessit, (& quantum ex tenore verborum eius colligere potui) rationabiliter declamauit. Itaque conueni filium, Episcopum quoque, ac de ciuitate quam plurimos, & subtiliter inquisiui, quid inordinatum, quid delirum, quid ineptum in illo conspiceret, pro quo illi vesaniam imputarent. A quibus utiq; nihil aliud, & ne vnum quidem certi signi verbum addiscere potui, nisi hoc tantum: Quia demens est. Quod omnes ore confonso vnanimiter asserbant. Dumque ego dicerem: Quomodo id scitis, quibusve iudicijs eum insanire conspicitis? nihil aliud inuenientes, id ipsum denuò replicabant: Demens est. Quod mihi videtur profundum atque admirabile Dei omnipotentis esse iudicium, vt qui prudens & sciens spontè desipuisse cognoscitur, prudens & sciens opinionione vesaniae puniatur, & qui spontè factus est furiosus, demens ab omni populo iudicetur inuitus. Merito contra votum adiudicatur infania, qui voluntate propria conatus est insanire. Enimvero si veraciter fureret, eò minus miser esset, quò despectus sui mala, quæ patitur, ignoraret. Non itaque sicut mortuus seculi, qui non sentit, sed sicut mortuus est inferni, qui iugiter moritur, & mortem ipsam sentire non definit. Saluo nempe illo terribili in mundi fine iudicio, nunc etiam omnipotens Deus non modò crudelia quælibet facta, sed & superba, siue sacrilega, prout dignum est, vlci scitur verba. Vindicauit siquidem quòd Balthasar sacra vasa temulentus indignè tractauit, nec dimisit inultum, quòd Nabuchodonosor arroganter elata verba deprompsit. Nonne, inquit, hæc est Babylon magna, quam ego adificauit in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloriam decoris mei? Et ecce (sicut Propheta testatur) cum adhuc sermo esset in ore Regis, vox de cælo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonosor Rex, Regnum transijt à te, & ab hominibus te eijcient, & cum bestijs atque feris erit habitatio tua. Puniuit præterea Dominus

Sede.

Visio terribilis cuiusdam fratris.

Matt. 7.
Marc. 4.

Aliud exemplum cuiusdam, non dantis honorè locofacro.

Iob 19.

Compos mentis isto Dei iudicio iniustus reputatur.

Danic. 3.
Danic. 4.

2. Par. 36.

Hier.: 8.

Aliud exemplum de superbo clerico.

Luc. 14.

Poena superbi clerici.

Psal. 56.

Psal. 60. Nominis Siloë interpretatio. Iohan. 8. & 9.

Matth. 21.

Deus nullum peccatum impunitum relinquit.

SURIUS

g. bar
K. 10. 11. 12.
RVITI
5

Sedechiam Regem Iuda, quia per reprobos actus Dei mandatum contempserat. Vltimus est etiam Ananiam Prophetam non quia malum fecit, sed quia mendacium protulit. Cui Hieremias: Non, inquit, misit te Dominus, & tu confidere fecisti populum istum in mendacio. Idcirco hæc dicit Dominus: Ecce emittam te à facie terræ, hoc anno morieris.

Novis quoque temporibus accidit, ut in Burgundiæ regno quidam clericus esset superbus nimis, ac tumidus, & non modò carnali vitæ seculariter deditus, sed & contra suum ordinem terribiliter bellicosus. Hic itaque cum Ecclesiam beati Mauritij multis inclytam prædijs, suis ditionibus vsurparet, potens autem quidam è diversò sui iuris esse, non sine magna liuoris atque certaminis animositate contederet, tandè belli dies utroque pacifcente statuitur, & à multis hinc indè fremitium armatorum agminibus conuenitur. Potens autem ille, quem diximus, nuncium ad hostilia castra direxit, qui & apparatus belli solerti speculatione perpenderet, ac sibi celeriter nunciaret. Fortè tunc clericus Missam cum his, qui dimicaturi erant, suis fautoribus audiebat. Cum què ad Euangelium veniretur, in fine lectum est: Omnis, qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Illic clericus in hanc sacrilegam vocem proteruus erupit: Hæc, inquit, sententia vera non est. nam si ego me meis aduersarijs humiliter inclinasset, hodie tot possessio, num atque clientium copias non haberem. Reuersus autem nuncius domino suo fideliter retulit non modò quod in bellici procinctus apparatu confexit, sed hoc etiam, quod ex ore clerici tumidè loquentis audiuit. Tunc ille plaudens in Domino, no lætus efficitur, atque ad spem proculdubiò obtinendæ victoriæ milites cohortatur. Conglobatis itaque diuersorum cuneis armatorum, ex vtraque parte pugna committitur, vires viribus opponuntur, depressa telorum sylua deponitur, & humanis inflicta corporibus arma grassantur. Habebat autem clericus equam, quam videlicet præliaturus ascenderat, tantæ velocitatis ac roboris, ut nullus sibi videre, tur equus aut mulus ad dimicandum posse præferri. Casu, immodè Deo disponente, contigerat, quòd præcedenti nocte iumentum illud stabulo solum abscesserat, acerum què falis inueniens, ex eo plurimum comederat. Clericus itaque dum in acie constitutus, super aquæ riuulum deueniret, ibique cominus aduersantium armis arma conferret, iumentum ut erat assumpti falis copia sitibundum, frenum de manu rectoris violenter extorsit, suisquè totum viribus vendicauit, ac statim caput in aquam ad bibendum inhiante immerfit. Ille verò, dum ea manu, qua scutum tenebat, cum iumento configit, hostilibus iaculis faciem coactus exponit: & ecce repentè gladius os eius fulminis more transfixit, tali què vir reprobus vitam suam sine concludit.

O quam congruè in illa pertulit corporis parte vindictam, qua nigri fellis in Domino vomuerat blasphemiam. Nam cum Propheta de talibus dicat: Filij hominum, dentes eorum arma, & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus: qui linguam suam & dentes aduersus Deum gladij more vibrauit, dignè per eadem membra materialis gladij pœnas exoluit. Isti planè contigit, quod Dominus in euangelio dicit: quia super decem & octo homines turris Siloë cecidit, & occidit eos. Quem verò mysticè turris illa significat, nisi illum, cui Psalmista decantat: Deduxisti me, quia factus es spes mea, turris fortitudinis à facie inimici? Huic enim expositioni ipsum quoque Siloë nomen adgaudet. Siloë siquidè interpretatur Missus. Haud dubium, quin sit ille, qui dicit: Qui me misit, mecum est. Et ibi cæcus à natiuitate lumen accepit ab eo, qui ait: Ego sum lux mundi. De casu istius turris alibi sub figura dicitur lapidis: Omnis, qui ceciderit super illum, confringetur: supra quem verò ceciderit, conteret eum. Super hanc turrim, siue lapidem, cadit homo, atque confringitur, cum per fragilitatem aliquam peccat: sed eius super se ruina cõteritur, cum superbe blasphemat. Turris ergò Siloë super hunc clericum cecidit, & sicut blasphemando meruerat, omninò contriuit.

Et quid mirum, si grauiam nos peccata tormentis addicant, cum subtile Dei iudicium impunita etiam minima non relinquat? Immodè quid nouum, si reproba locutionis sacrilegium damnat, cum ipsa quoque laudis suæ præconia, nisi dignè sint deprompta, contemnat? Adraldi nempe prudentis & religiosi viri, qui Bremetensium præminet monasterio, didici relatione quod scribo, quod etiam inditum literis esse dicebat. Clericus, inquit, Colonienfis Ecclesiæ vadum fluminis transibat, & ecce beatus

beatus Seuerinus eiusdem Ecclesie nuper Episcopus equi eius habenas apprehendit, cumque retinens sistit. Cumque ille in stuporem versus, & grauiter admiratus, cur illic tam clarus, & tam celebris famæ vir moraretur, inquireret: Da mihi, ait, manum tuam, & quæ circa me sunt, non auditu discis, sed tactu. Cumque datam manum fluctibus Episcopus impressisset, tantus eam ardor absorbit, ut vndique carnes eius resolutæ diffuissent, & ossa nuda vix hærentibus articulis remanerent. Ad quem Clericus, Cum nomen, inquit, tuum in tanta benedictione sit apud nos, & fama tua consonis totius Ecclesie præconijs celebretur, cur te pestilens hæc vorago constringit, tantoque (proh dolor) incendio cruciaris? Ad quem sanctus Episcopus. Nihil, ait, aliud in me remansit vltione plectendum, præter hoc tantum, quia dum in aula Regia constitutus imperialibus me consilij vehementer implicui, canonice synaxis officia per distincta horarum spatia non perfolui. Manè quippe simul omnia coaceruans, tota die negocijs ingruentibus secura libertate vacabam. Ob hæc itaque negligentiam horarum, ardoris huius fero supplicium. Tu verò omnipotentis Dei clementiam humiliter implora, ut manum tuam in salutis præstina restituat statum. Quod cum factum fuisset: Vade, inquit, fili obsecra fratres nostros Ecclesie clericos, & alios spirituales viros, ut pro me preces fundant, indigentibus subsidia conferant, sacrificiorum votis insistant. His enim peractis, ego mox de vinculo poenæ huius indubitanter expediar, & expectantibus me beatorum ciuium choris latus adiungar.

Si Episcopus ille ob horarum lectionem purgatorij poenæ per tulerit, ergo constat esse purgatorium.

Quod certe magnâ nobis debet inferre formidinem, quia cum sanctum virum vni culpæ duntaxat obnoxium, tam intolerabilis Purgatorij poenæ constringerit (væ) quæ mihi, meisque similibus est inferenda sententia, quos tot reatum prolixitas grauat: Distingueda sunt ergo per momenta temporum Ecclesiasticæ institutionis officia, & sub magna diuini timoris ac reuerentiæ dicenda sunt disciplina, ne dum psallimus, fructum spiritus cum carnis desidia misceamus. Quid enim prodest hostiam Deo laudis offerre, & per torporis negligentiam foedis eam cogitationibus inquinare? Hanc porro boni malique mixturam locus ille significat Euangelicus, ubi dicitur: Quia docente Domino, aderat quidam, ipso in tempore nunciantes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum. Nam quia Pilatus Os malleatoris interpretatur, quid per hunc, nisi diabolus debemus intelligere, qui paratus est semper homines offensionum ictibus verberare? Vnde & virgam super humeros hominum tenere dicitur per Prophetam. Virgam, inquit, humeri eius superasti, sicut in die Madian. Quid vero sanguis, nisi peccata? Quid sacrificia, nisi rectas, & acceptabiles Deo significant actiones? Pilatus ergo Galilæorum sanguine cum sacrificijs miscuit, quia malignus spiritus vel orationes nostras prauis cogitationibus polluit, vel opera bona peccati cuiuslibet attaminatione corrumpit, ut sanguinis sacrificium polluat, dum reatus offensio oblatâ Deo recti operis victimam foedat. Vnde scriptum est: Quia cum Abraham Deo sacrificium de pecoribus ac volucibus deuotus offerret, descenderunt volucres super cadauera, & abigebat eas Abraham. Quid enim expriment volucres, nisi reprobos spiritus per aëra volitantes. Volucres ergo à sacrificio nostro repellimus, cum operum nostrorum victimas à malignis spiritibus, eas foedare tentantibus, prouide custodimus.

Instituta Ecclesiastica ad vniuersum feruanda sunt.

Luc. 13.

Esa. 9.

Gene. 15.

Idem sanè, quem prædiximus, Adraldus, dum in Burgundiæ regno mihi conuictor incederet, in hoc, inquit, loco, per quem nunc transitum habemus, aliquid contigit, quod si dicimus, non videtur otiosum. Frater quidam nostri cœnobij (haud dubium quin Cluniacensis) piæ mentis, & rectæ conuersationis vir, hinc aliquando transibat, & ecce crinitus quidam, quasi ex Hierosolymitana peregrinatione veniens, palmam ferebat in manu. Cumque peregrinus, & monachus inuicem obuij sese altrinsecus pertrāsissent, ait ille, Completorium in lecto, nec salus est, nec profectus. Quod frater audiens admiratus expauit, ac repete post terga respiciens, eum videre non potuit. Mox enim ut verbum protulit, omnino disparuit. Ille verò ad conscientiam mox reuersus, inuenit quia pridiano vespere lassus de via redierat, & fessa in lectulum membra projiciens iacendo canonicas horas compleuerat. Vtrum ille Angelus fuerit, an reuera (sicut videbatur) homo, Dei ducimus relinquendum esse iudicio.

Horæ canonicæ non sunt in lecto legendæ.

In hac etiam eremo fontis Auellani, ubi nunc habito, Prior quidam fuerat, nomine Ioannes, qui lentis quibusdam infirmitatibus macilentus videbatur semper & gra-

SURIUS

g. bar
K. 10. 11. 12.
RVITI
5

Si dæmo-
nes lace-
funt diui-
ni negle-
ctum offi-
cij, quid
obsecro,
Angeli fa-
cient?

& gracilis. Hac itaque sui corporis imbecillitate confusus, sæpe iacens in lecto Com-pletorium decurrebat. Accidit autem, vt dæmoniacus quidam non procul abef-fer, qui multa hominum secreta, & obscenos actus impudens propalaret. Cumq; præfatus Iohannes dæmonem exire præciperet, & quibusdam exorcismi quaestio-nib; flagellaret, Tunc, ait, ille es, qui sub cocto quotidie completorium in suffragis & modo me quasi sanctus eicere, & iuris mei vasculum de meo vis dominio libe-rare: Hoc audito, frater erubuit, quia rei veritatem etiam per mendacij recognouit auctorem.

Alter etiam eremita, qui vocabatur Iohannes de Anso, cum ei, vt egredere-tur, vehementer insisteret, ac diuini nominis adiurium crebrius intentaret: Nunquid oblitus es, ait, hac tibi nocte quid fecerim? Nam (sinon excidit) certus es, quia dum ego me in apri syluestris effigiem verti, tu me quasi venaror insectabaris. Sed qui videbar aper, subito speciem venustæ mulieris assumpsi, atque in osculum tuum ruens, vt semen effunderes, cum gloria triumphanti. Cum itaque reprobos spiritus de fratre delinquente per soporis energiã se glorietur habuisse triumphum, quan-to putamus eum gaudere tripudio super his, qui labuntur in adulectum, vel ince-stum? Vndè sæpe Deus omnipotens terribilè exhibet etiã in hac vita iudicium, nec tamen miseri homines desinunt iterare peccandum.

Non sunt
confrangui
neq; ducē-
dæ vxores.

Nam Robertus Gallorum Rex, auus istius Philippi, qui in paterni iuris sceptra successit, propinquã sibi copulauit vxorem, ex qua suscepit filium, anserinum per omnia collum & caput habentem. Quos etiam virum & vxorem omnes fere Gal-liarum Episcopi communi simul excommunicauere sententia. Cuius sacerdotalis edicti tantus omnem vndique populum terror inuasit, vt ab eius vniuersi societa-te recederent, nec præter duos sibi seruulos ad necessarij victus obsequium rema-nerent, qui tamen & ipsi omnia vasa, in quibus Rex edebat, vel bibeat, percepto cibo, abominabilia iudicantes, pabulum ignibus exhibebant. His tandem Rex co-actus angustijs, ad sanum consilium rediens, diuortit incestum, iniique legale conubinum.

Quam fit
Pontificij
anathema
formidan-
dum.

Sed & Orho Rex Teutonicorum, qui postmodum Imperator creatus est Roma-norum, Adalaidem Italiae reginam, quæ sibi commater exiterat, suscepit in con-iugem. Quem filius eius Almisicus, qui Moguntinæ præsidebat pastor Ecclesiæ, cepit constanter arguere, & scelestum, luridumque coniugium publicè cõdemnare. Pater autem vehementer iratus, eum comprehendere præcepit, & carcerali mox cu-stodiae micipauit, quem per annale circiter spatium carcer inclusit, sed à correctio-ne linguam terroris vinculum non ligauit. Cum verò pater eum, quadragesimali decurrente ieiunio, de custodia decreuisset educere, antequam psalterij expleret, quod aureis exarabat apicibus, recusauit exire. Veruntamen cum exiit, zelo sacer-dotalis accensus authoritatis, non quieuit, sed mox in patrem iaculum publicæ ex-communicationis intorsit. O verè dignum regio genere sacerdotem, qui in causa Dei non imperiale fastigium, non paternum recognouit affectum, sed dum paternã, ac regiam authoritatem in solo Deo constituit, hunc hominem eius legibus resi-stentem à se prorsus extraneum deputauit. Dixit autem patri: Tu arbitraris me ad-uersum te insolenter agere, te verò præiudicium sustinere: scito prænosens quia die sancto Pentecostes vterque simul ad stabimus ante Deum, ibique ventilabitur inter nos librata iustitiæ lance litigium. Ibi luce clarius apparebit, quis nostrum a-quitatis lineam teneat, quis Dei legibus contradicat. Factum quæ est, ipso, qui dictus est, sacrosanctæ solennitatis die, vt dum præfatus Augustus imperialibus infulis re-dimitus, multorumque Pontificum choris, siue procerum vallatus agminibus, Mis-sarum solennijs interesset, repentino super eum veniente iudicio, repertus sit mor-tuus. Episcopus autem in Domino iam quieuerat. Sic sic qui de incesto coniugio contempfit inter homines iudicari, ad tribunal æterni Iudicis coactus est pertra-hit & qui subiectum sibi dedignatus est audire Pontificem, terribilem super se non po-tuit euadere Maiestatem.

Non sunt
comatres
duccendæ
vxores.

Parentes
legibus Dei
resistentes
extranei
reputandi
sunt.

Othonis
Regis la-
mibrabilis
interitus.

Hæc ego (venerabilis Pater) & alia quamplurima, non sine magnæ formidinis angore conscribo, nè videlicet vel relatores mei meræ veritatis semitam nõ reue-rint, vel ipse quoque relationum in quolibet immemor obliuione deliquerim. Veruntamen teste conscientia, non hæc mentiendi voto, sed ædificationis affectu, prout melius possum narrata recollere, satago schedulis adnotare. Si quid mihi ta-men

men in his obliuionis obrepfit, immò quicquid humanæ conditionis infirmitati deliqui, antequàm nexibus huius carnis absoluar, diuina mihi pietas tuis orationibus in memoriam renocet, ac dignè lugere permittat, nè viuenti mihi poenitendū quid manere possit occultum, quod morientis sit oculis ingerendum.

Hugo deniquè Cluniacensis Abbas cum ad suum me monasterium perduxisset, frater quidam senex in infirmorum domo, ingrauescente totius corporis tumore languebat. Hic porro, cum Abbatis comperisset adesse praesentiam, laetus effectus diuinam coepit implorare clementiam. Domine, inquit, quæ nullum later occultū, quaeso, si quid reatus in me est, quod non sim hucusq; confessus, tu mihi misericorditer in memoriā reuoca, quatenus Abbati meo, dum praesens est, purè confitear, atque ab eo, qui ius hoc in me praeteris habet, iudicatus absoluar. Hoc dicto, huiusmodi vox auribus eius insonuit: Certè est, certè est aliquid in te, quod cōfessus adhuc non es. Cumq; ille vocem solam audiret, sed à quo procederet non videret, orando subiunxit: Exprime, Domine, manifestè quid hoc sit, vt confessus corrigā quod errauit. Porro vox eadem peccatum quoddam (sicut quaerebat) signanter expressit, qd ille à se commissum illico recognouit, & Abbati festinanter accito facta confessione, purgauit, paucisque post diebus in sancta pace defunctus est.

Hugo Abbas Cluniacensis.

Aduertat hæc Confessionis contempor.

Non talem sortitus est finem clericus ille, de quo mihi idem Hugo Cluniacensis monasterij Rector fida relatione narrauit. Religiosus, inquit, quidam Episcopus in expeditione positus, cum venisset ad ripam cuiusdam fluminis, substitit, ibique lassus recreare spiritum coepit. Cumque illic tranquillè quiesceret, audiuit vocem de fluminis alueo procedentem, & hæc verba clariùs exprimentem: Hora venit, homo non venit. His auditis, Episcopus sollicitus redditur, & recogitans hoc sine mysterio esse non posse, aduentum rei solerti custodia praestolatur. Sed dum attentus explorator expectat, dumque hæc & illa recogitat, ecce quidam clericus agillemè properabat, equum que calcaribus atterens, amnem transire quantocytus festinabat. Admonuit autem suos Episcopus, vt obuios se venienti festinanter obijcerent, eumque à sui cursus impetu retinerent. Cumque ille perniciousè properans, flumen aggrediretur praecipitanter inuadere, ac sine mora transire, illique contra violenter obisterent, & gradum figere compulissent, ait: Quiescite, quaeso, dimitte me, recedite, quia iussio Regis vrget. Non est res, quæ differri possit in posterum. Mysterium Regis in stat, inuitabilis necessitas imperat. Quid plura? Sanctus Episcopus eum violentissimè retentum, superuenienti nocte secum habere coegit hospitium. Sed o misera hominis ac lugenda conditio, quæ facilius valet sibi consciscere mala cum defunt, quam vitare cum imminet. Episcopo scilicet cum suis graui sopore depresso, ille vas aquæ in hospicio reperit, in quod caput immergens, suus ipse tortor effectus, se feratiter enecauit. Sed sicut iste, licet occulto, districto tamen Dei iudicio, carnis interitum pertulit, ita per eius piam clementiam mortem animæ, simul & corporis alter euasit. Nam quod nunc dicturus sum, & ex relatione iam dicti Cluniacensis Abbatis, & ex ore illius, cui res ipsa contigerat, frequentius audiui. Adolescens quidam erat in finibus Aquitaniae, qui cum coxuis suis iuenculis de animarum suarum coepit salute tractare. Deliberatione praemissa, tandem statuunt ac vnanimi inuicem contederatione proponunt, & mundani cultus pompas abijcere, & ad monasticam conuersationis ordinem commigrare. Sed dum res adhuc suspensa differtur, dum rerum ordo multiplici varietate concutitur, ipse quoque tener adolescentis animus fixus in suo proposito non tenetur. Quid multa? Mutata penitus mente, desponsauit uxorem. Cumque per processum temporis mens eius & memoriam sancti propositi paulatim de se prorsus eraderet, & sub praetextu coniugij, ad explendam carnalis illecebræ voluptatem impatientius ebulliret, diuina super eum vigilante clementia, subito languore percussus est, ac paulò post ad extrema peruenit.

Terribile exempli cuiusdam hominis desperati ac interficiens ipsum.

Verè cuius Deus vult miseretur & quem vult induerat.

Votifragus infirmitate corripitur, vt respiscat.

Necessarijs igitur ac propinquis de iam quasi defuncti disputantibus sepultura, dum in medio positus videretur cadauer exanime, vixque tenuis quidam motus in eius pectore palpitaret: ecce duo terribilissimi, ac trucis vultus Aethiopes eum (vt sibi videbatur) tanquam leones rugientes inuadunt, rapaci ferocitate corripunt, de corpore violenter euellunt, mox pedes eius & brachia duris alligant nexibus, sicque velut hœdum in phalangam pendulum alter post alterum baiulare coeperunt. Quos autem dolores & torsiones ipse pertulerit, quot & qualia viderit, vel audierit, per quamplurima eum loca vectauerint, perlongum est non tantum stylo digere.

S. Petrus
Apostolus
ei apparet,
& à demo-
nibus eum
liberat.

re, sed simplicibus quoque verbis ex ore per ordinem referentis audire. Hoc tantum hic inferre iusticiam, quia dum per obscuram caliginis eum loca portarent, ecce beatus Petrus Apostolus splendidus & coruscans occurrit, eumque deportantium humeris raptum, nexibus, quibus angebatur, absoluit. Illi mox, relicta præda, stridentibus, & ciulantes abscedunt, factumque sibi præiudicium flebiles conque-
runtur. Beatus autem Apostolus adolescentem ad Cluniaci monasterium secum duxit, eique foris secus posito sese, donec reuerteretur, expectare præcepit. Ego, inquit, meum monasterium ingrediens visito, ac per circuitum cuncta perustrans, quid agatur attendo, deinde ad te, consideratis omnibus, redeo. Sed mox ut iste re-
lictus est solus, ecce crudeliores & acriores iidem reuertuntur Aetiopes, & non iam per manus & pedes, sed per genitalia ipsa corripunt, eumque sic non sine grauissi-
mo illius dolore suspendunt. Nam velut si rostro passer accipitris, vel aquilinis vn-
guibus columba rapiatur implumis, sic à reprobris illis spiritibus miser iste corripit-
tur, trahitur, libratus per verenda suspenditur, & quasi recuperata præda, quæ fuerat
perdita, longius asportatur: cum ecce beatus Petrus radiantis nimis ac terribili splen-
dore conspicuus, se tanquam fulmen iniecit, rapinam suam quasi per impetum vi-
olenti spiritus apprehendit, & clauibus, quas manu gestabat, raptos nequissimos
acerime verberauit. Mox illum ad domum propriam vsque perduxit, redensque
spiritum corpori, vtranque salutem substantiam reformauit. Nam ille protinus con-
ualecens, domui suæ sine cunctatione disposuit, atque ad Cluniacense monasteri-
um properans, sanctæ conuersationis habitum feruida fatis deuotione suscepit. Sic
itaque diuinæ militiæ transfuga, dum paterni verberis disciplina callus eruditur,
de manu cruenti prædonis eripitur, & ouis oberrans ad proprii pastoris maipalia re-
uocatur. Sed iam se reprimens calamus cohibeat stylum, ne regulam breuitatis ex-
cedat epistolare compendium.

Rediit
votum per
soluit.

Scribite, si placet, distichon istud in refectorio sub pedibus Apostolorum.

Ignis Apostolicum linguarum flamma senatum
Germinat, & varias quasi vox fecunda loquelas,

ALOYSIVS LIPOMANVS EPISCOPVS BER-
GOMENSIS SYNCERO LECTORI.



Emireris, optime lector, si ego, cuius propositum est, in hisce To-
mis vitas Sanctorum in lucem edere, in fine huius Octauæ tracta-
tum hunc beati Petri Damiani de seculi contemptu ad mona-
chos præcipue spectantem posui. Cum enim in eo ipso codice,
vnde ex præcedentibus sermonibus nonnullos excepimus, illum
inueniremus, visum est incongruum, ea, quæ tam prudenter illic
coniuncta fuerant, hic inepte admodum atque indignè separare
velle. Præterea cum in eo nonnulla, eademque præclara virtutum Iacob, David,
Elisei, atque aliorum patrum antiquorum exempla proponantur, licet alicuius
illorum vita integrè non describatur, quia tamen hic, quæ veri monachi debeat esse
vita, perfecte ostenditur, idcirco nos monachalem statum maxima utilitate, quæ
ex hac ipsa lectione hauriri potest, defraudare nolimus. Ipsum igitur libenter le-
gas, & si quidem monastica possessione censeris, quæ in ipso admonentur tractatu,
plenè omnia implere satagito. Si verò non es monachus, ab hac tamè lectione mi-
nimè desistas, multa namque inuenies, quæ tuæ laudabiliter ac secundum De-
um instituendæ vitæ maximè conducibilia videbuntur. Vale,
meque omnipotenti Domino tuis precibus
assiduè commenda.

PETRI

SURIUS

g. bar
K. 10. 10. 10.

RVITI

5

APOLOGETICVM B. PETRI DAMIANI 259
PETRI DAMIANI HVMILIS
MONACHI APOLOGETICVM DE
CONTEMPTV SECVLI.

Cap. I.

DE contemptu seculi huius, fratres charissimi, Albiso videlicet venerabilis eremita, & Petre de mundi rhetore iam Christi philosophe, sapè (vt nòstis), familiari quodam studio disputare soliti, tum de nostra ipsorum imperfectione doluimus, tum etiam de nonnullis huius sacræ militiæ fratribus per abrupta vagantibus conquesti sumus. Ad tantâ quippè facem quotidie semetipso deterior mundus iste deuoluitur, vt non solum cuiuslibet siue secularis, siue Ecclesiasticæ conditionis ordo à statu suo collapsus iaceat, sed etiam ipsa monastica disciplina solutenus (vt irâ dixerim) reclinata, ab assueta illa celsitudinis suæ perfectione languescat. Perijt pudor, honestas euauit, religio cecidit, & velut facta agmine omnium sanctarum virtutum turba procul abscessit. Omnes enim quæ sua sunt quarunt, & contempto caelesti desiderio, terram intractabiliter concupiscunt. Et quia sub ipso mundi sine post ipsum inhiare non desinant, quasi post alta pelagi in litus euecti, terram remigio inaniter pulsant, dum ad huc peruicaces nauigare festinant. Et cum laborandi finis proculdubio quies sit, quibus vltro quiescendi locus offertur, superuacuo laboris studio pœnaliter fatigantur.

Sit hic pius tractatus, tanq̃ speculum quoddam hereticis, in quo plane perspicitur errorum suum.

Philip. 2.

De monachis, qui ad ea, quæ reliquerant, reuertuntur. Cap. II.

Sed esto vt filij huius seculi in fluctuosa secularium procellarum inundatione versentur, & nunc femina, quibus propensius oblectantur, adspargant, vt non quas voluerint postmodum fruges metâr. Quid enim mihi, iuxta Apostolum, de his, qui in mundo sunt, iudicare? Nos autem, qui mundi abrenunciatores dicimur, qui terreni fluctus naufragium euasisse gloriamur, cur ad illud denuo, velut quodam vortice violenter absorbente, relabimur? Cur ad ea, quæ pro diuino amore contempsimus, retrogradis nitentes gressibus, malè æstuanti desiderio recalemus? Cur non veremur illud in honestæ ambitionis importunitate repetere, quod neque terrena iura, neque diuinæ legis autoritas vetuerat possidere? Porro nos fecimus, vt à nobis iuste possessa, nostra non fierent, & quæ nostri iurarent, in aliorum dominium translata prodirent. Quod ergo consilium fuit, in tam periculosum nosmetipsos certamen adducere, vt contra omnium humanarum, diuinarumque legum decreta, quarum videlicet pace fruebamur, nunc necesse sit dimicare? Nos siquidem minime lacessiti vltro nea temeritate bellum mouimus, & nunc contra sacræ scripturæ sententias configere non timemus.

i. Cor. 6.

Quòd minus peccauerunt Ananias & Saphira, quàm monachi, qui pecunias habent. CAP. III.

Quis, rogo, Ananiam & Saphiram rebus proprijs abrenunciare coëgit? Sed quia vterque pro sustetanda quasi longa vita retinuit aliquid, repentinae mortis sententiam non euasit. Et quia nequaquam iuxta abrenunciatorum regulam contenti sunt viuere, iuxta præuicatorum animaduersionem coacti sunt immaturo exitu infeliciter expirare. Et quidem illi, vtpotè rudes, & ad fidem denuo venientes, needum fortasse ad plenum Euangelica præcepta didicerant, needum sacri nouæ doctrinæ codices ad publicum in commune processerant: attamen qui in ipso fidei tyrocinio quodamodò simpliciter peccauerunt, districto quidem, sed pio iudicio, sola (vt credimus) sunt corporis morte multati. Nos autem, qui cuncta sacri eloquij volumina nouimus, qui innumerabilium sanctorum patrum vitas, atque præcepta post illud aureum Apostolorum seculum existentium, præ oculis assidua discussione versamus, ante tribunal Christi quid excusa-

Ag. 1. Si Ananias & Saphira propter proprietatem fuerint occisi, quid fiet de proprietariis monachis?

SURIUS

q. ber
Monach.

RVIII

5

tionis obtendere, quod tergiversationis argumentum poterimus inuenire? Ecce longe nobilioris quaestus obtentu, quaestus & lucra terrena non modo reliquimus, sed & perpetuam abrenunciationem non homini, sed Deo potius professi sumus. Si ergo adhuc marsupio nostro nummus includitur, si ad interni spectatoris iniuriam quantumlibet pecunia reseruetur, quid illi in reddenda ratione dicemus? qua nos defensionis arte purgabimus? Huc accedit, quod illi vacillante adhuc fide in nulla videbantur Ecclesiastica posse sustentatione confidere, nimirum dum in ipso Christiana religionis exordio ipsa quoque Ecclesia necdum fuerat per materiale aedificium fabricata. Nos autem, qui vbiq; terrarum tam largissima Ecclesiarum patrimonium cernimus, vt quotidie, dum mundus imminuta possessione conuoluitur, Ecclesia copiosissime dilaretur, si tanquam defuturis alimentis lucrum carnale reponimus, dum nobis in posterum prouidendo ditescimus, thesaurum dei nos vacuos esse monstramus. De quo Apostolus. Habemus, inquit, thesaurum istum in vasis fictilibus. Et dum cautionem, quam cum Christo pepigimus, frangimus, violatae fidei potius tormenta metuere, quam praemia possumus de nostra conuersione sperare. In conuentione etenim pacti, quod inter duos fit, sponsionis vox ex vtraque parte procedit, vt nimirum vterlibet, qui condicta seruauerit, modum deliberati fructus accipiat: e contra qui transgressus fuerit, iacturam violatae sponsionis incurrat. In pactione autem illa, qua cum Deo conuenimus, vox nostra haec proculdubio fuit quia Christum sequentes, mundum, & quae sunt mundi, abrenunciare promissimus. Diuina autem vox consequenter ad istam respondit: Amen dico vobis, quia vos, qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et hoc quidem, si propositae sponsionis iura seruamus. Alioquin si post terga respicimus, terribile mox oraculum diuinae comminationis audimus: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est Regno Dei. Ecce audiuius, quia perfectis renunciatoribus non qualiacunque munera, sed sedes promittuntur, super quibus videlicet sedebunt iudices facti, qui de suis olim timuerant excessibus iudicari. Nimirum decebat, vt haec dexterae excelsae immutatio fieret, quatenus qui amore perfectionis pro Christo effecti sunt pauperes, iam cum Christo diuites facti, communiter sedeant caelestis curiae senatores, sicut scriptum est. Nobilis in portis vir eius, cum sederit cum senatoribus terrae.

2. Cor. 4.

Matth. 19.

Luc. 9.

Prou. vii.

Quod monachus nequeat Christum simul & pecunias possidere. CAP. IIII.

Monachus a terrenis facultatibus abstinere debet tanquam proprijs.

Psal. 118.
Esa. 19.
Prou. 20.

Coloss. 2.

Matth. 6.

Qui vero ad ea, quae reliquit, terrena qualibet cogendo reuertitur, sicut alienus est a seculo, quo se decreuit exuere, ita etiam regno Dei aptus ultra non est, quod indubitanter acceptum noluit possidere. Fatuus nimirum viator, nec eò reuerti potest, vnde irreuocabiliter prodijt, & quod ire disposuerat: non peruenit. Enimvero cum mundo renunciauimus, proprietatem nostram caelum esse constituimus, & nos illius proprietates consequenter esse facti sumus, vt & ille esset portio nostra, & nos peculiariter hereditas sua. Dicimus enim: Portio mea, Domine: & ille nobis: Opus manuum mearum tu es, hereditas mea Israel. Nam de hereditate terra scriptum est: Hereditas, ad quam in principio festinatur, in nouissimis benedictione carebit. Si ergo portio mea ipse omnipotens Deus esse dignatur, quod, rogo, diuitiarum genus quispiam valebit acquirere, quod super hunc singularem thesaurum merito debeat cumulare? Thesaurus nanque ille huiusmodi est, vt si solus sit, omnes in illo diuitiae valeant veraciter possideri. In pectore nanque Iesu omnes thesauri sapientiae & scientiae absconditi sunt. Si vero alias, atque peregrinas diuitias super hunc, qui potitur, consisti pare voluerit, illico vilis atque ignobilis copiae dedignatur omnino consortium: & indigni contubernalis impatiens, dum retineri putatur, amittitur, atque hoc modo ex frustrati auolat manibus possessoris. Nemo enim potest Deo seruire, & mammona.

Quapropter, o monache, vis in tuo luculo recondere Christum? Excute prius nummum: neque enim in vno receptaculo congrue sociatur. Nam si vtrumque simul in cluseris, alterum sine altero vacuus possessor inuenies. Quanto quippe in egenis mundi lucris copiosior fueris, tanto a veris diuitijs arummosius inanescis. Nummus ergo si est, in aliena protinus iura cœcedat, vt vacuum tui pectoris arcam

Christus

Christus inueniat. Magnus nempe hospes in diuersorij tui quarit angusta descen-
dere, atque idcirco solus vult & sine consortibus habitare. Quem enim caeli terrae,
que non valet vastitas capere, quo pacto in exiguo tui domatis angulo niteris illi
peregrinos ad cohabitandum socios adhibere? Cedat, cedat terrena pecunia, vbi
caelestis thesaurus admittitur. Quae enim societas luci ad tenebras? Quae conuentio
Dei ad mammonam iniquitatis? Abijciatur ergo pecunia ærugini, tinea que, & fur-
tis obnoxia. Vacet exedra cordis, quæ caelesti mercimonio possit impleri. Nolite, in-
quit, thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fa-
res effodiunt & furantur.

Quod melius est, habitare retinere, quam abiecta repetere. CAP. V.

Periculosior namque est anima pecunia, cum acquiritur, quam cum vltro
supeditans possidetur. In ista siquidem terreno more est iusta possessio, in
illa verò feralis sæpe regnat ambitio. Salubrius ergo fuerat, habitare quieto
animo possidere, quam abiecta non sine quadam rancoris anxietate require-
re. Pudeat ergo te, o miles Christi, peritura in hoc seculo facultate ditescere, nè in
futuro cogaris nudus & inops perpetuo mendicare. In talis quippe militiæ arma iu-
rasti, quæ nudos & agiles exepit bellatores, onustos autem, atque in Deo segnes, a
castrorum excubijs donatiui arcet immunes. Abiurat illa militia sarcinis pragra-
uatum, & ante tempus meritò subrogat expeditum. Non licet illic marsupia pen-
dere nummorum, vbi thecæ tantummodò vibrantium cernuntur armorum. In bel-
licosa scilicet acie, inertis pecuniæ non tutò seruitur, vbi constipatis cuneis alidua
dimicatione configitur. Non ille solidorum summam securus enumerat, qui cir-
cumsa hostium multitudine telorum missilia indefinenter expectat. Sæpe namq;
in talibus dum talentum metalli cuiuslibet trutinatur, improuisa veniens occulti
hostis sagitta, stomacho librantis infigitur: sicque fit, vt qui solus sibimet sine rei fa-
miliaris adminiculo minimè videbatur posse sufficere, iam se & sua repentino casu
lugeat irrecuperabiliter amisisse: & qui pauper cum Christo in libertate dedignatus
est viuere, diues absque illo, sed seruus pecuniæ, compellitur damnabiliter interire.
Audi quid diuitibus vox diuina promittat: Væ vobis, diuites, quia recepistis conso-
lationem vestram. Praterea & hoc, quod Iacobus dicit: Væ vobis, diuites. Diuitiæ
vestræ putrefactæ sunt, vestimenta vestra à tineis comesta sunt, aurum, & argentum
vestrum æruginauit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit car-
nes vestras, sicut ignis.

Quod avarus, nummicola veriùs, quam Christicola nuncupetur. CAP. VI.

Auidisti, obsecro, nummicola & monache, quid tibi æstus auaritiæ pariat?
Auidisti ad quem sinem pecunia congesta perducatur? Iustum quippe est, vt
cuius nunc mens amore carnis ardet in cõcupiscentia, illius postmodum
& ipsa caro comburatur in pœna. Nunc fornax mentis inuisibili concu-
piscentiæ ardore succenditur, dignum est, vt tunc quoque caro materialis incendij
flamma inextinguibiliter depascatur. Audi adhuc, nummicola. Quod autem te
nummicolam appello, à qualitate tui operis vocabulum traho, non contumeliæ
in te nomen vsurpo. Nummos enim colis, qui pecuniam diligis. Et cum Dominus
per Prophetam dicat: Vacate, & videte, quoniam ego sum Dominus: vacationis
quidem cultum, quem Deo debueras, nummis exhibes, circa quorum custodiam
vacas. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Quocirca sicut qui Christi
colit, iure Christicola dicitur: ita & qui nummis per custodiam seruit, non imme-
ritò nummicola perhibetur. Sed adhuc fortasse proprium cordis sequi arbitrium
iudicor, si etymologiam nominis huius sacræ scripturæ testimonijs non affirmo.
Ipsa nempe Veritas dicit: Non potestis Deo seruire, & mammonæ. Ac si aperte
dicat: Nemo potest Deum simul & pecunias colere. Quod Apostolus manifestius
declarat, cum ait: Hoc autem scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut im-
mundus, aut avarus (quod est idolorum seruitus) non habet hereditatem in regno
Christi, & Dei. Tot ergo criminibus simpliciter enumeratis, dum solam auaritiæ
idolorum asserit seruitutem, luce clariùs docet, avarum non Dei, sed nummorum,
ac per hoc demoniorum esse cultorem. Sed dum in exponendo nummicolæ nomen
diutius immoror, ab effundenda ipsa nummorum cõgerie manum disputationis,
immo dissipationis auerto. Facta igitur tibi de proprio nomine satisfactio, num-
micola,

Deo in suo
humano
habitu
lo confor-
tes non ad-
mittit.
2. Cor. 6.

Matth. 6.

Militia
Christia-
na, nudos
facultati-
bus expe-
rit bellato-
res.

Luc. 16.

Iac. 5. 1

Nummi-
colarum
in inferno
pœna.

Psal. 45.

Matth. 6.

Matth. 6.

Ephes. 5.

Omnis a-
varus da-
moniorum
est cultor.

SURIUS

q. 100
100
RVIII
5

Matth. 19.

micola, iam quod dicturus eram, vigilanter ausculta. Audi ergo quid de te, tuisque similibus Veritas dicat. Difficile, inquit, qui diuitias habent, intrabunt in regnum caelorum. Et haec quidem sententia de ijs, qui diuitias iuxta morem seculi possident. Ceterum hi, qui, reiectis omnibus, deuotum ad vomitum sunt relapsi, nisi resipiscant, regnum caelorum nulla vel cum difficultate possunt fiducia promereri.

Quod etiam parua pecunia animam monachi immaniter ledat. CAP. VII.

Sed ex isto nummicularum numero cerebrosus quisquam fortasse non deerit, qui mihi ad ista respondeat: Diuitiarum me cur mordaciter imperis, quem per exigua summa contentum vix paucos habere obolos cernis? Cumque hoc propriae fragilitati consentio, releuanda tantummodo futurae necessitati prospicio, non asfluere diuitijs quaero. Teste siquidem torius fraternitatis meae conuentu, a filo subregminis vsque ad corrigiam caligae de monasterij mei facultatibus non accipio. Et si proprijs me quibuscunque reculis prorsus euacuo, qualiter viuam? Ecce proprietarius noster, siue melius, ut ante, nummicola, paupertatis patrocinio vitatur, ut ipse diues irreprehensibiliter viuat: & vide quibus argumentorum fucis mortale vitium palliat, ut quodammodo sepulcrum foedis cadaueribus plenum superdacta calcis albore candescat. Age frater, si ex monasterialibus impensis commodum tibi sperare licuisset, nunquid non vestes, quas mox ut praebentur indueres, non autem pecuniae lucra darentur, quae oculis famulatura seruares?

Pecuniae ab extraneis collatae, non debent à monachis conferuari.

Cur non eodem compendio vteris in ijs etiam, quae ab extraneis conferuntur? Videlicet ut percepto quolibet munere, mox necessaria redimantur, & virus apud te pecuniae non moretur? Hoc enim modo & indigentiae tuae velocis consolatio prouenit, & lepra pecuniae foedis te maculis non adspersit. Cur autem tibi de exiguitate pecuniae tanquam securus applaudis, qui tibi ita siculum, sicut & ipsum assem prohiberem esse non ambigis? Cui vero tota rei cuiuslibet vniuersitas intercluditur, excusationis aufugium de minutijs non lucratur. Qui totum cessit, pars illi proculdubio non remansit, praesertim cum haec sit mentis humanae natura, ut ita occupetur circa minima, si sit indigens, sicut erga multa, si diues. Suae enim sumptuosa diuitiarum inundatione circumfluas, siue tenuissima te rei familiaris angustia premit, sententia illa mutari non potest: Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Croesus & Amyclas diuersi quidem possessores, sed non diuersas circa haec, quibus fruuntur, exhibent voluntates. Licet enim ille aureos metiatur, iste milium numeret, discreta quidem facultatum quantitate exduntur, sed non in dissimili circa illa, quae cuique viritum suppetunt, amore tenentur. Porro si exiguus mus, vel quodcumque reptantium in quamlibet capacissimam tunnam casu decedat, nunquid non protinus cum securibus hinc inde concurritur, totum quicquid illud erat effunditur, cunctisque screantibus, vomitum minante stomacho, nauisatur? Si tenuissima veneni stilla pando oleris atheno diffunditur, nonne totum, esculentius licet, edulium prorsus abominabile iudicatur? Si ergo per exigua mala largissima sapientia bona corrumpunt, quo pacto te de lenocinante conscientia iactas, quia minimum sit, quod contra professionis tuae propositum priuata proprietate possideas? Na (iuxta Apostolum) modicum fermentum totam massam corrumpit. Et alibi: Qui modica spernit, paulatim decidit. Neque enim primi parentes nostri ex illo prohibito pomo frequentibus sunt conuiujs crapulari, cuius vna tantum leguntur in faulta perceptione corrupti. Sed non idcirco momentanea vltionis plexi sunt poena, quia diuitius non perferre transgressores in culpa.

Matth. 6.

gregia comparatione docet per exiguas pecunias animam monachi ledere.

1. Cor. 3. Eccle. 19.

Gen. 3.

Qualiter ad veras possit monachus diuitias peruenire. CAP. VIII.

Sed ergo, frater, quisquis es, sumptus te delectat acquirere, vnde futurę possis occurrere paupertati, veras prouidus diuitias appetere, vere etiam paupertatis inopia pertimesce. Illius namque paupertatis intuitu, facillime paupertas ista continetur. Illarum comparatione diuitiarum omnis terrena substantia copia, tanquam litorea alga, despicitur, quae pedibus conculcatur. Igitur si verè contendis inopiam tardiosissima illius paupertatis euadere, stude in agro cordis tui optimarum frugum sationes insulcare. Teste enim Apostolo: Qui seminat in spiritu, de spiritu metet vitam aeternam. Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes. Illud summum & vnicum

Priuari regno caelorum est summa paupertas.

Gal. 6.

eum granum in noualibus tuę mentis occulta, quod videlicet cadens in terra mor-
tuum fuit, & malum attulit fructum. Hoc tibi thesaurus, hoc tibi fit omnigena-
rum vbertas frugum. In illo acquirendi finem constituere, in illo omnem vtriusque
vitę fiduciam pone. Dominus enim omnium est, & diues in omnes, qui inuocant
illum.

Enimvero si granum illud competenti cura seruare studueris, videbis apothē-
cas interiores cellarū tui, auri & argenti, omniumque diuitiarum talentis affluere.
Videbis & horrea ea nouo prouentu segetū incomparabiliter redundare. Illum

ergo thesaurum curiosa sollicitudine iugiter excole: circa illum nocturnas, diur-
nasque excubias vigili sedulitate depende. In illo enim vno omnium diues eris, nec
eorum, qui tibi fuerint necessaria, copia poteris indigere. In illo quippe posside-
bis aurum diuinę sapientię, argentum edificatrici eloquentię. In illo diuersa pal-
lię decora & honestę conuersationis, bis tinctum videlicet coccum geminę cha-
ritatis, colobium nitidę castitatis. In illo byssum patientię, flammecum birotinum
diuini feruoris, purpuram regię dignitatis. Quia enim muriceo sanguine tingitur,
vt in purpureum colorem lana vertatur, quisquis folio recti exanimis ita præsudet,
vt omnes suę carnis illecebras, vitiorumque barbariem vtolento imperio mūdifi-
care festinet, hic Rex non immerito dicitur, & spiritalis purpurę decore vestitur.

In illo diuipiticum virentis semper spei, nimirum vocatus in hęreditatem in-
contaminatam, immarcescibilem, conseruatam incalis. In illo habebis annulum fidei
armillas perfecti in actiua vita operis, dextralia etiam speculatiuę contemplatio-
nis. Laeva enim eius sub capite tuo, & dextera illius amplexabitur te. Et quid tibi

plura polliceat, quandoquidem in illo omnium virtutum gemmis, curę eorum
perfrueris charismatum margaritis? Nec tibi deerunt omnium mundorū scilicet,
& immundorum animalium reges, quę sub virga tuę transeant disciplina. Im-
munda siquidem vitiorum armenta sub tuę ditionis imperio domabuntur, mūda
verò interioris tui hominis ventrem suauissimę refectionis dapibus saginabunt.

Quini velleris turba delicatius accurata, dulcis innocentię prębebunt tuis fercu-
lis alimenta. Domestica; altius carnes non cessabunt in te diuini amoris augere
pinguedinem. Vniuersa genera volucrum supramentis tuę mensam sumptuosius
instruet spiritale conuiuium. At verò taurina ceruix superbię suppositum tuę
ditionis emugiet iugum. Equinę luxurię effrenata libertas sub te chamati oris
mandet insatiabiliter ferrum. Omnes beluę vitiorū vniuersa portenta reptilium,
tremefacta pauebunt tuę dominationis imperium. Et hæc quidem omnia in hæc

vita in tuum cedent vltro peculium, si preciosum illum, ac singularem, quem præ-
diximus, caute studueris custodire thesaurum. Cæterum in illa verę beatitudinis
vita, quanta tibi, & quam potiora dabuntur, non est (fateor) nostrarum virium
disputare, non est nostrę facultatis euoluere. Hoc tantum ad compendiosum in-
explicabilis negocijs exitum referre sufficiat, quia hoc accepturi sunt, qui mundum
perfectè reliquerunt, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis
allendit, quę præparauit Deus diligentibus se.

Hunc ergo thesaurum, Christum videlicet Deum, & Dominum nostrum, qui
nobis factus est Redemptor, & premium, ipse promissor, & primum, qui & vita est
hominum, & perennitas Angelorum, hunc, inquam, in exedra tui pectoris diligenti
cura reconde. In illum omnes cuiuscunque necessitatis sollicitudinem projice. In
ipso per assiduę orationis colloquium delectare. In ipso te iugibus sanctarum co-
gitationum epulis refice. Ipse tibi sit cibus, ipse nihilominus indumentum. Si con-
tigerit autem, vt etiam cuiuscunque commodi exterioris indigeas, nihil hæsites, ni-
hil de eius fida promissione diffidas, qua pollicetur dicens: Primum quærite re-

gnum Dei, & hæc omnia adiciuntur vobis. Qui enim sitientibus Israëliticę plebis
agminibus ex illo aridę metallo rupis vberes aquarum riuos iussit effluere, qui
esurientibus cęleste manna per annosa temporum potuit spatia ministrare. qui
innumeram ortygometrarum multitudinem præcipit in murmurantium castra
descendere, vni hominioni suis iugiter obsequijs insistenti non poterit necessa-
ria prouidere? Et qui per quadraginta circiter annorum curricula, infinita illius
turbę vestimenta seruauit illasadi, sicile sibi est, attritis veteribus, nouas tibi exu-
uias reparare? Nos certè minimę fidei, compellimus Christum esse tenacem.

Nempe pusillanimatorum dissidentia facit pauperem Christum. At plena fides di-

Iohan. 12.

Rom. 10.

Pauperta-
tis Euge-
licę fructus
& bona.

1. Pet. 2.

Cant. 2.

2. Cor. 2.

Iesus Chrī-
stus thesaur-
us nostrus.

Math. 6.

Exod. 17. 16.

uitem illam, & largum in exhibendis muneribus experitur. Satage tantum in his te exercere quæ iulit, & nulla prorsus ex his maneat dubietas quæ promisit. Sic fecurus exactor, ubi ad reddendum promptus est debitor. Sine causa diffiditur, ubi ille promissor est, qui nunquam mentitur. Securus creditor graditur, cum simplex veritas promissione teneretur. Hæc autem de proprietatem habentibus monachis breui perstringere compendio volumus: nunc autem ad eos, qui equinis vectari, onibus assidue delectantur, disputationis articulum transferamus.

De monachis assidue discurrentibus. CAP. IX.

Nec reor de vestra excidere potuisse memoria, fratres charissimi, quam sepe numero de hac quoque monachorum pernicie concordia inter nos familiaritate doluimus, & inquietis fratribus, ac vagationis vitio pereuntibus, fraternæ charitatis affectu compassumus. Sunt tamen nonnulli, qui dum seculi militiam baiularunt, pertæsum erat sub humanae feruitutis ingo huc illucque discurrere, adeo ut deliberarent ad monasteriale ocium libertatis & quietis amore transire: nunc autem tanto sunt pestiferæ inquietudinis ardore succensiti, ut si quando non prebetur occasio dictans longius progredi, tenebroso carcerali cultu, diæ videantur horrore concludi. Quod proculdubio fieri antiqui hostis non ignoratur astutia. Quos enim adhuc sessor nequissimus equitat, idcirco importunis vagandi calcariibus urget, ut & ipsi ad seculi vanitatem redeuntes pereant, & alios ab arripiendo tramite veræ salutis auertant. Sicut enim quamplures seculari habitu commututi, qui nisi ad hunc monasticæ institutionis portum, Christo duce confugiant, aliter se in illis procellofis mundani pelagi fluctibus saluari posse omnino diffidant.

Quid laici de monachis secularibus dicant. CAP. X.

SED cum contemplantur eos, qui nuper quæ mundi sunt, cum magno feruore contempserant, nunc ad secularium negotiorum turbinem inhiantius redigi, & in eiusdem, quam euaserant, cœnosa volutabri sece versari, stupor mirantibus oritur, suspirium ab imis visceribus trahitur, & in eorum mentibus desperatio generatur. In semetipsum nanque vnusquisque huiusmodi querulam deponit, dicens: Væ, væ, ubi ego propria salutis spem posui? Cur cum capitis mei periculo ad ordinem illum transire decreui? Paulominus breui puncto corpus simul & animam perdidit. Penem in ignem apertis oculis propria voluntate conieci. Quis enim illo feruentior aliquando monasterium petiit? Quis (ut videbatur) animosiori constantia ad Christi militiam properauit? Nunc autem omnium quæ promisit oblitus, in terrenis se negocijs iugiter versat, seculum tractat, seculum spirat, & quem mihi mortificationis habitus dissimilem reddidit, mecum mundo non dissimiliter viuunt. Plane (ut perspicuum est) mutare corpus exteriori re speciem potuit, sed mens in eo quo fuerat statu male fixa permansit. Quid mihi conuersionis eius incentores accusare? In rebus siquidem bellicis solum modo commilitonem perdidit, sed in reliquis terrenis actibus socium non amisit. Mecum certe forenses lites agitatur, mecum in tribunalibus iudicium perorare non cessat, mecum importunis atria principum penetrat, mecum simul eorum auribus consilia terrena profunditatis instillat. Sed qua temeritate socium nuncupare præsumo, quem iam non consuetudinaliter socium, sed in cunctis, tanquam pedisequum, vix præambulum sequor? Sanè tantam à populo gloriam de sua conuersione lucratur, ut superuenienti omnes assurgant, quicquid attulerit velut prophetiæ oraculum credant, & deuotionis illi obsequium reuerenter exhibeant. Sic videlicet, quantum ad carnem, nequaquam infructuosa illius creditur fuisse conuersio, quia qui seculari vestem non cum mente deposuit, secularem pompam callidus permutator plenius acquisiuit.

Has itaque, atque huiusmodi murmurationes dum detractores effundunt, quantis sit occasio pereundi in seculo peruagatio monachorum, quis enumerare sufficiat? Facilius enim in seculari habitu etiam perire deliberant, quam peritorum exempla sequendo, vtrunque simul (ut aiunt) seculum perdere. Et reuera non est mirandum, si videtur hoc scandulum nascitur, quod & Deo, & sacre authoritati probatur esse contrarium. Ait enim Apostolus: Nemo militans Deo implicat se negocijs secularibus, ut ei placeat, cui se probauit. Et ipse Dominus admonet discipulos suos, dicens: Cauete, ne grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius seculi.

Qua sit in monacho periculosa inquietudo & instabilitas.

Monachorum peruagatio in seculo periculi occasio nem multas admittit.

2. Tim. 1.

Luc. 21.

SURIUS

q. bar
Monach
RVIII
5

Quòd discursio monachi & virtutes expellat, & vitiorum multitudinem introducat. CAP. XI.

EX hac nanq; venenata radice tori vitiorum propaggines oriuntur, vt in quocunq; vigere cognoscitur, omni monastica perfectionis fructu velut arbor arida denudetur. Et quemadmodum grossi ficulneæ ventis expositi flare nequeunt, sic in illo diuersis mundi tentationibus hinc inde perfiantibus bonorum operum fructus permanere non possunt. Hoc nanque vitium tanta violentia est, vt postquam sibi in pectore monachi semel imperium vindicauerit, mox ex maxima parte, si virtutum chorus abscedat, nonnulla vitiorum portenta velut ergastulum proprii iuris irrumpant. Nam vt pauca referantur è multis, monachus in itinere positus tenere ieiunium nequit, quia hospitalis ei humanitas non permittit. Non sapienter pfallit, quia obambulantis comitatus eum loquacitas impedit. Nocturnis non insilit excubijs, quia secretum deest singularitatis. Fleatendis genibus non infudat, quia sanctæ deuotionis studio labor interioris non concordat. Nequaquam silentij censura constringitur, quia frequenter emergentibus causis, inuitus etiam per multiloquia diffrenatur. Quid dicam, quia lectioni, vel orationi minime vacat, quem extra semetipsum egredi, et terrena quæq; attractare imminens potius necessitas dicat. Charitas in eo minuitur, quia mens, quæ tot actionum secularium ventos recipit, ab amoris interni seruore tepescit. Suum quoque castitas mentis dispendiũ patitur, quia nonnunquam mens concupiscentiæ relo cõfigitur per carnis speciem, quam exterius contemplatur. Robur etiam patientiæ frangitur, quia quodlibet inceptanti dum sæpè contra votum repentini casus emergentes obuiant, qui suum accelerabat explicare negocium, non equanimiter portat, & talia tunc per impatientiam verba profundit, quæ cum ad ocium reuertitur, vltimicibus lachrymis grauius punit. Sobrietatis regula non seruatur, quia dum lauitioribus cibis conuiuij apparatus instruitur, dum hospitalitatis officij sedulitas exhibetur, quia in humanum putat inuitantiũ precibus non condescendere, delectat etiam, ventri sub charitatis specie molliter indulgere. In quo nimirum articulo in mente serui Dei sæpè dubietas oritur, ne videlicet vnde sobrietati consulitur, inde quoque hypocrisis (quod abominabile est vitium) seruiatur. Itaque apud quosdam sobrietatis modus omnino contemnitur, vt hypocrisis quoque nota procul abesse videatur. Sed hoc modo in eo quòd discretio agi creditur, discretio non tenetur. Ille enim scit rectè discernere, qui virtutem nouit à vitio separare. Qui autè cum zizanijs simul etiã triticũ eradicit, hic proculdubio vim discretionis ignorat. Quisquis ergo solo supernæ remunerationis intuitu, sobrietatis limitem non excedit, & hypocrisim sub humilitatis suæ pedibus calcatur, & custodire sobrietatis præmium incunctanter expectat.

Vt autem adhuc quoque de monacho discurrenda dicamus, lachrymarum compunctionem, quibus peccata desinat, non habet: quia mens arida, quæ per astum terrenæ conuersationis incedit, dum perfundi rore sancti Spiritus non meretur, arefcit, & terrenarum cogitationum cæno plena, quia aquam capitis interioris gratia largiente non concipit, nullas extra se lachrymas fundit. Aliquando fortasè circumfusis auditoribus prædicat, sed repente vana gloria surripit, & quasi ex insidijs prodiens eum, qui alijs medebatur, occidit. Si autem hoc præcauens sub silentij censura constringit, nihil eorum posse perficere, quorum causa venerat, erubescit. Si morosæ grauitatis, vt dignum est, speciem seruat, valde pertimescit, ne & hic hypocrisis notam simulator incurrat. Si autem à suæ mortificationis rigore quantumlibet se in leuitatem resoluit, hic etiam multo minus securus est, ne videlicet suo exemplo alios destruat. Si quando inter dissidentes sequestra pacis vult reformare concordiam, si districte veritatem exequitur, reconciliationis inter eos vnitas non conflatur. Quod si vti mendacijs acquiescit, peccati laqueos non euadit. Cum vult peccantes arguere, culpam non minimam deputat, tot proximorum suorum aduersum se odia concitare. Videre autem, & conticescere, quid aliud arbitratur, nisi prauè agentibus consentire? Et hæc quidem de illis, qui quantumlibet calent superni calor igniculo, cæterum frigidi quique, qui spreis diuinæ militiæ castris, ad mundanæ vertiginis molam sinistro postliminio reuoluuntur, quanta iudicabiliter agant, quam inconsideratè viuunt, referant qui volunt. Nobis consultius videtur, eos pia compassione deslere, quam excran-

Vitioris
monachi
mala & in
cõmoda.

Hypocrisis
abomina-
bile vitium.

hypocrisis
mala & in
cõmoda

apostatarũ
gesta dehis-
da potius
sunt, quã
conferribẽ-
da.

crandæ conuersationis gesta conscribere, ne quibus solas compatiendi lachrymas debemus impendere, hos videamur censorijs literis obrectare.

* for. inte-
riora

Quæ mala infelix anima monachi patiat, cum ad inferiora reuertitur. CAP. XII.



OC autem absolute dicimus, quod tantis insidiarum tēdiculis hoc tēpore mundus iste dēfatus est, vt quisquis huius sacri ordinis desiderat innocenter viuere, ab illius processu cautissime se expediat abstineret: cuius videlicet iter si sæpè terit, procuratos insidiarū laqueos non euadit, & tanquā arbor munientis se corticis defensione nudata, nec virtutis fructus afferre, nec vitiorum quasi teredonū scaturientium cariē poterit euolare. Cum vero ad propriæ habitationis claustra reuertitur, cominus illum quasi quædam conglobata turba omnium, quæ viderat, & audierat, comitatur, vt tumultuantium negociorum strepitum, quem illic tolerabat in corpore, multo ingruentius, multoq; importunius hic patiat in mente. Præcipue si orationi vacare enixius coeperit, ecce phantasmata cogitationum, ecce imagines, quas viderat, rerum, i. ta vt in quolibet angulo constitutus, videatur sibi ludis theatricalibus interesse, vel inter agitates forense litigium, residere. Et quidem homo renititur, & quasi cōuolans muscas abigere à suæ mentis ore conatur. At illæ mox vt abscedunt, protinus redeunt, ilico vt repelluntur, assistunt, vt quasi fugitium suum persequentes capere, & propriæ seruitutis moliantur in exercitia reuocare. Tunc infelix anima discit, quanti sibi constiterit, quod se per latitudinem seculi inaniter relaxauit. Tæbescit enim sicca, obscura, lapidea: in modum nanque lapidis obdurata, nec in lachrymarum fluentia prorumpere, nec lumen potest tenebris vndique circumfusa videre. Psalmorum quidem mysterijs intendere nititur, sed tanquam lippientibus oculis intolerabili lumine reuerberatur. Anhelat virtute qua potest, ad summa cōtendere, sed quodam suo pondere prægrauata, in imis cogitur humiliata lacere.

Thren. 3.

Cui propheticum illud non inconuenienter aptatur: In tenebris collocauit me quasi mortuos sempiternos: circumædificauit aduersum me, vt non egrediar, aggrauauit compedem meum: sed & cum clamauro, & rogauero, excludet orationem meam. Mœret, anxiatur, anhelat, & quia nec ipsam hæc eius miseriam sibi flētūs vocem cum propheta daretur effundere, qua dicitur: Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquam, quia longè factus est à me consolator, conuertens animam meam. Sed infelix illa anima, cum & se flebilem videat, & tamen flere non possit, quam procul sit à salute, quasi in quendam locum deuoluta miseriam, longius conspicit. Nimirum cum flere via tantummodo sit vt peccator, valeat ad indulgentiam peruenire, ergo cum illa reatum suum plangere nequeat, videtur sibi, quod necdum etiam in viam pedem posuerit, qua pertingere ad indulgentiam possit. Huic simile est, quod ex imperfectorum persona per Prophetam dicitur: Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Qui enim legem Dei, quæ proculdubio iustificatio eius est, omni tempore nodum desiderat, sed iam desiderare concupiscit, iam quidem vtrunque eminus suspicit, sed nequaquam perfectionis alta conscendit.

Psal. 118.

Fit ergo menti miseræ tam tenebrosa confusio, vt quocumque se verterit, se versam in seculo videat, cum seculo sine se esse indubitanter agnoscat. Cum illo itaque est, quod cum ipsa non est, quia scilicet mundum, quem corporali digressione deseruit, secum per phantasticas imaginationes in mente depingit. Enimvero ista in humana mente calamitas, & peccatum est, & peccati poena. Iustum quippe est, vt quod quisq; volens admisit, patiat inuitus. Nimirum vt qui noluit se intra secreta sui ordinis cohibere, cum poterat, nequaquam seculo carere possit etiam cum reliquit. Mens itaque humana tantæ ægestatis atque penuriæ necessitate contracta, dolet, gemit, atq; ab imis visceribus suspiriū trahit, quia videlicet recessus sui munditiam vagitatis vitio perdidit, & se rursus in volutabro seculi velut sus lutulenta peruoluit. Tunc se leuitatis atque inconstantia mordaciter arguit, se vagam atque fallacem vehementer accusat: & Dei iudicium rectum esse, & æquitatis iura tenere veraciter probat, dicens cum Propheta: Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum. Bonum est prætolari cum silentio salutare Domini.

2. Pet. 2.

Quod quisque volens admisit, inuitus patitur.

SURIUS

q. d. ber
monach.
RVIII
5

mini. Bonum est virò, cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Sedebit solus, & Thren. 3.
tacebit, quia leuauit se super se. Quæ enim, si secreta diligeret, super semetipsam
gauderet cuncta, moeret nunc, quia ad publicum exiens, se sub se videt iacere pro-
stratam.

Quod is, qui foras egreditur, cum excommunicatis communicare cogatur.

CAP. XIII.

EST etiam aliud, quod, etsi cætera impedimenta decissent, solum sufficere poterat, vt monachos à mundi vagatione compefceret. Quis enim hoc tempore quorumlibet secularium possit inuenire conuentum, vbi non sit huiusmodi, qui pro sui reatùs piaculo excommunicationis debeat subire iudicium: iam dudum enim omnia vitia per mundum vigent, atque eo diffusius quotidiè propulsando dilatant, quò viciniùs, mudi terminus appropinquat. Quapropter impossibile est monacho, qui ad publicum egreditur, vt non siue cum excommunicatis, siue cum excommunicandis (quod penè tantundem est) communicare cogatur. Cum homicidis enim, cum periuris, cum incestuosis, cum incensoribus aduicium cum adulteris loquitur, quibus, etiam si aduersùs exhorret, plerunque tamen osculo iungitur, simul etiam communi ferculo, prout necessitas imminet, conuiuitur: cum ecòtrario Apostolus clamat: Si is, qui frater nominatur, est fornicator, aut immundus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibù sumere. Et certè formidolosum est, nimis que contrarium cum his, qui à Deo diuisi sunt, habere còfortium, præsertim monachis qui Deo ita sunt peculiari quadam, atq; (vt ita dicam) domesticæ familiaritate coniuncti, vt abiurato seculo, solis sint diuinis obsequijs irrevocabiliter deputati. Sicut enim ab ipso reproborum capite, ita quoque à membris illius, nisi causa conuersionis exegerit, studendù est declinare. Vna siquidem hæc abominatio repulsa debetur, quibus illic vnus ignis, attestante veritate, paratur, dñ ad sinistram positus dicitur: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Quos ergo ad aliam cernimus patriam tendere, non debemus eis in via noxiæ societatis glutinò foederari, ne quos inordinatus amor affociat, simul etiam poena extremæ vltionis inuoluat. In fine mudi, vitia se se diffusius dilatant.

Quod sicut ab excommunicatis, ita etiam ab excommunicandis oportet declinare. CAP. XIII.

ENIMUERO vt enucleatius pateat, quantum bonos malorum societas lædat, hac possumus perspicua ratione colligere, quia videlicet eorum alij sunt sacerdotali sententia nuper excommunicati, alij tantummodo sanctorum patrum iudicio communione priuandi. Sed de his, qui nuper excommunicati sunt, nulli dubium, quin omnis, qui eorù participio vtitur, similè damnationis sententiam fortiat. De his autem, qui pro commissis criminibus canonica quidè sunt auctoritate damnandi, necdum tamè viuus sacerdotum vocibus ab Ecclesiastica videtur vnitate præcisi: à nonnullis ambigitur, vtrum eorù tuto societas admittatur. Sed si reþensiori subtilitate perpendimus, nullà penè inter eos esse distantiam inuenimus. Siue enim à modernis, siue ab antiquis patribus quis iure damnetur, idem est, nec temporum diuersitas soluit, quem eadem perpetrati piaculi causa constringit: & ætatum varietas iudiciali calculo non præiudicat, vbi vna limitè equitatis regula sententiã dicat. Sed quod approbare volumus, melius ostendimus, si ipsa excommunicantium patrù, & antiquorù scilicet, & nouorum verba ponamus. Sacri siquidè Canones dicunt. Qui hoc, vel id fecerit, excommunicetur. Moderni quoq; Pontifices in iaculanda excommunicationis sententia, eadè ferè verba depromunt, dicentes: Ille qui hæc fecerit, excommunicetur. Quorum igitur sunt eadem verba, eadè nihilominus est intelligenda sententia, & cum præsentium sanctorum Pontificum omne iudiciù ab antiquorù patrum definitionibus pendeat, nullù isti damnare præsumunt, nisi quos iam ab illis damnatos esse nouerint. Non ergo quemlibet isti nouiter damnant, sed iam prolata maiorum sententiam sequendo confirmant. Malorù societas & bonos lædat.

Concludendum est igitur, quia sicut ab his cauendum est quos moderna synodorum Concilia ab Ecclesiastica societate repellunt, ita & ab illis nihilominus declinandum, quos antiqui partes eliminandos esse decernunt. Hæc itaque causa non minima est, quæ monachum à seculi discursionibus retrahat, & in sui recessus angulo stabilem reddat, quia valde miserum est, à proprijs quidem excessibus Nulla inter excommunicatos, & excommunicandos distantia.

Miserum est alieni rebus

rūs macu-
lis inquai-
nari, & sup-
plicia su-
stinere.

2. Par. 19.

2. Thef. 3.

2. Iohan. 1.

bus reprimi, sed alieni reatūs maculis inquinari: cum alijs non delinquere, & alie-
ni delicti supplicia sustinere. Malorum autem cum incautē amicitijs iungimur,
culpīs ligamur. Vnde Iosaphat cum tot de antea vita praconijs attollitur, de
Achab regis amicitijs penē periturus increpatur. Cui à Domino per Prophetam di-
citur: Impio praebes auxilium, & his qui oderunt Dominum, amicitia iungetis,
& idcirco iram Domini merebaris: sed bona opera inuenta sunt in te, eo quod ab-
stuleris lucos de terra Iuda. Ab illo enim, qui summē rectus est, eo ipso iam dis-
crepat, quo peruersorum amicitijs vita nostra concordat. Quem enim vox illa
Apostolica non terreat, quā nobis contestans, & à prauorum contubernio reuo-
cans clamat: Denuncio, inquit, vobis in nomine Domini Iesu, vt subtrahatis vos
ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionem, quam tradi-
dimus vobis. Si ergo ab his omnibus nosmetipsos debemus caute subtrahere, quos
non secundum traditionem Apostolicam cernimus ambulare, quanti in illo secu-
lari supersunt ordine, cum quibus absque periculo valeamus contubernium fami-
liaritatē habere? Porro autem qui Apostolica traditione contempta, aliam do-
ctrinam siue dogmatizando, siue viuendo superinducere nititur, orthodoxi & reli-
giosi viri perfrui confortio non meretur, Apostolo quoquē Iohanne attestante,
qui ait: Si quis veniat ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in
domo, nec Aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi Aue, comunicat operibus eius mali-
gnis. Quibus nimirum Apostolicę veritatis instructi sententis, euidentissime com-
probamus, quia qui cum sceleratis hominibus carnaliter amicitias iungunt, alieni
reatūs participes fiunt, & cum illis simul extremę vltionis coguntur subire iudici-
um, cum quibus tamen in hac vita simul non admisere peccatum.

De monachis, qui preciosis vestibus delectantur. CAP. XV.

HOC etiam vitium, quod videlicet iam persecuti sumus, discurrentem
monachum familiariter obsidet, quia profectō nunquam sic ad purū
valet à se lepram virosę procacitatis excutere, quin sibi necessarium vi-
deatur, quantum libet apud se illam occasione itineris retinere. Hinc
etiā preciosarum amor vestiu nascitur, nē videlicet in publicū prodies,
de ipiciabilis esse videatur. Veruntamen, dum exterioris indumenti phalera queri-
tur, cuncta interioris hominis compositio dissipatur. Hęc autem insania falsa, ne-
scio quo pacto ita peruersę mentis oculos cęcat, vt nec quę apud homines ho-
nestas sit videat, nec vnde apud Deum quis clarus videri possit attendat. Et reue-
ra insania est, & falsa est. Insanum quippē est, oculi arbitri iudicium superbi-
do contemnere, & humani fauoris auram molliori veste captare. Falsum vero
est, quia vnde oculos superni spectatoris offendit, inde etiam nihilominus apud
humanę existimationis iudicium cadit: & ex qua re hominibus videri clarior ap-
petit, ex ea se quodam modo dentibus publicę obtrestationis exponit: cum quę ni-
tor indumenti ad intuendum se oculos prouocat, linguas etiam ad carpendum
hunc, qui induitur, derogationum spiculis armat. Qui enim monachum molli-
bus indutum videat, & non protinus illum diuino vacuum spiritu, terrenis potius,
quàm cęlestibus inhiare decernat? Quę enim sit mens ex veste colligitur, & iuxta
exteriorem cultum quę sit interioris species iudicatur. Quod nimirum cum Euan-
gelica autoritate concordat, cum dicatur: A fructibus eorum cognoscetis eos:
quāquam isti non veniant ad nos in vestimentis ouium, quandoquidem vesti-
mentum ouium vestis est humilitatis, & innocentię, non arrogantię, vel rapinę.
Illa autem vestis rapinę esse non immeritō nuncupatur, quę duarum, vel etiam
trium vestium summa coëmitur. Rapinę nanque scelus admittit, qui vana glorię
deditus, in sui corporis indumentum solus insumit, vnde & fratrem suum secum
contegere communiter potuit. Rapinam proculdubio perpetrat, qui vani hono-
ris ardore succensus, duarum impensas vestium in vna prodigit, & proximum su-
um, quem sicut semetipsum amare debuerat, in sua nuditate relinquit.

Preciosis
vestiri ve-
stibus, insa-
nia falsa
est.

Matth. 7.

Item vera
rapina.

Matth. 7.

Matth. 11.

Sed hoc distat inter istos encanatos videlicet monachos, & illos hypocritas,
quos Euangelium notat, quia illi (teste Veritate) veniunt ad nos in vestimentis o-
uium, intrinsicus autem sunt lupi rapaces: isti autem intus vento vanę glorię
crepantibus ilibus intumescunt, foris autem in veste rapinę (sicut probatum est) ac-
per hoc in veste luporum arrogantium incedunt. Itaque cum Dominus de Iohan-
ne dicat Iudæis: Quid exitis videre? Hominem molliibus vestitum? Ecce qui
molliibus

SURIUS

q. bar
Nomen
RVIII
5

mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt: profecto monachus, qui nitorem preciosa vestis affectat, non superni Regis, sed mundi huius militiam baiulat: & licet videatur specietenus Deo suae quasi obedientiae munus offerre, aperte tamen conuincitur, humanum captando fauorem, vanae gloriae veraciter deseruire. Porro autem si sub obtentu obedientiae licet mollibus indui, cui potuit haec remissio liberiore dispensatione concedi, quam beato Iohanni, qui praecipuae obsequiae donatus officio, venerat corda patrum in filios noua praedicatione conuertere, & perfectam plebem Christo Domino praeparare? Nunquid & ipse Dominus prouidere sibi calceamenta non potuit, cum gentilis perfidia sola inter se vestimenta diuiserit? Nam si ei minimè calceamenta defuissent, de illis etiam sacrae historiae ferres non tacuisset.

Quod sicut preciosa vestis ad iram, ita humilis Deum ad indulgentiam prouocat. CAP. XVI.

Rex Ninive purpura indutus propriae ciuitatis excidium meruit, ^{100.} Ion. 3. pertus sacco, diuini furoris motum contriti cordis humilitate placauit. Ezechias quoque cultu regio decoratus, terribiles regis Assyriorum ^{4. Reg. 19.} minas tremefactus audiuit, sed mox ut ipse cilicio regitur, cicilioque contectos ad Prophetam mittere nuncios non erubuit, propinqua diuinae victoria, & optatae prosperitatis oraculum reportarunt. Quae nimirum promissio (scri- ^{Ibidem.} ptura teste) celerem peruenit ad exitum. Nam ecce Angelus Domini centum octoginta quinque millia Assyriorum vna nocte percussit, deinde ipsum Sennacherib regem vterque filius parricidaliter quidem, sed digno gladio trucidauit. Vides igitur, apud Dominum quantum vestis fluxa distet ab aspera? Perpendis, quia quem iratum experiri delicata meruerat, vilis & abiecta vestis ludicem placat? & quem plectibilem illa reddiderat, venia dignum ista commendat? Cuius autem momenti apud Deum vestium sit ornatus, egregius ille Prophetarum Esaias euidenter ostendit, qui nimirum ad diuinae iussionis imperium vestimenta deposuit, & per trium annorum spatium nudus & discalceatus incessit. Erubescat igitur humana superbia, confundatur mens misera vanae gloriae peste correpta, dum ille videlicet organum Dei, templum Spiritus sancti, diuinae iustitiae propalator, non dubitauit publice nudus incidere. Et infelix homo, qui ne vllum quidem meruit Dominicae familiaritatis indicium, superstitiosum lacinosis vestibus affectat ornatum: & dum male colorate vestis fucos induitur, lubricus adspici, a semetipso sperni, speculatoris oculos non veretur auerti, ita sane dum indumentum illud sub diuina aestimatione despicitur, is etiam, qui induitur, consequenter abominabilis iudicatur. Sed esto videlicet ut Esaias nudus incesserit, nunquid tunc cum vestitus ire confue- rat, indui mollioribus indulgebat? Interrogemus ergo ipsam propheticae narra- tionis historiam, & audiamus quid sibi vox diuina praecipiat. Locutus est, inquit, ^{Esa. 23.} Dominus in manu Esaias filij Amos, dicens: Vade, & solue sacco de lumbis tuis, & calceamenta tolle de pedibus tuis. Qui enim non aliud quoddam vestimenti genus, sed sacco de lumbis auferre praecipitur, profecto quanti sibi vestium litura constiterit, liquidò declaratur. O quanta tunc erant Regum, & Principum terrae triclinia deaurata? Quot pictis circumfusa tholis purpurata cubilia? Quanta praediuina ornamenta gemmis micantibus insignita? Quot laquearia cedrinis accypressinis instructa sigillis? Et tamen omnibus spretis, despicabiliterque contemp- tis, hunc sacco deformatate contectum dignatus est omnipotens Deus templum sibi rationale construere, & per eum, quasi per organum, secreti sui mysteria mortalibus reuelare. Discat ergo, discat encarnatus monachus, quam male negocietur, quia vnde clarus apparere humanis oculis appetit, hinc proculdubio in superni Iudicis aestimatione fordescit: vnde impensius ab hominibus honoratur, inde magis à Deo despicitur: cum quae in admirationem sui intuentium oculos prouocat, ab obtutibus se diuinae gratiae contenebratus occultat.

De his, qui vilitate vestium vulgarem mercantur applausum. CAP. XVII.

SED quoniam loquendi de vanitate vestium se occasio praebuit, sicut de his, qui mollibus delectantur pauca perstrinximus, ita etiam de his, qui eodem quidem laborant morbo, sed diuersa feruntur insania, breuiter disseramus. Sunt nanque nonnulli, qui vilium deformitate vestium fauorabilem vulgi ^z mercantur

SURIUS

q. d. d. d.
R VIII
S

Hypocri-
ta viliori-
bus vestib.
vtatur, vt
ab homini-
bus sancti
reputetur.

mercantur applausum, & hac iucundius delectatione pascuntur, si dum pro accu-
rata deformitatis industria videntur abiecti, per efferentium populorum ora vo-
lunt gloriosi. Gaudent de se inquirentium discussiones fieri: gaudent se, velut mi-
randum aliquid, digito demonstrari, qui nimirum de sua deformitate compositi,
de obscuritate conspicui, de humilitate videri machinantur excessi. Versuta siqui-
dem diabolice calliditatis astutia ad hoc deprimuntur, vt sublimes appareant, ad
hoc deturpantur, vt in oculis intuentium spectabiles enitescant. Porro autem istis
cum superioribus diuersa quidem summa est, quam expendunt, sed vna sunt mer-
ces, quas concorditer emunt. Vana gloria nempe, quasi quaedam negociandi mate-
ria in medio posita est, ad quam videlicet diuersi mercatores accedunt. Alij vilia
indumenta tanquam precium de marsupio proferunt, alij redhibere preciosa con-
tendunt. Sed dum quique pro suis partibus satagunt, qui viles vestes afferunt, reli-
quis emptoribus continuo preferuntur. Qui enim delicatis vestibus vtitur (sicut
superius dictum est) sepe vnde captare auram fauoris existimat, inde latius obre-
tatorum morsibus patet. Qui vero vilis indumenti extremitate contentus est (de
monachis loquor) cuiuscunque intentionis studio, scilicet siue praeue, siue recte id
exteriori habitu deformior quisque conspicitur, eo maiori sepe dignus reuerentia
iudicatur.

De vera humilitate David. CAP. XVIII.

2. Reg. 6.
1. Para. 15.

Quae vera
humilitas
& quae fi-
cta.

Ibidem.

Veruntamen quisquis ille est, qui de proprij habitus vilitate supernae re-
tributionis praemium sperat, necesse est vt omnem laudis humanae fa-
uorem sub pedibus suae mentis, velut cenosum lutum calcare non
desinat: qualemque se spectantium obtutibus praebet, talem se intra
conscientia suae secreta dijudicat. Vnde David, cum eum Michol filia Saul obiur-
garet dicens: Quam gloriosus fuit hodie Rex Israel discooperiens se ante ancillas
seruorum suorum, & nudatus est, quasi si nuderetur vnus de scurris: vt ostenderet,
quia eadem humilitas vigeat in mente, quam pratendebat in corpore, non itatus
efferebuit, non elationis verba respondit, sed humiliter dixit: Viuit Dominus, quia
ludam, & vilior fiam plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis. In qui-
bus verbis verae humilitatis forma proponitur, dum non minus interior, quam ex-
terior humilitas demonstratur. Nonnulli enim quo se deformius in exteriori com-
positione deijciunt, eo de se intrinsecus maiora decernunt. Qui profecto aliud op-
tant se in superficie videri, aliud latenter intelligi, & vnde se humiliter in publico
deprimunt, inde in occulto elatius intumescunt. David autem, vt extrinsecus se
humilem praebet, dicit: Ludam, & vilior fiam plusquam factus sum. Vt vero hu-
militatem mentis ostendat, adiungit: Et ero humilis in oculis meis. Ac si patenter
dicat: Et exterius humiliabor, vt alijs exemplum salutis exhibear, & intus humilis
ero, vt in eiusdem salutiferae humilitatis radice & ipse persistam. Qui ergo ita sim-
pliciter graditur, vt qualem se in deformatione sui habitus praebet, talem se in opi-
nionem videntium esse desideret, hic profecto Christi imperium veraciter portat, &
crucem post eum mundo mortuus baiulat, tantoque in diuinis obrutibus clarior
redditur, quanto apud humanos oculos despicibilior iudicatur: & fructuoso com-
mercio is, quem veltis exterior foedat, gratia interiore coruscet.

*Quod mollia indumenta minus perfecti fastidiant, perfectiores aliquan-
do indifferenter admittant. CAP. XIX.*

Hester 14.
Humilitas
Hester.

Nonnulli etiam sunt, qui rectae intentionis studio, vilibus indumentis du-
tius assueti, si contingat aliquando, vt quantumlibet potioribus conte-
gantur, liberae humilitatis supercilio dedignante fastidiunt: & sicut alij
foedis, ita isti preciosis indui vestibus erubescunt: delicatos sane habitus
renuunt, despicibilem asperitatem fruuntur: Fiunt illis omnia corporis ornamen-
ta dedecori, deformitas honestati. Horum quidem Hester speciem tenuerat, cum
dicebat: Tu scis, Domine, necessitatem meam, quod abominer signum superbiae, &
gloriae meae, quod est super caput meum in diebus ostentationis meae, & detester
illud quasi pannum menstruatum, & non portem in diebus silentij mei. Hi quidem
sancti desiderij ardore feruescunt, adhuc tamen aduersus passionum suarum ren-
tamen.

tamenta conflagunt. Alij autem ad tantæ mortificationis celsitudinem perueniunt, quod iam ad vtrunque velut insensibiles facti, sicut vilibus indui consuetudinaliter experunt, ita etiam ubi res exigit, preciosa quæque, vel nitida nullatenus perhorrescunt, vtraque scilicet vno contemplantes ad spectu, quos nimirum mollia non resoluunt, & aspera non affligunt. Istorum verò forma Iudith fuerat, quæ videlicet cilicij catenis vsa, cum necessitas petijt, diuersis se ad corporis venustatem infulis adornauit, sacra testante scriptura, quæ ait: Abstulit à se Iudith cilicium, & exiit se vestimentis iucunditatis suæ, induitque sandalia pedibus suis, assumpsit etiam dextrariola, & lilia, & in aures, & annulos, & omnibus ornamentis suis ornauit se. Cum his igitur ornamentis sancta foemina & veræ circa se humilitatis custodiam tenuit, & eum, quo locupletata fuerat, Spiritum non amisit.

Itè m Iu-
dith.

Iudith. 10.

Vagatio multis fuit occasio pereundi. CAP. XX.

Sed dum ego monachum preciosis indutum exuere gestio, vagantem, quem arripueram, de manu propriæ disputationis amitto, & iam procul elongantem vix adspicio, dum solas mihi in manibus vestes remansisse perpendo. Abiectis itaque vestibus, ipsum perniciousiter insequamur, & comprahendentes (si fieri possit) sistere laboremus. Notit ergo monachus vitio vagationis ad dictus, quia nisi à seculo pedem retrahat, & ad seruiendum Deo in loco remotio- nis se persueranter accingat, nec perfectionis culmen attingere, nec ordinis sui poterit munia custodire. Dina quippè Iacob filia, quandiu se intra tabernacula pater- na cohibuit, illibata virginittatis iura seruauit: postquam verò ad videndas mulieres regionis illius egressa, publicum petijt, hostem protinus virginittatis pertulit, & alienæ libidini turpiter prostituta seruiuit. Vxor Leuitæ de latere montis Ephraim, donèc in penetralibus posita curis se domesticis occupauit, coniugalis thalami pudicitiam custodiuit: ducta autem reliquæ cognationis affectu, patriam, parentes, que reuisit: dehinc rediens, multis corruptoribus furiosæ libidinis præda succubuit: & dum in carne periclitantis pudicitia naufragium pertulit, ignominioso vexata ludibrio etiam spiritum exhalauit. Thamor soror Absalon, dum in fraternis laribus simpliciter habitat, intemerata virginittatis genium seruat: cum verò Ammon filio Dauid fraternæ dependit visitationis officium, præcepta virginittatis plorat incurrisse dispendium: & tandem experta quod tutius esset manere, quam progredi, (licet serò) secretum ocium noxiæ prætulit vagitati.

Casus Di-
nae vi om-
nib. mona-
chis fit ex-
emplo.
Gen. 34.

Iudic. 19.

2. Reg. 13.

Et tu igitur si vis animam tuam in suæ virginittatis integritate persistere, si abominandum ducis foedis & violentis corruptoribus subiacere, secretum appete, recessum singularitatis inquire, aures & oculos à negociorum secularium vanitate firmiter obstrue, carnalium hominum colloquia destructioni magis, quam ædificationi profutura contemne. Nam iuxta Salomonem, qui tangit piecem, inquit, nabitur ab ea. Intra conscientia ergo tuæ te cubiculum collige. Cunctis domus tuæ foribus, cunctis videlicet sensibus, censoria disciplina repagula, nè quis ingrediatur, appone. Fons enim, qui vndequaquè, nè effundatur, ocluditur, vndis ad alta profuentibus eleuatur. Econtrà, qui per plures riuos hinc inde deducitur, mox vt super eum æstus feruentior incubuerit, exsiccat. Denique si deambulanti Dauid in solario domus regis, clausæ fores obsisterent, in lauantis se Bersabea concupiscentiam nullatenus exarsisset. Sed quia oculum sub custodia disciplina non tenuit, ipse quoque post eum in immane hiantis ruinae barathrum totus in præceps ruit. Lubricatis enim gressibus, totius sui corporis expertus est lapsum, dū solius frenum relaxauit obrutus. Cui videlicet illud Hieremiæ aptissime congruit. Deprædatus est, inquit, oculus meus animam meam. Si ergo tam sublimis cæli columna propter solam oculorum vagationem grauissime corruit, quid de nobis infirmis, & paruulis sentiendum, qui per seculum discurren- tes nos extra nosmetipsos prorsus educimus: & visum, at- que auditum, omnesque sensus nostros haurien- dis mundi vanitatibus occu- pamus?

Eccle. 13.

2. Reg. 11.

Thren. 3.

Gen. 25.



Væ autem distantia sit inter monachos, qui secreti remotionem diligunt, & eos, qui se per exteriora diffundunt, in duobus Isaac filijs luce clariùs edocemur. Scriptum nanque est: Quia factus est Esau vir gnarus venandi, & homo agricola, Iacob autem simplex habitabat in tabernaculis. Sed iste prudenter simplex fratris primogenita, & benedictionem patris, prouectus sui cautus executor accepit: ille fatuitate gnarus, quia in gladio viueret, & fratri suo velut Domino seruiturus esset, audiuit. Attamen iste, nisi in tabernaculis refedisset, proculdubio primitiæ benedictionis immunis existeret: ille nisi peruagus se in exteriora proieceret, primatus sui priuilegio non careret. Istæ domesticæ quietis ocium tenuit, & diuina largiente gratia, in aliena iura subsistit: ille venandi labore confectus & hoc, quod sibi iure competebat, amisit. Vt autem supersedeant scutum excusationis opponere, qui seculum perlustrando iactant se obedientiæ legibus deseruire, non ignorent, quia & Esau venatum prodiens, paternis iussionibus paruuit, & tamen nec patri cibos offerre, nec optatæ benedictionis meruit primitias obtinere. Quisquis enim rem, quæ ad vitium pertinet, consuetudine ductus, propriæ voluntatis instinctu libenter exequitur, peccat etiam si alienis imperijs specietenus obtemperare videatur. Nam cum dicitur, quia Isaac amabat Esau, eò quòd de venationibus illius vesceretur, constat nimirum, quòd Esau, vt patri cibos studio venationis acquireret, non magis paternæ iussioni per obedientiam paruuit, quàm inditæ consuetudini quodammodo tributa persoluit. Qui ergò discurrendo per seculum propriæ libidini satisfaciit, & tamen obedire se maiorum iussionibus asserit, nouerit, Dominum non tam coloratis verbostatibus credere, quàm de occultis hominum iuxta conscientiam iudicare.

Gen. 27.
Nota.Vagatio,
multis monachis ruina exiti.

Notandum autem, quòd nonnulli, quandiu in ipsa vagatione sunt positi, non grauius corruunt, reuertentes autem quasi quodam negociorum secularium temere cibri, in immane præcipitium deuoluuntur. Actionum quippe secularium fumo suffusi oculos redeunt, atque idcirco proprijs liminibus redditi, vbi pedem operis ponere debeant, non attendunt. Quòd profecto idem Esau patenter insinuat, qui cum de agro rediens se conqueritur lassum, damnosum valde pepigit cum fratre commercium: dumque in se immoderatam famis rabiem scuire persensit, magnum primogenitorum decus villi parue lenticula coctione detrahit. Sic nimirum, sic quasi exterioribus deditus, semetipsum deseruit, & sua postmodum corpore, non corde in interiora reuocatus amisit. Contingit etiam vagationis vitio laborantibus, vt pulueratis interioribus oculis, sicut non præcauent, nè in reatùs foueam corruant, ita etiam postmodum quòd ceciderint non aduertant: ita quòd dum admissa quæque considerare subtiliter negligunt, quicquid illud est quòd deliquerant, confuso mentis examine paruipendunt, culicem profecto non liquantes, camelum tamen glutientes. Cuius quoque excitans Esau non immunis extitisse cognoscitur, sicut sacra historia testante perhibetur. Vbi postquam dicitur: Quia iurauit Esau, & vendidit primogenita: deinde subnectitur: Et sic accepto pane, & lentis edulio, comedit, & bibit, & abiit, paruipendens quòd primogenita vendidisset.

Ibidem.

In duobus his fratribus patet, quid inter vagos monachos, & stabiles differat. CAP. XXII.

Gen. 27.

IN his igitur duobus fratribus manifestè deprehenditur, quanta inter rehdentes, & vagabundos monachos haberi distantia sentiat. Ille enim nisi se instabilem, & sui prodigum per exteriora diffunderet, nequaquam benedictionis paternæ mysterium vnà cum primogenitis amisisset: iste nisi intra domestici se laris septa comprimeret, infra præscriptum subsecutionis suæ limitem iunior humiliter desedisset. Ille gnarus, & solers à suæ prerogatiuæ iure dilabatur: iste quietus, & simplex, subactis fratribus, singulari priuilegio principatur. Alter saltus & lustra peragrando defessus à primatus sui dignitate deijcitur, alter in conclauis ameno fructus ocio, ad capeffendam super pulos,

SURIUS

q. bar
Momen
RVIII
5

pulos, tribusque monarchiam diuinitus sublimatur. Desinat ergo monachus, quisquis est, cum Esau ex remotiois suæ claustris frequenter erumpere: desinat cum eo sub obedientiæ specie causis se secularibus implicare, nè quandoque se cum ipso iugeat benedictionis extorem, quem noxiæ vagationis sortitur authorem. Cum Iacob igitur se domesticum præbeat, cum Iacob in tabernaculis simpliciter viuat, quatenus Deum, qui verè Pater est electorum, boni operis vesci dapibus cupientem, nõ syluestrium ferarum, sed domestici gregis apparatione reficiat, quando non de externæ sanctitatis superficie, sed suauè sibi de conscientia suæ virtutibus edulium parat. Neque enim Deus hostiarum pelles in sacrificio sibi mandat offerri, sed interiora potius viscerum cum ipsis quoque medullis præcipit exhiberi. Vnde & in ostendendo ipso sacrificiorum ritu Moyses præcipit, dicens: Subtracta pelle, hostiæ artus frustra concidant. Cui mandato etiam mysticus intellectus inesse deprehenditur, si subtilius indagetur. Pellèm nanque hostiæ subtrahimus, cum à mentis nostræ oculis superficiem virtutis amouemus: Cuius ætus in frustra concidimus, cum distinguentes, subtiliter eius intima, membratimque cogitamus, vt quæ foris sincera videntur & solida, intus non habeantur latebrose vanitatis vitio cauèriosa. David autem pro magno munere medullata se Deo sacrificia oblaturum esse pollicetur, dicens: Holocauista medullata offeram tibi cum incenso arietum. Quisquis autem se per negotiorum secularium exercitia delectabiliter fundit, holocausti sui medullas cum visceribus subtrahit, & solam victima pellem, quæ offerri prohibetur, Deo adolere contendit. Qui verò suauè Deo sacrificium offerre desiderat, recessus perat, interiora secleretur, animam suam integram, illibatamque in propria virginitate custodiat, nec discurrendo per lupanaria seculi, immundis corruptionibus, prostibuli more subternat. Vt ergo interni sponsi conspectui placeat, non oculos suos sibi cum Iezabele depingat, id est, non se fucis pompæ secularis obducatur, sed cum Iudith myrto optimo sua membra perungat, omnes videlicet mentis suæ sensus immortalis vnguine castitatis obliniat, nè in mortem per incontinentiam corruens in foetore luxuriæ computrescat.

Cur Deus non pellē, sed interiora sibi viscerum iussit offerri. Leuit. i.

Psal. 66.

4. Reg. 9. Iudith. 10.

In conclauis igitur sanctæ Ecclesiæ anima se pudica concludat, sicque in æterni Regis thalamo iugiter requiescat. Non carnalium propinquorum, non complacitum quorumlibet requirat affectus, sed solius veri sponsi delectetur amplexibus. Neque enim sine causa scriptum est: Audi filia, & vide, & inclina aurē tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, quoniam concupiuit Rex speciem tuam. In huius igitur sponsi cubiculo anima sancta ab omni secularis strepitus turbine secura dormiat: super hoc suæ virginitatis authore casti amoris facibus inardescat, cātans nimirum, & dicens: Introduxit me Rex in cellaria sua, exultabimus, & letabimur in te. Et iterum, Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Si verò cuiuslibet occasionis articulus accidat, vt egrediendi necessitas imminere videatur, non mox ad vagandum se leuiter proruat, non colloquio consanguinitatis aggliscat, non ad seculi vanitatem fixus munitudo animus concalescat, sed morosè & grauius intra se deliberet, dicens: Expolito aui me tunica mea, quomodo induat illam? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?

Psal. 44.

Cant. i.

Cant. 5.

Quod diuina dispositio sicut bonis spirituale oculum tribuit, sic et prauos diffundi in exteriora permittit.

CAP. XXIII.

S igitur singularis ille Sponsus hoc desiderium animæ sanctæ inesse perspexerit, quia proculdubio Princeps est pacis, liberam sibi spiritualis oculi requiem tribuit, & omnes emergentium causarum fluctus placida circa illam tranquillitate componit. Hinc est enim, quod in Canticis canticorum dicit: Adiuro vos, filiæ Hierusalem, nè susciteris, neque cuius gylare faciatis dilectam, donec ipsa velit. Quod contra menti reproba, negociisque secularibus inhiant, sub Babylonis, specie per Prophetam dicitur: Descende, sede in puluere, virgo filia Babylonis, sede in terra: non est solium filia Chaldæorum. Hoc enim loco humana mens, virgo, non incorrupta (vt arbitror) dicitur, sed infœcunda. Et quia Babylon confusio interpretatur, rectè infœcunda mens Babylonis

Christus Princeps pacis.

Cant. 5.

Esa. 47.

bylonis filia vocatur, quæ in eo quod nequaquam bona opera germinat, dum nullo ordine rectæ vitæ componitur, quasi confusione matre generatur. Sin autem, virgo, non infœcunda dicitur, sed incorrupta, postquam statum salutis perdidit, ad confusionis suæ cumulum appellatur quod fuit. Cui apte per increpationem dicitur diuina voce: Descende. In alto quippè humanus animus stat, quando supernis retributionibus inhiat. Sed ab hoc statim descendit, cum turpiter victus, sese deficiens enim in puluere residet, quia cælestia deserens, terrenis cogitationibus adspectus in infimis vilescit. Vbi adhuc ingeminando subiungitur: Sede in puluere. Descendens enim in puluere residet, quia cælestia deserens, terrenis cogitationibus adspectus in infimis vilescit. Vbi adhuc ingeminando subiungitur: Sede in terra. Actiua pertè exprobrans, dicat: Quia cælesti conuersatione noluit te regere, sub temetipso prostratus in terrenis actibus humiliare. Vnde & necessario protinus additur: Non est solum filia Chaldaeorum. Chaldaei namque feroces interpretantur. Valde enim feroces sunt, qui voluntates proprias sequentes, nec suis imperate motibus sciunt. Ferocia sunt terrena desideria, quæ non solum contra præcepta Conditoris, sed sæpè etiam contra percussionum verbera, duram atque insensibilem mentem reddunt. Sed filia ferocium solum non habet, quia mens, quæ ad amorem mundi ex prauis desiderijs nascitur, atque eisdem desiderijs obduratur, in eo quod se terrenis concupiscentijs subijcit, sedem iudicij mittit, nullique apud se folio præsidet, quia examine discretionis caret. Quasi a iudicij sui sessione repellitur, quia per exterioris desiderij concupiscentiam vagatur. Liqueat enim, quod mens, quæ intus consilij sedem perdidit, foras se per desideria innumerabiliter spargit. Et quia agere intellecta dissimulat, cæcatur etiam, vt nesciat quid agat, & sæpè iusto Dei iudicio in sua voluntate relinquitur, & sub ea, quæ anxie appetit, laboriosa mundi ministeria relaxatur. Vnde & aptè illic subditur: Quia vitra non vocaberis mollis, & tenera: tolle molam, & mole farinam. Constat nimirum, quod teneræ suæ filiae parentes parcent, nec duris, atque feruilibus hanc operibus affligunt. Omnipotens ergo Deus quasi teneram filiam vocat, quando dilectam vniuersi cuiusque animam à laboriosis huius mundi feruitijs reuocat, nè dum exterioribus actibus afficitur, ab internis desiderijs induretur. Sed Chaldaeorum filia mollis & tenera non vocatur, quia mens prauis desiderijs dedita, in eo, quem anxie appetit, huius seculi labore relinquitur, vt foris mundo velut ancilla seruiat, quæ intus Deum vt filia nequaquam amat. Vnde & molam tollere, ac farinam molere iubetur. Mola in gyro ducitur, & farina profertur. Vnaquæque autem mundi huius actio mola est, quæ dum multas curas congerit, humanas mentes quasi per gyrum vertitat, que ex se quasi farinam proijcit, quia seducto cordi semper immundissimas cogitationes gignit. Nonnunquam verò qui quietus alicuius esse meriti credebat, positus in qualibet actione denudatur. Vnde illic protinus subinfertur: Denudatur turpitudinem tuam, discooperi humerum, reucla crura, transi flumina. In administratione quippè operis, turpitudine denudatur, dum vilis mens, abiecta que in actionis ostentatione cognoscitur, quæ quieta prius magna putabatur. Humerum mens discooperit, quando opus suum quod ignorabatur, ostendit. Crura reuelat, quia quibus desideriorum passionibus lucris mundi inhiat, manifestat. Flumina etiam transit, quia actionis huius seculi, quæ quotidie ad terminum defluunt, indefinenter appetit: dum que alia relinquit, alia sequitur, quasi semper de flumine ad flumen tendit.

Deus reprobat animam secularibus implicatibus perimitur, etiam vero à laboribus conferuat liberam.

Cur mundi actiones comparantur mola.

Hæc autem diximus, vt vbi mens à folio sanctæ intentionis excussa, & vagationis vitio dedita, iaceat, monstraremus, quia si ad ea, quæ superna sunt, inhiare cessauerit, sub semetipsam etiam indefinenter ruit. In alto autem figitur, si amorem temporalium deserens, ad spem incommutabilis eternitatis ligatur. Nec nos his verbis illud adstruimus, vt monachus peruicaci proposito in sua iugiter remotione permaneat, nec aliquando progredi, vbi violenta poposcerit necessitas, acquiescat: sed hoc potius suademus, quatenus id tanto parcius, tantoque rariùs agat, quanto scit, quia vagando per seculum, nec spiritaliter viuere, nec ad perfectionis culmen valeat, etiam si diligenter inuigilet, peruenire.

SURIUS

q. bar
Nomen

RVIII

5

De eremitis, qui in vagatione sunt positi. CAP. XXIII.

Sed inter omnia hominum a suo proposito deuiantium genera, illud non modo diocriter displicet, quod etiam in ipsis sanctissimis eremitis quidam videntur admixti, quos idem pestifera vagationis morbus exagitat, & (si dicere liceat) quasi vertumnus, quoddam scilicet demoniorum genus, vexat: Vertumni si quidem apud antiquos dicebantur demones, quorum instinctu homines in vertigine positi reddebantur instabiles. Quibus nimirum illi non immerito videntur obnoxij, qui solo quadragesimali tempore in cellulis commorantes, toto penè annu circulo huc illucq; discurrunt, & sic vitam suam inaniter spaciando consumunt. Qui nimirum dum modo summoretus remotiora sectantes, modo in publicum crebrius prodeuntes, in vtrinq; vitam se, contemplatiua scilicet & actiuam, gloriantur extedere, in neutra plenum salutis fructum probantur afferre: cumq; sibi applaudant cum Iacob duarum coniugum speciali quadam copula foederari, deprehenditur illis propria opinionis sententia in contrarium verti, quibus nimirum contra consuetudinem & Rachel lippa, & Lia redditur infœcunda; altera siquidem hebetatione visus obtunditur, altera sterilitatis animaduersione feritur: quia videlicet huiusmodi homines per publicum discurrunt vt puta sinistrae opinioni apud populum habitati, nequaquam possunt spirituales Deo filios gignere, & velut ebrii de seculo redentes, in tima nequeunt penetrare. Quisquis enim desiderat ad illud inaccessible lumen acie mentis attingere, necessarium sibi est interiores oculos per diurna vagationis spatia ab omni mundanae actionis labe purgare, ne dum ad summa speculanda oculos eleuat, terrena conuersationis puluis obsistat, & magis tenebras, quas reliquerat videat, quam lumen, ad quod nititur, apprehendat.

Vertumni si demones qui dicantur.

Vagi & instabiles monachi, non valent spirituales Deo filios gignere.

Quod cellam consuetudo dulcem, vagatio reddat horribilem.

CAP. XXV.

Hic accedit, quod ijs, qui vitam suam sub hac inconstantia mutationis alternant, eo fit vita remota austerior, quo inolita vagandi consuetudine ab ea retrahuntur ita vt eremitica distinctio grauissima difficultati, cella ipsa illis sit horrori. Consuetudo enim facit delectabilem, vagatio videri facit horribilem. Vagantibus cellula carcer est, permanentibus suae cubiculum. Silentium perseverantem monachum vigilem reddit, extrinsecus venientem sopor deprimit. Assuetum ieiunij corpus sobrietas roborat, affluentium epularum fluxus enervat. Vigilia moderata aciem humanam mentis exauget, geminatio repetiti soporis obtundit. Confabulatio crebra in mœre monachi eferriem parit, secreta remotio animam in assuetæ continentiae rigore custodit, Secularium negotiorum relatio animam passionibus desiderij facit obnoxiam, facti eloquij assidua meditatio mundo reddit extinctam. Paupertas monachi securitas est mentis, securitas mater est paupertatis. E contra rerum abundantia aculeos parit solitudinis, sollicitudo radix est anxietatis. Pedes illoti, manus neglectae, inculta carinae quasi quaedam anchora est monachi in cella iugiter permanenti. E diuerso accurata delicati corporis compositio, fomes est & occasio in publicum prodeundi.

Quae boni monachi faciunt, & e contra quae malum.

Quisquis ergo vult, vt sibi eremitica vita dulcescat, profecto necesse est, vt in ea constanti animo iugiter perseverare contendat: nec alternis vicibus, si suauitatem Domini vult portare quietus. Vita namque eremitica continuata quidem, est refrigerium; intermissa quoddam videtur esse tormentum. Remotione quodammodo continua illuminatur anima, vitia dereguntur, & quicquid hominem de se metipso latuerat, aperitur. Cum aqua de viuario, remotis quae opponebantur, egeritur, pisces in sicum remanentes humanum patiuntur ad spectum. Et a nobis cum terrena actionis fluctus elabatur, quicquid in profundo procellarum emergentium subnatate consueuerat, denudatur. Venator quoque, oppilatis anfractibus, depressis circumsepit saltuum lustra fructibus, vnumque pro multis aditum feris fugacibus extare relinquit, atque illic se vibrata stringendo venabula in insidijs ponit: sicque compendium sibi laboriosa vexationis attribuit, dum perniciose ferarum vestigia, quae persequi per insinista nequiquerat, in egressionis solo vestibulo negotioso ocio quietus expectat. Et nos cum vitijs ad prauis operis libertatem

ratem redire nitentibus, terrenæ actionis meatus occludimus, quasi vno in loco illis infidias ponimus, quia cū solis cogitationibus iugiter dimicamus. Sicq; vitorū nostrorum bestialis feritas facillè capitur, dum solum cogitationis humanæ periculum singulariter custoditur. Auceps etiam cunctos vndique gurgites ramalium desitibus operit, atque ad vnum hauriendæ dulcis aquæ locum confluere volucres præscripta necessitate compellit: dumq; solus ille ad bibendum locus exponitur, circumposita muscipularum argumenta felicitis, aucupij prouentione ditantur. Vt ergo diuersis animi passionib; facillè possimus laqueos captiōnis iniicere, obrutis ne gociorū secularium riuulis, aduersus solos cogitationum impetus studeamus vtiliter decertare, vt dum vitia nostra ab actione deterrita, solis cogitationum fluctuationibus aduolant, facillè in sanctæ prudentiæ laqueos cadant.

Quod sæpè monachus falsa carnalium promissione decipitur.

CAP. XXVI.

NOtandum autem, quia sæpè seruus Dei per huiusmodi membra decipitur, dum ad dirimendas dissidentium lites, vel ad aliqua peragenda Ecclesiastica scilicet vsibus profutura, importuniùs inuitatur. Imminens namque periculum, multorumque commune discrimen, nisi progrediarur, exag- gerant. Quod si accesserit, cuncta ad suæ voluntatis arbitrium, atque ad felices exitus prouentura, multipliciter asseuerant. Antiquus enim hostis videns militem Christi in procinctu sancti certaminis positum non aliter posse à sui propositi seruoere pefcere, machinatur vberioris cuiusdam fructus superficie fallaciter adumbrare, vt dum lucrū maius attenditur, bonū, quod præfenti est ad tempus quasi dispensatio, ne postponatur. Sed qui mendacis mundi consuetudinem frequenter expertus est, prudenter nouit vana suggerentium commenta respuere, & se ab infructuosi laboris exercitio custodire. Apud quosdam namque absentis monachi autoritas grauis est: si autem præfens affuerit, nullius iudicatur esse momenti. Sæpè enim cuiuspiam venerabilis viri literis reuerentiæ honor impenditur, qui personæ, si adit in deuotius exhibetur. Apud seculares nempe religiosus quisque veluti pictura est. Pictura namque si procul assistat, inhianter, & cum auuiditate prospicitur: si iuxta sit, contemptibilis iudicatur. Et spiritalis quisque carnalibus absens quidem timore, præfens autem videtur esse despectui. Quod & Apostolus sibi in contigisse testatur, cum ait: Epistolæ graues sunt, & fortes. præfentia autem corporis infirma; & sermo contemptibilis. Quos enim epistolariū fortitudine, & grauitate terruerat, his corporali præfentia despicabilis apparebat. Quid autem mirū, si iustis quibuslibet viris ista cōtingant, cum & de ipso electorum capite, Redemptore videlicet nostro non dissimile quid Euangelica series asserat? Herodes, inquit, viso Iesu, gauisus est valde. Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quod audiret multa de illo. Sed videamus hoc tam magnū, tam diuturnum desiderium, quod in absentē Dominum falsitas Herodiāna tenuerat, in quem tandem exitum, oblata videndi facultate, concluderit. Quod nimirum declaratur, cum paulo inferius subditur: Spreuit autem eum Herodes cum exercitu suo, & illi iustitiam vestis alba, & remisit ad Pilatum. Ecce quem vulpis illa malitiosa desiderauerat, spreuit: quem videre cupiebat, illi iustitiam: & quia Viram non pio viuendi amore quæsiuit, mittens eum ad Pilatum, in impietatis suæ morte remansit.

Vt monachus se à mundi implicatione custodiat.

CAP. XXVII.

Quisquis ergo in procinctu cælestis militiae positus ad supernæ patriæ munici- pium properat, studeat malè blandientis mundi promissa respuere, abhorreat se sub qualibet specie actionum secularium laqueis irretire. Habet deputatum sibi propriæ seruitutis officium. Sufficere sibi credat, si indicat sibi obedientiæ præscriptum munus possit implere. Illud ad memoriam reuocet, quod scriptum est: Caue nē in multis sintactus tui: Secularibus relin- quatur, secularia iura componere. Satis sit seruis Dei perituro huic mundo se mortuos exhibere. Sicut enim absurdum est, bonis mala præferre, ita etiam fa- tuum, optimum bono inferius iudicare. Maria, quia optimam partem elegit, sufficere sibi credidit, nec se ad bona Marthæ, frequens videlicet ministerium, reclinauit. Moyses quia ab humana conuersatione remotus, bis quadragenario die-

SURIUS

q. ber
Monach
RVIII
5

quibus ten-
rationū fal-
lacijs, Chri-
sti militem
diabolus, p-
stemere co-
necur.

1. Cor. 10.

Luc. 21.

Ibidem.

Ecclesi. 11.

Luc. 10.

rum numero ieiunavit, bis etiam legem Domini digito scriptam suscipere meruit: Aaron autem, qui ad eustodiam populi derelictus est cognoscitur idola fabricatus. Sic nimirum, sic plerumque contingit, ut qui propria non contentus, aliena progreditur salutis consilium, sui potius cogatur periculum sustinere: cum que alij, velut inter procellosa naufragia palpitanti, manum porrigit, ipsum quoque precipitem vorax fludus inuoluit. Tutius ergo est sub huius vite nocturna caligine, nos in litore positos naufragantibus lumē ingerere, quam ad eos compassionis gratia cum propria vite periculo pronatare: quatenus ipsi per nos dato recti cursus indicio, sinum tuti portus attingant, non autem nos ad eos transfretantes vorago spumosi maris absorbeat. In vertice montis Raphidim Moyses orabat, & Duce Iosue, Israël in conualle pugnabat. Sed si Moyses in adiutorium populi sui ad campestria descendisset, Amalech proculdubio Israëlitarum cædētium terga percuteret. Si ille manus ad corripienda arma deponeret, facta suorum strage, facilem victoriam aduersarijs triumphantibus præbuisset. Quod nimirum patenter agnoscitur, si ipsa sacra historia scriptis subtiliter attendatur, ubi dicitur: Quia cum leuaret Moyses manus, vincebat Israël: sin autē paululū demississet, superabat Amalech. Orantis ergo manus, manus præstantium roborabat: & quia ista imbelles ad cælum patebant, idcirco illa dimicantes victoriæ, cæsis hostibus, obtinebant. Illarum quidem fuerit pugna, sed istarū non ambigitur fuisse victoria: quia ut illis daretur vincere, ista meruerunt diuinitus impetrare. At cōtra, Balaam filius Beor, qui ad prælium cum Madianitis egreditur, cum his, quos iuuare decreuerat, gladio trucidatur. Et iure, qui proprio non est contentus officio, discrimini redditur obnoxius alieno. Infelix meruit inter bellantium cunctos hostilibus gladijs confossus occumbere, qui in pace positus per prophetiæ oraculum potuisset ipsius belli exitum nunciare.

Exod. 17.
Quædamo-
dum moysi
oratio Isra-
elitum victo-
riam, ita so-
litariorum
merita pec-
catoribus
impetrant
veniam.

Num. 13.

De libertate, & discretionē Elisei. CAP. XXVIII.

Nequaquam sic Eliseus, qui nimirum Ioram Regem Israël aduersus Moab properantem, non ad bella secutus est, sed tantum sufficere credidit, quod ei successum belli ad futuram, concisis hostibus, prædixit victoriam. Sed cur dicimus, quod nequaquam ad bellum regia castra secutus sit, cum & Naaman de remotis Syriæ finibus veniente, & ostio domus suæ cum equis & curribus humiliter assistente, non limen egredi dignum duxit, non ianuam ut ingrederetur aperuit, sed per nuncium potius quæ essent facienda mandauit? Et certe Naaman isti multiplex mundanarum suppetebat copia dotum, pro quibus honorandus esse videretur. Sicut enim sacra testatur historia, princeps erat militiæ, vir quoque magnus apud dominum suum, & honoratus. Per illum enim dedit Dominus salutem Syriæ. Erat insuper, sicut scriptum est, vir fortis, & diues. In ipsa enim expeditione positus, substantiæ facultate non erat omnino vacuus. Tulerat enim secum (sicut legitur) decem talenta argenti, & sex mille aureos, decem nihilominus mutatoria vestimentorum: quæ etsi cuiusmodi essent, Scriptura non dicat granibus tamen auri argenti que connumerata ponderibus preciosa fuisse quis ambigat? Quorū verò sunt hodiè, qui monastica institutionis professio, ne censentur, quibus si tam potens, tamque famosus vir pro foribus dignaretur assistere, mox etiam festinantes reuerenter occurrerent, ut ingrederetur humiliter obsecrarent, & non tam quæ vtiliter implerentur, quam quæ libenter audirentur, assentationis verba proferrent? Qui etiam, si tantoperè rogarentur, nequaquam suscipere oblata renuerent, præsertim si aliquantulum numerosior alendorum fratrum sibi conuentus adesset. Eliseus autem Spiritus sancti discipulus, spe diues, thesauro fidei locuples, licet centum Prophetarum filios sub disciplinæ suæ magisterio sustentaret, pecuniam spreuit, munera repulit, & impensæ gratiæ vicem recipere laudabiliter recusauit, ne videlicet quod gratis acceperat, ad dantis iniuriā vendere videretur. Venienti autem Naaman nequaquam superbe, sed prudenter non assurrexit, ne videlicet alienigenæ, & de terrena adhuc gloria præsumenti reuerentiam exhiberet, nimirum iam tunc Apostolicæ dignitatis imaginem præferens, quam Paulus postmodum expressam representat dicens: *Quoniam diu sum* Apostolus Gentium, ministerium meum honorificabo. Nunquid enim minister humilitatis existimandus est, Naaman superbe fixisse pro foribus, qui de monte Carmeli, in quo manebat, a scemina se passus est pertrahi, & Sunamitem illam non solum

4. Reg. 3.

4. Reg. 5.

Ibidem.

Salisei pro-
phete suan-
gelica pau-
pertas.

Rom. 11.

4. Reg. 4.

solum comitatus, verum insuper est secutus? Nam cum illa diceret, Viuit Dominus, & viuit anima tua, non dimittam te: mox sequitur Scriptura dicens: Surrexit, & secutus est eam. Nunquid etiam copiosa munera tumidi fastus supercilio respuit, qui a viro quodam de Balsalifa venienti viles hordeaceos panes charitativè suscipere non desepxit?

Sed hic dum Prophetæ obstatulum, nè tumidæ elationis arguatur, apponimus, in nosmetipsos exactoriæ quæstionis aditum aperimus. Potest enim aduersus hæc, quæ proponimus, quæstio huiusmodi fieri: Si tãtus Propheta, & panes de manibus offerētis accipit, & exire de eremo fœminea supplicatione cõsensit, quæ ratione monachus vel seculum frequentare non audeat, vel suscipere munera difficilium ac quiescat? Ad quod nos sub compendio, respondentes, nequaquam quid accipiendi licentiã monacho prorsus abscidimus, sed quò id temperatius, & cum discretione fiat, cum fraterna deuotio postulat, suademus, nimirum vt necessaria quæque, sicut Propheta panes, quibus indigebat, accipiat, & quæ superflua iudicauerit ille pecuniam, non admittat. Quod autem Elifæus ad resuscitandum Sunamitis filium de mortua remotione descendit, huius temporis monachis potius est venerationi habendum, quam imitandum. Liceat sanè monacho ad seculum ex voluntate recurrere, quoties mortuum hominem ad vitam potuerit suscitare. Illud autem prophetici iter omnino cognoscitur & virtute plenum per resurrectionis humanæ miraculum, & typicum per significationis internæ mysterium.

Sãctorum gesta veneranda ac admiranda potius q̃ imitanda sapius sunt.

Spiritualis expositio huius refutationis pueri. Exod. 20. Exod. 21.

Hebr. 7.

Phil. 2.

4. Reg. 4.

2. Reg. 4.

2. Reg. 11.

Quid autem significet, non ociosum creditur, si breuiter apponatur. Sunamitis nempe filium puer ab Elifæo missus cum baculo nõ resuscitauit: per semetipsum verò Elifæus veniens, atque ad eius membra se colligans, huc illucq; deambulans, & in ore mortui septies aspirans, ipsum ad rediuiuam vocem protinus per mysterium passionis animauit. Author siquidem humani generis Deus quasi mortuum puerum doluit cum extinctos nos iniquitatis aculeo miseratus adspexit. Et quia per Moysen terrorem legis protulit, quasi per puerum virgam misit. Per legem quippe Deus virgam tenuerat, cum dicebat: Si quis hæc, vel illa fecerit, morte moriatur. A peccati ergo morte lex nos suscitare non valuit: sed ad statum vitæ Deus, adspirata mansuetudinis gratia, clementer erexit. Nam puer cum baculo mortuum suscitare non valuit, quia Paulo attestante, nihil ad perfectum adduxit lex. Ipse autem per semetipsum veniens, & super cadauer se humiliter sternens, ad exequenda sibi mortui membra se collegit, quia cum in forma Dei esset, non rapinã arbitratus est, se esse æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Huc illucq; deambulabat, quia & iudæam iuxta se, & longè positas gentes vocat. Super mortuū septies aspirat, quia ad perceptionem diuini muneris gratia septiformis Spiritus in peccati morte iacentes inflammat. Moxque viuens erigitur, quia is, quem terroris virga suscitare non potuit, per amoris spiritum puer ad vitam redit.

Quis ergo Propheticum discursum iure audeat in exemplum trahere, cuius nimirum constat quia nec virtutem, nec mysterium possit æquare? Excuber igitur assidue bellator Christi in procinctu cælestis militiæ lorica munitus fidei: pro castris sui Imperatoris ad dimicandum paratus semper assistat, ne fortassis extra castra vagantem reperiens eum gladius hostilis absumat. Donec Abner commilitonum castris interfuit, aduersariorum cuneis terribilis exitit: postquam verò arma deposuit, rudioris adhuc militis gladio, cæli nuper Asaël poenas exoluit. Vitæ quoque si propriæ domus hospitium placuisset, sententiam proculdubio regiæ indignationis ac fraudis euaderet. Sed quia extrinsecus in alienis, quam in proprio dormire cubiculo maluit, authores suę mortis literas ad castrorum urbem obsidentium principem reportauit.

Quod hoc tempore prædicatio non, sicut olim, sit admodum fructuosa.

CAP. XXIX.

Equidem fuit olim tempus, quo bona anunciantibus mundus egebat: sed elapsa sunt, ac euoluta tempora, quibus religiosus quisque possit secularibus fructuosè consulere, & in mente carnalium spiritualia non inutiliter seminare. Nunc infelices quique verba vitæ fabulas deputant, & salutaribus monitis licet aures adhibeant, ea tamen seruare declinant: Porro si fi. dei o.

SURIUS

q̃d
veneranda
RVIII
5

dei oculos ad transacta reducimus, velut fructuosos ramos in sterilia degenerasse vitulamina, prateritum in hoc praesens seculum inuenimus. Quis enim non miratur, quod Ninive spatiosa nimis, & incomparabilis ciuitas, ad vocem vnus hominis tam facile a sua prauitate conuertitur, & innumerabilis populus non solum cum paruulis & mulieribus, sed etiam cum iumentis ad poenitentiam reuertatur? Quis hoc tempore, non dicam infirmam aetatem, vel sexum, sed ipsis etiam viris praesumat ieiunia triduana praescribere, vt nec aquam bibere, nec quidquam omnino cibi liceat degustare? Ecce apud Gentiles bruta etiam pecora ad Prophetam vocem triduanos cibos leuant: & ipsi homines sub Euangelica disciplina, vltra diem ieiunare contemnunt. Illi ad poenitentiam, vno predicante, vnanimiter conflunt: isti praedicatorum turbas indefinenter audiunt, & obedire nullatenus acquiescunt.

Quis etiam non obstupescat, quod omnes viri Iuda, & Benjamin, quicumque vxores alienigenas duxerant, ad praedicationem Efdrae sacerdotis non solum illicita concubia dissoluerunt, sed & omnem sobolem, quae ex eis genita fuerat, abiecerunt: Quis nesciat, quantus viro- rum amor circa vxores proprias vigeat, quanta circa filios pietas paternum pectus adstringit? Quis ignoret, ad dissoluendum duplex huius necessitudinis vinculum, quo mcerore, qua amaritudine se poruerunt viscera humana concutere: Quo vehementissimi doloris incendio paternus affectus, coniugalis animus compulsi- tus est aestuare: Habentes tamen veram circa Deum pietatem, ad nihilum redegerunt falsae pietatis imaginem: atque vt essent in spiritu veraciter pii, facti sunt contra carnem & sanguinem laudabiliter rigidi. Armauerunt se contra iura naturae, vt naturarum Authori fideliter militarent. Obliti sunt erga filios quod fuerant genitores, vt veri Patris ipsi adscriberentur haeredes: atque vt supernae pacis sibi foedera resarcirent, coniugalis tori copulam resciderunt. Nesciunt seruare matrimonij fidem, vbi fides melior ad proprium recalciscit Authorem. Quibus utique conuenienter aptatur quod per Moysen dicitur: Qui dixit patri suo, & matri suae, Nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos, & nescierunt filios suos, ij custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt.

Quis, rogo, nunc possit incestuosa coniugia quantumuis instantissima praedicatione rescindere? Quis valeat, non dicam populum, sed vel vnum hominem ad illiciti matrimonij repudium prouocare: Clamant sacri canones, humanae in tantum seculi iudicant leges, obsistunt praedicatorum Ecclesiae: & cuncta haec perditis hominibus velut aniles naenia risum potius mouent, quam ad corrigenda scelera compungant. Ecce in super hoc anno (sicut notis) per Romanae sedis Antistitem bis congregatum est synodale Concilium, vbi denuo omnes incestuosi iuxta canonum decreta Ecclesiastica sunt communione priuati. Sed quis ex tot millibus hominum saltem vnum vidit ab infamati foederis abominatione diuisum? Immo ne profundiori iuste calamitatis absorberetur hiatus, quis eorum post haec, Ecclesiae limen terere destitit? Aut quis in super ista considerans, ab eorum se familiaritate remouit? In omnes itaque letalis lepra contagium serpit, quia nimirum omnes eorum complices Apostolicae excommunicationis nexus adstringit. Enimvero quisquis coniugalis profapiae titulis insignitur, quisquis male blandientis formae suauitate venustate mulcet, praesertim si largioris substantiae dotibus affluit, vel subrecentis sobolis in dolens spem sibi futurae posteritatis infundit, consultius iudicat a Deo manifeste recedere, quam adeo lucrosi matrimonij glutinum disgregare. Si vero his contraria euenerint, atque luxuria calamitatis incommoditate percellatur, ipse vir falsa consanguinitatis lineam texit, & inaudita proauorum nomina per multa argumenta confingit, atque senes quosdam in huius allegationis testimonium aduocat, quos tamen per vitra terminum sublatis e medio non ignorat. Ipse itaque sibi met accusator, & reus criminis impingit, scelus exaggerat, atque ad miniculum, quo ex tam periculoso naufragio enatare possit, inquirat.

Eat ergo nunc monachus, salutiferum vite suae ocium deserat, vitamque suam sub specie lucrandi animas, inania sectando, consumat. Quis enim simoniacus nostrae commonitionis instinctu sua se aliquando sponte deposuit? Quis alieni iuris violenter inuasor, paterno solo depulsos in patrimonia sublata restituit? Quis in campo bellicosis armatorum cuneis constipatus, si ex aequo congrredi potuit, obstaculo sequestrae pacis ad propria, nisi fuso sanguine, repedauit? Quis exactor egeno debi.

Ionas 3.
Ecce quomodo verbi dei praedicatione apud christianos viluerit.

1. Efd. 10.

Quam viri liter olim Israelitico tra carne & sanguine micauerunt

Deut. 32.

Cum excommunicatis nulla est habenda conuersatio & familiaritas.

Qui sit peccatoriosum monacho sanctum de ferere oculi

debitori præfixum chirographo fœnus indulgit? Quis debitor creditoris hæredi-
 bus bonæ fidei iura seruauit? Omnia in orbe confusa, cuncta pietatis ac fidei decre-
 ta cõuulsa. A iudicibus iustitia venditur. Al egisperitis veritas tenebroso cauillato-
 riæ argumentationis colore fuscatur. Venales sunt siquidem leges, & pecunia iustifi-
 cat delinquentes. Aurum nunc ipsis senatoribus præsidens in tribunalibus iudicat,
 & velut Imperator quidam pragmaticæ sanctionis edicta promulgat. Sicut enim
 Rex in secretalibus adytis de regni statu, de rerum summa deliberat, quodãmodo
 sic aurum & later in occulto, & sententias depromit in publico. In sudario angusto
 cõcluditur, & decisis negocijs calculos iudiciales apponit. Plerunq; enim quos cau-
 sa condemnat, mendax pecunia præmio dignos procaciter asseuerat. E contra quos cau-
 conscientia testatur innoxios, statuit inopia coram iudicibus reos. Nummus nem-
 pe momenta legi tribuit, atque ad suum intellectum obscuras sententias falsus in-
 terpretator inflectit. Nummus cor iudicum circa diuites oleo impietatis emollit,
 erga pauperes verò ad exercendum vigorem rigidæ animaduersionis impellit. Nunc
 igitur auaritia malorum omnium radix, vberius pullulat, & tanquam virosæ pro-
 paginis ramos per totum orbem feralium vitiorum portenta dilatat.

Quod nunc omnium vitiorum monstra feralius vigeant.

CAP. XXX.

SURIUS

q. d. d. r.
 q. d. d. r.
 RVIII
 5

2 Tim. 1.



A Ec nimirum tempora Apostolico denunciantur oraculo, dum Ti-
 motheo futura prædicit. In nouissimis, inquit, diebus erunt tempora pe-
 riculosa, & erunt homines seipso amantes, cupidi, elati, superbi, bla-
 phemi, parentibus inobediētes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pa-
 ce, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores,
 proterui, tumidi, voluptatum amatores magis quam Dei, habentes speciem quidē pie-
 tatis virtutem autē eius abnegantes. Atque his præmissis, ilico subiungit: Et hos de-
 uita. Nunquid ad mundi huius terminum Timotheus peruenturus erat, cui cū pra-
 uitatis hominū in nouissimis diebus futuras Apostolus enumeraret, protinus vt e-
 uitaret adiecit? An potius in vnus persona discipuli, illis mandatum hoc commu-
 niter indicit, quos ad hoc deputatos officium iuxta finem seculi fore præuidit? Igitur
 turdū nondicit. His prædica, his verba vitæ denuncia, sed, Hos deuita, profecto mo-
 dernæ temeritatis insolentia m arguit, atque ab in fructuosa tumidos quosq; præ-
 dicatione compefcit. Quid ad hæc nos monachi dicimus, qui mensuræ nostræ me-
 tas excedimus, atque ius nobis alieni muneris vsurpatione vendicamus? Si Paulus
 discipulum in hoc ipso specialiter constitutum ab incorrigibiliū prædicatione pro-
 hibuit, qua nos audaciæ nota corripimur, qui nequaquam nobis delegato prædica-
 tionis officio importunè nosmetipsos ingerimus, & nostra salute postposita, alie-
 nis quasi profectibus inaniter insudamus?

quibus san-
 sta prædica-
 tio subtra-
 henda.

Nō debet
 monachus
 se Regum
 negocijs in-
 gerere.

Cedat ergo, cedat sterilis cura negocij. Superfluum iudicetur infructuoso indul-
 gere labori. In semetipsa mens totis collecta viribus redeat: aduersus infatigabiles
 aduersarios peruigil se ad certamen accingat. Charitatis quidem visceribus erga
 nos intrinsecus affluat: ad exteriora verò se causa alienæ salutis extendere superua-
 cuum ducat. Ad se venientibus monita salutis impendat: nullius hortatu leuiter
 propriæ quietis lucra postponat. Imperialis edicti pagina veredario discurrere de-
 fertur, bullaræ nobis apochæ ab authore sedis Apostolicæ diriguntur: synodus con-
 gregatur, religiosus viris Concilij summa committitur. Solotenus ilico se monac-
 hus flectat, honorem sacris literis reuerenter exhibeat: huius tamen expeditionis
 munus à se alienum irretractabiliter ducat, reputans intra se: Quid mihi cum Regi-
 bus terræ? Quid mihi cum synodali conuentu? Sufficiat mihi peccatis meis flendis
 insistere: satis mihi sit me huic mundo mortuum exhibere. Nolite quæso, mo-
 nachi, nolite sub Ecclesiasticæ compassionis specie Regum aulas irrumperere: nolite
 aures Principum, velut salutaria suggerēdo, fastidiosa importunitate pulsare. Cre-
 dite in huius gratiæ studijs non leuiter fatigato. Imperatoriæ nanque maiestati sæpè
 quæ suggerenda videbantur experte, credite expressimus. A summis Pontifici-
 bus inuitari synodalibus Concilijs interfuimus. Sed qui hoc tempo-

re ista prosequitur, tanquam si semina crederet arenosis litoribus videatur.

Quod

Quod in Synodo monachus ad Episcoporum inuidiam liberè loqui non
audeat. CAP. XXXI.

Sæpè nanque in Concilijs synodalibus positi, quosdam clam sibi ferà-
liter confcios præsidere in numero Sacerdotum vidimus, non modò
de suis securos, sed vltro etiam ad aliorum crimina defendenda impu-
denter accinctos: qui nimirum (vt ferebatur) & cū Simone prius eme-
rant, & cum Giezi postmodum charismatū dona vendiderant. Quo-
rum tanta vis erat ad excusandas excusationes in peccatis, vt inter cætera mala etiã
Simoniaca hæreseos non modò defensores, sed viderentur potiùs assertores. Quis
ad istorum inuidiã monachus mutire præsumeret? Quis ad arguenda crimina, vel
iustitiam declarandam, vendicare sibi ius libertatis auderet? Illicò sæuirent, illicò in
nos duræ sugillationis arma corripent, & præmissis iurgio silentium imperarēt,
inter se scilicet hoc modo iudices conquerentes: Ad Concilium hoc iudicantes cõ-
uenimus: sed (ò noua præsumptio) mortuorum sententijs subiicemus, & Episcopo-
rum sunt iudices facti, qui legaliter sub eorum fuerant legibus constituti. Quibus
aliquandò responderetur: Venerabiles patres, & domini, sicut vobis specialiter præ-
rogatum est iudicare, ita etiam minoribus Ecclesiæ membris competit quod sen-
tiunt in commune conferre, nec vlla canonum autoritas prohibet, iuniores quæ
Ecclesiæ ducunt profutura depromere, dum tamen ventilata negocia pontificalis
iudicij debeat clausula terminare. Si quandò ergò hoc, aut aliquid huiusmodi cū
humilitate suggeritur, nequaquam patienter admittitur: sed quicquid à nobis in
synodo dictum est, totum ad inuidiam nostram superbo vocabulo iudicium nun-
cupatur.

Act. 4.
Reg. 3.

Melius er-
gò est vt
monachus
in sua cel-
lamaneat,
quàm Syn-
nodi nego-
ciji se in-
terponat.

Hæc breuiter idcirco perstrinxerim, vt in me quilibet inexpertus discat, sibi met
etiam à talibus declinare, quantum expedit. In vno siquidem præuadante colli-
gitur, vtrum à subsequenti exercitu ignota aqua tutò fides habeatur. Protinus se
ab impetu proprii cursûs inuitores venalium reprimunt, cū vel vnum ex suis re-
dire à nudinis vacuum, non distractis mercibus, cernunt. Quæ ruralibus curis
intentum frequenter seges negata delusit, quam plures à sterili arui cultura com-
pescuit. Cū scrutator fluctuum labore frustratus, vacua lassus linã reportat, faci-
lè iam nudatos à perlustrandis inopis aquæ finibus reuocat. Sic nimirum me, non
mihi soli, sed & cunctis fratribus meis, talia tentasse sufficiat, vt dum vnus labor
inutilis fuisse perpenditur, non vni, sed multis à superuacui laboris impendio cau-
tela præbeat.

Quod monachus se à mundo cohibeat, & Dei iudicium suis semper oculis
anteponat. CAP. XXXII.

Quisquis ergò monachus perfectionis culmen festinat attingere, intra re-
motionis suæ se claustra cohibeat, spirituale ocium diligit, discurre
verò per seculum, velut mersare se in lacu sanguinis, perhorrescat. Tot
enim criminum magis ac magis in dies mundus contaminatione pol-
luitur, vt qualibet sancta mens sola eius consideratione foedetur. Et dum veteri-
bus noua semper augentur, quid aliud, quàm Antichristi via proculdubio sterna-
tur, vt iam vltra finem seculi in mundum veniens sine offendiculo liber ingredia-
tur? Et cū illius via nil aliud prorsus, quàm nostra sint, absque dubio scandala, ea-
dem causa debet vestigia nostra compescere, quæ illi spondet liberis posse gressibus
aduentare.

Via Anti-
christi no-
stra scan-
dala.

Deprimatur ergò quilibet frater nunc in angusto suæ remotionis ergastulo, vt
infinitæ magnitudinis domus sibi paretur in celo. Baruch ait: O Israël, quàm ma-
gna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius: magnus, & nõ habet consum-
mationem, excelsus, & immensus. Nunc se vinculo diuini timoris obstringat, vt
postmodum ius veræ libertatis obtineat. Requiescens in Christo reputet nil sibi
commune esse cum mundo, vt quod Iohannes Apostolus iubet, non solum cor-
de, sed & corpore ipso conseruet. Nolite, inquit, diligere mundum, nec ea, quæ in
mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo. Clarecat ser-
uus Christi, nulla mundum affectione cordis diligere: atque ad hoc probandum,
corporalibus etiam hunc fastidiat gressibus frequentare. Ipsa porrò corporalis
abstinentia piæ mentis odium comprobet, vt quo quisque à noxia mundi notitia
magis

Baruch. 3.

Iohan. 2.

SURIUS

q. d. d. d.
M. d. d.
RVIII
5

282

APOLOGETICVM B. PETRI DAMIANI

magis alienatur, eò arctiori Deo familiaritate iungatur. Nunc flebilis & mœrens de fixos in terra oculos teneat, quos ad eum videndum, qui venturus est in nubibus cæli cum potestate magna & maiestate, tunc lætus attollat, sicut scriptum est: Re-
spicite, & leuate capita vestra, quonia in appropinquat redemptio vestra. O quàm ad pronunciandum breuissima verba, quàm ad pertractandum medullitum infini-
ta sententia, videlicet cum reprobi eiulantes tremefactis visceribus dicēt: O mon-
tes, cadite super nos, & colles, operite nos à facie sedentis in throno: cum denique
sol obscurabitur, luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de celo, tunc nimi-
rùm cum videbit eum omnis populus, & qui eum pupugerūt, & plangent se super
se omnes tribus terræ.

Luc. 21.

Luc. 23.
Matth. 24.

Membro-
rum huius
mundi sup-
plicia, &
præmia ec-
lectorum.

Quæ autem mens humana concipere, quæ lingua valeat explicare, quantum erit tunc electorum gaudium, quàm inenarrabilis lætitia beatorum, cum, periclitante mundo, ipsi de cætero subiacere periculis desinunt, & venienti immortalis Sponsio accens lampadibus tripudiantes occurrunt? cum membra mundi ad perferenda tartaræ combustionis supplicia corruunt, ipsi ad percipienda inaccessibleis gloriæ præmia felices assurgunt: cum illorum vitam mors immortalis intercipit, istorum mortalitatem virtute resurrectionis absorptam incorruptio gloriosa consumit? Hoc cunctis sæculis admirandum singulare spectaculum incessanter sibi mens sancta proponat. Hanc tremendam venturæ discussionis imaginem assidua præ oculis meditatione depingat. Iam se vir electus ad tribunal raptum iudicis deputet, iam se in examine positum ad reddendam rationem diuinis quæstionibus perurgeri formidabiliter penset. Mundo se extraneum reddat, vt Deo propensioris gratia largitate familiaris adhæreat. Hoc itaque modo mortuus viuat, à terrenis se vexationibus subtrahat, ac velut in sepulcro iam positus, in solo Creatoris sui desiderio suauiter requiescat, sicque in Deo vita sit eius abscondita, quatenus appareat Christo, & ipse cum eo apparere mereatur in gloria, Amen.

Colof. 5.

Hic scriptor alloquitur venerabiles monachos Petrum, & Albionem.

CAP. XXXIII.

NVnc, fratres charissimi, alter scilicet forma cœnobarum, alter imitan- dum eremiticæ conuersationis exemplum, ad vos styli huius articulum reuoco, vt quibus primordium incipientis intenditur, in eis etiam consequenter peracti opusculi clausula terminetur. Videtis igitur, quàm ce-
leriter breuis hæc vita pertranseat. Videtis, quia mundus hic vicinum sui terminum indicij iam euidentioribus clamat. Tellus enim genitalibus effœta humoribus, quodam modo inuita aratrum tolerat, dum ferre fructus suis cultoribus negat. Et velut anilis aluus, dum sanguis in corpore, vulua mare escente, frigidat, etiã si procreandi studium non defuerit, ad gignendam tamen sobolem non assurgit. Aqua etiam nihilominus sterilitatem patitur, vt iam piscator retibus impendium deneget, dum inopis capturæ quæstus diris per elementum liquidum laboribus non respondet. Nec te, aër olim fecunde, præteream, qui dum diuersis tendicularum argumentis in volucram captione non prouenis, nimirum aucupes callo labore frustratos ad exercitiũ rurale remittis: & quos dudum ad sublimia captandis tuis muneribus faciebas intentos, iam vt meminerint, cui sustentandæ vitæ adminiculum acceptũ referre debeant, alumnæ terræ reddis obnoxios. Quique tunc largus quælibet grossiora edulia tuis iubebas delicijs cedere, iam nunc ad te manum retrahens, villa facis oluscula, velut accuratas epulas, mensas diuitum infecire.

Egregium
argumen-
tũ a simili.

Cur homi-
nes citius
solito nunc
moriatur.

Mundus itaque (vt prædictum est) quasi longo lassatus iam senio per cuncta sua membra probabiliter indicat, quia cursus sui terminus diutius non elongat. Huc accedit, quod homines nunc in iuuentute senescunt, & iuuenili adhuc decore vernante, intempestiuus canis verticem spargunt. Nimirum quos propria dicat ætas, immatura venustatis adhuc flore virefcere, senex mundus quodam violentæ autoritatis imperio secum præcipit decrepitos apparere. Quo fit, vt sicut caueri nosæ arboris poma, mox vt producta fuerint, ante maturitatem corruant, ita nimirum homines acerbo (vt ita dixerim) exitu, priusquam ad ætatis plenitudinem veniant, moriantur.

Cum itaque mundus præcipitem iam iam protinus præ oculis imminentem sui cursũ mineret occasum, homines etiam quotidie immaturo præuerti rapiantur interitu,

interitu, quid restat, nisi vt hoc breui puncto, quo viuimus, lapsura quæque, velut iam lapsa, despiciere, & ad ea, quæ permanent, feruidæ mentis studeamus desiderio festinare: Ecce non leuia currentibus præmia proponuntur, & itineris nostri stadium quotidie breuiatur. Nulla ergo vitæ præsentis offendicula nostri cursus iter impediunt, nullas nobis moras carnalis illecebræ torpor innectat. Quisque iam ad promissa munera perspicaces fidei oculos dirigit, & à brutis ignauitæ vinculis obuiantia quæque terrenæ prauitatis obstacula robustæ spei penna transcendat. Ecce enim qui de longinquo vocauerat, manum iam appropinquantibus porrigit, & quasi teneros filios vacillantibus nutantes poplitibus firmat, blandeque ac leniter in gremium suæ charitatis inuitat.

Adeamus ergo cum fiducia thronum gloriæ, arripiamus tantæ insignia pietatis: Heb. 4. & quod temeritatis fuerat querere non promissum, pudoris sit nolle suscipere vel oblatum. Dedignemur iam cœnosi huius mundi lutum sapius corporaliter terere, cuius amorem (Deo inspirante) didicimus libero mentis pede calcare. Ab eo itaque, quem non diligit animus, ipse etiam corporeus reprimatur incessus. Indignum censeamus visitationis nostræ frequentia, qui de nostra gliscit triumphare ruina. Inimicitias mentis ipsa quoque restetur absentia corporalis: nec crebro nostros mereatur ille discursus, quorum fœdare consuevit obtutus: solusque insidiarum suarum foueis incidat, qui nostris assidue gressibus deceptionum laqueos patrat. Sic, sic frustratas fraudum suarum excubias luceat, dum nobis in pace quiescentibus, nocturnæ nostræ profectiois aditum callidus insidiator explorat.

Sufficiat autem nostræ discursionis diuini campus eloquij. Per hunc campum iugiter gradiamur, in eo delectabiliter spatiemur. Licet illic liberis gressibus per patulem sacrarum historiæ planitiem currere. Possumus etiam per mysticæ intelligentiæ profunditatem quodammodo præruptorum illic montium celsitudinem repere. Illic perfruemur fidelium amicorum dulci colloquio, illic diuersi apparatus, epularumque cælestium iugi conuiuio. His dapibus inhians fidelis anima, assidue lectionis alimento vegetata, robur accipiat, & purissimæ orationis adipe saginata pinguescat. Relinquatur famæ seculi fastidientibus conuiuium mundi. Nos autem illas didicimus epulas, quæ & famelicis sarietatem assolent cum iucunditate tribuere, & tamen satiatis nesciunt fastidium genetare: quæ nimirum epulæ & mentis nostræ stomachum suauiter replent, & tamen cloacarum secessibus nihil debent. Nihil enim de se prorsus egestioni relinquunt, sed ad præbendas vires per omnium se venarum poros, cunctorumque viscerum penitus interna diffundunt.

Vt monachus debeat mundo valedicere, & sacre lectioni vacare.

His itaque cælestibus mensæ dapibus mens intenta inexplebiliter vacet: his oculus solerter inuigilet, lingua articularis styli verba percurrat, cor quæ leguntur intelligat, & mysterij latentis arcana reuoluat. Hoc pabulum sacra animalia per assidue retractationis studium iugiter ruminent, illud nimirum à ventre scientiæ ad memoriæ guttur sapius iterata meditatione reducendo. Has, inquam, dapes mens ieiuna semper esuriat: ab his verò nunquam satiata recedat, sed quò magis expletur, eò rursus ad earum appetitum auidius accedatur: sicque omnes sensus nostros circa istas vitales epulas occupemus, vt cunctis causarum secularium negocijs insensibiles facti, verè mortui mundo, soli viuamus Deo: quatenus ipse author, & instructor felicissimi huius feruli, illis suis conuiuis nos dignetur adscribere, qui ex ore Veritatis merentur audire: Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus, Regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in Regno meo. Luc. 22.

Omnipotens Deus, qui charitas est, fratres charissimi, sancto cordi vestro clementer inspiret, vt pro me peccatore dignemini semper orare. Sit nomen Domini benedictum in secula, Amen.

1. Iohan. 4.

MARTYROLOGIUM ADONIS SIVE VDONIS ARCHIEPISCOPI TREVI- RENSIS.

FRATER IACOBVS MOSANDER
PIO LECTORI SALVTEM.



MARTYROLOGIUM hoc ex quatuor peruetustis MS. codicibus sibi mutuo correspondentibus manu propria exaratum. Verum quartus a monacho ordinis S. Benedicti conscriptus, aliquot Sanctorum nomina continebat, quae in ceteris tribus non habebantur: de quibus cum dubitarem an essent Adonis, vel potius per dictum monachum eius Martyrologio adiecta: doctorum virorum vsi consilio, eosdem Sanctos signo stellae, sic *, prae-notauimus ad euitandum omnem errorem et scrupulum.

Porro Adonem hunc, quem Platina in vita Gregorij Pontificis eius nominis septimi Odonem, Nauclerus Othonem, Carolus Sigonius Vdonem vocat: Hic iniquus, in Concilio Laterano, in causa Henrici et Rodolphi legatus a latere, cum Bernardus Diaconus, et Bernardo Abbate Masitrensi, datus est, ut pacem inter Henricum et Rodolphum Imperatores conciliaret. Hic vir (ut infra ait Aloysius sanctissimus pariter et doctissimus fuit, qui tempore Gregorij septimi floruit: cuius idcirco vt reor nec Sigebertus De viris illustribus, nec Tritemius in Catalogo, meminerunt. quod eius MS. Martyrologium solum apud nos, et in paucis admodum alijs monasterijs semper latuerit, nec ad eorum manus deuenit. Insuper quam fuerit rarus, subsequentes Lipomani protestantur literae, ubi ait, se omne aurum in comparatione illius nihil ducere. Quidquid porro a dicto Aloysio in editione huius Martyrologij omissum ac suppressum est, id nos in lucem hic emisimus. Vale.

ALOYSIVS EPISCOPVS VERONENSIS
PIO LECTORI.



QUAE adhuc iuuenis essem, eamq. ipsam aetate in inclinata mediocritate Venetiarum agerem, audiui quendam celeberrimum virum et magnum in Ecclesia Dei nominis referentem, Bononiae vidisse se Martyrologium quoddam valde celebre, atq. completum, in quo multae Sanctorum vitae d. eb. singulis occurrentes, ad integrum essent descriptae, ex quib. legitur et multiplex rerum cognitio, et ardens sanctorum ipsos imitandi desiderium proueniret. Sed locum non recordabatur, in quo librum huiusmodi vidisset. Postea cum mihi gesta sanctorum (sic volente Deo) compilandi in mentem venisset, recentiores patres qui in hoc opere desudauerunt perlegere volui, quos fere omnes in hanc sententiam concurrentes animaduerti, vt plurima ex Adonis Martyrologio desumpta in suas lucubrations transcriberent, quod et ingenue (vt Christiana pietas requirit) profitebantur, in calce historiarii hae aut similia verba ponentes: Haec Ado in suo Martyrologio. Euolui autem ego bibliothecas oes quotquot celebres sunt, si quo modo hunc Adonis librum inuenire possem, nec tamen vspiciam illum reperi. Quare affligebat nimis, et mecum ipse dolebam quod celebratissimus liber ab omnibus in medium adduceretur, a nemine tamen conspiceretur. Iamque habendi libri animum abieceram, et illum videri non requirebam, credens a Deo fieri, vt ad manus meas peruenire non posset. Cum vero anno superiori peregrinationibus et laboribus meis, optimi Dei, et post eum summi domini mei Iulij tertij Romani Pontificis gratia sine impossibilis, datumq. esset vt ad sponsam meam Veronensem Ecclesiam liberè reuertere possem, con-

SURIUS

q. d. b. r.
M. d. n. e.
RVIII
5

Idē refert
Naucler
& Aloyf-
us ex Pla-
tina.

tinuo ad me visendum affuerunt duo amici mei viri celeberrimi & doctissimi, ambo ciues Bononienses, ambo florentes et actibus, ambo in Artibus (ut aiunt) magistri, & in nobili illo Gymnasio püblice magna cum laude proficientes, Iohannes Antonius Locatellus, & Scipio è Fabiorum familia. Hi cum studium meum in perquirendis sanctorum vitis didicissent, multaq; hac de re inuicem suissemus loquuti, cum mihi Scipio, Episcopo, inquit, cum primum nos domum contulerimus, librũ tibi missus sum quem domi habeo inter meos reconditum, multas sanctorum vitas continenti, qui tibi credo non displicebit. Addebatq; ne inquiras modo nomen libri (illud enim ipsum statim ego perquirebam) quoniam imprentiarum non recolo, non enim hoc scriptoris genus mee est professio nis. Abiit ille, paucisq; diebus elapsis ad me librũ misit, manu scriptum, non typis excusum: quem cum aperio, & titulum prælego, (Ad illum enim ego protinus accurri) Adonis Martyrologiũ esse deprehendo. Quanta tunc exultauerim leticia, Deus scit, omne aurum nihil duxi in comparatione illius. Sciatimq; recordatus sum amplissimi illius patris, qui aliàs mihi de Martyrologio Bononiæ viso narrauerat, hocq; illud ipsum esse certò credidi, ac ingentes Deo nostro & filio eius Domino Iesu Christo gratias ego, nec non amico fideli qui tanto me munere decorauerat.

Liber autem ipse in sanctorũ vitis describendis hoc ordine procedit, per singulos menses & dies sanctos habet positos, quorum omnium vitæ referuntur, aliæ quidẽ breuius & concisus, aliæ verò profusius, sed quæ breuius describuntur, plerq; sunt quæ vulgò in D. Hieronymi * Martyrologio habeantur. In edendo ergo volumine nos hunc modum tenuimus, vt quæ à D. Hieronymo sunt posita, omnino prætereamur, cum in promptu sint omnibus, nisi eis additum aliquid reperiat. Quæ autem ab illo non sunt posita, hæc omnes sint insertæ.

Accipe igitur benignè lector Martyrologium Adonis viri sanctissimi pariterq; doctissimi Treuerensis Archiepiscopi, qui iam annos paulo plus vel minus quingentos, à tempore Gregorij septimi florere cepit, & ois vitæ sanctitatẽ tante extitit auctoritatis, vt ab eodem Pontifice ad cõponendas res inter Henricum & Rodolphũ qui de Romano Imperio contendebant, vnã cum duobus collegis de latere sedis Apostolicæ Legatus destinatus fuerit: gratiasq; & tu necum age Domino, qui cum non amplius perquireretur Ado (ne tantum lumen in tenebris lateret) reperiri cum ad procurum consolationem, & Ecclesie suæ edificationem voluit. Vale, & ora pro me, vt vnũ Deum meum adorem, corde colam, & sinceris actibus venerer.

* Aut vsq; ardi & aliorum.

Quædam per eũ fuerunt omiffæ, vt Agnetis virginitis & aliæ.

PROLOGVS DOMINI ADONIS ARCHIEPISCOPI TREVIRENSIS IN SVVM MARTYROLOGIVM.

ADO PECCATOR LECTORI SALVTEM.



Ne putes in hoc opere in vacuum me laborasse, & rem non necessariam executum fuisse, breuiter tibi causam facti aperiam. Primum fuit imperium ac iussio sanctorum virorum, vt suppleretur dies, qui absq; nominibus martyrum in Martyrologio (quod venerabilis Flori studio in labore domini Bedæ accreuerat) tantum notati erant. Deinde collecti vñdecunq; passionum codices, animũ in tantum suscitauerunt, vt non solum præteritas dierum festiuitates, verum & aliorum qui per totum annum ibi * notati positi erant, latius & paulò apertius describerẽ, infirmioribus fratribus, & minus legere valentibus seruiens, vt ad laudem omnipotentis Dei in memorijs martyrum haberent compendiosam lectionem, atque in paruo codicillo, quod multo labore alij per plures codices exquirunt. Huic operi, vt dies martyrum verissimè notarẽtur, qui confusi in Calendarijs satis inueniri solent, adiuuit venerabile & perantiquũ Martyrologium, ab vrbe Roma Aquileiam cuidam sancto Episcopo à Pontifice Romano directũ, & mihi postmodum à quodam religioso fratre aliquot diebus præstitum. Quod ego diligenti cura transcriptum, positus apud Rauennam, in capite huius operis ponendum putauit. Passiones autem sanctorum paulò longiũs, maxime circa finem, Martyrologio huic insertas non miretis, cum tibi ratio superius reddita, cur factum sit, suffecerit. Ora tantum impensissimè obsecro, vt meritis illorum confocier, quorum triumphos, etsi minus quàm debui, excolere optaui. Salutat in Christo vale.

* al. nominatum

Hic immediate sequatur idem Martyrologium à Pontifice Romano profectum, cuius superius mentio fit: sed quia id breuissimè tantum commemorat nomina Sanctorum, quæ in cæteris Martyrologijs exprimitur, ideo superfluum iudicauimus id adiungere huic Tomo nostro.

Populus Christianus memorias martyrum religiosa solennitate cōcelebrat & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorū confocietur, atq; orationibus adiuuetur: ita tamen vt nulli martyrum, sed ipsi Deo martyrum sacrificemus, quauis in * memorijs martyrum constituamus altaria. Quis enim Antistitum in locis sanctorū corporum assistens altari, aliquando dixit: Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane: sed quod offertur, offertur Deo qui martyres coronauit, apud memorias eorum quos coronauit: vt ex ipsorum locorum admonitione maior affectus exurgat, ad acuedam charitatem, & in illos quos imitari * possumus, & in illum quo adiuuante possumus. Colimus ergo martyres eo cultu dilectionis & societatis, quo & in hac vita coluntur sancti homines Dei, quorum cōspicua talem pro Euāgelica veritate passionem paratum esse sentimus. Sed illos tanto deuotius, quanto securius post certamina superata: quanto etiam fidetiore laude predicamus, iam in vita feliciore victores, quam in ista adhuc vīq; pugnautes. At verò illo cultu, quæ Græcè latrā dicitur, Latine vno verbo dici nō potest, cum sit quædam proprie Diuinitati debita seruitus, nec colimus, nec colendum docemus, nisi vnum Deum. Cū autem ad hunc cultum pertineat oblatio sacrificij, vnde idolatria dicitur eorū, qui hoc etiam idolis exhibent: nullo modo tale aliquid offerimus, aut offerendum præcipimus, vel cuiquam miraculis, quæ per eos sanctæ animæ, vel cuiquam Angelo: & quisquis in hunc errorem delabitur, corripitur per sanā doctrinam, siue vt corrigatur, siue vt condemnetur, siue vt caueatur. Ipsi enim sancti vel homines, vel Angeli, exhiberi sibi nolunt, quod vni Deo debent nōrūt. Apparuit hoc in Paulo & Barnaba, cū commoti miraculis, quæ per eos facta sunt, Licaonij eis tanquā dijs immolare voluerunt: conscissis enim velli mentis suis, confitentibus & persuadentes se deos non esse, ista sibi fieri venterūt. Apparuit & in Angelis, sicut in Apocalypsi legimus, Angelū se adorari prohibentem, ac dicentē adoratori suo: Vide nē feceris, conseruus enim tuus sum, & fratru tuorum, Deum adora. Ista sibi planè superbi spiritus exigunt, diabolus & angeli eius, sicut per omnia templa & sacra gentilium. Quorum similitudo in quibusdā etiam superbis hominibus expressa est: sicut de Babylonia quibusdā Regibus memoriam cōmendatam tenemus. Vnde sanctus Daniel accusatores ac persecutores per tulit, quod Regis edicto proposito, vt nihil à quoquā Deo peteretur, nisi à Rege solo, Deum suum, hoc est, vnum & verum Deum adorare deprecariq; deprehensum est. Qui autem se in memorijs martyrum inebriant, quomodo à nobis approbati possunt, cū eos, etiam si in domibus suis id faciant, sana doctrina condemnet: sed aliud est quod docemus, aliud quod sustinemus: aliud quod præcipere iubemur, aliud quod emendare præcipimur, & donèc emendemus, tolerare compellimur. Alia est disciplina Christianorum, alia luxuria vinolentorum, vel error infirmorum. Veruntamen & in hoc ipso distant plurimum culpa vinolentorū & sacrificiorum. Longè quippè minoris peccati est, ebrium redire à martyribus, quam vel ieiunium sacrificare martyribus. Sacrificare martyribus dixi, non dixi sacrificare Deo in memorijs martyrum: quod frequentissimè facimus, illo duntaxat ritu, quo sibi sacrificari noui Testamenti, manifestatione præcepit: quod pertinet ad illum cultum, quæ latrā dicitur, & vni Deo debetur. Proinde verum sacrificium, quod vni vero debetur Deo, quo eius altare solus Christus impleuit, in victimis pecorū imitata dæmonia sibi arroganter exposcunt. Vnde dicit Apostolus: Quæ immolant gentes, dæmonijs immolant & non Deo. Non quod offeratur culpanis, sed quia illis offerebatur. Hebræi autem in victimis pecorū quas offerebant Deo multis & varijs modis, sicut re tanta dignum erat, prophetiam celebrant futuræ victimæ, quam Christus obrulit. Vnde iam Christiani, peracti sacrificij eius dē, memoriam celebrāt, sacrosancta oblatione & participatione corporis & sanguinis Christi. Huius sacrificij caro & sanguis ante aduentum Christi per victimas similitudinum pomittebatur, in passione Christi per ipsam veritatem reddebat, post ascensum Christi per sacramentum memoria celebratur.

HYMNVS

SURIUS

q. bar
M. 10. 11.
RVIII
5

* al. me.
morijs

* possumus

Sed i quo
modo coli
debeant.

Act. 14.

Apoc. 19.
& 22.

Dan. 6. 13.

1. Cor. 10

Victima:
pecorū ve
teris testa
menti figu
ra fuit Chri
sti in Cru
ce.

HYMNVS SANCTI AMBROSII EPISCOPI, IN LAVDEM
sanctorum martyrum, qui immediate in MS nostro Adone hic sequebatur.

Aeterna Christi munera,
Et martyrum victorias,
Laudes ferentes debitas,
Lætis canamus mentibus:
Ecclesiarum principes,
Belli triumphalis duces
Cælestis aulæ milites,
Et vera mundi lumina.
Terrore victo seculi,
Pœnisque spretis corporis,
Mortis sacræ compendio
vitam beatam possident.
Traduntur igni martyres
Et bestiarum dentibus:
Armata fœuit vngulis
Tortoris infani manus

Nuda pendent viscera,
Sanguis sacratus funditur:
Sed permanent immobiles
Vitæ perennis gratia.
Deuota sanctorum fides,
Inuicta spes credentium,
Perfecta Christi charitas,
Mundi triumphat principem.
In his paterna gloria,
In his voluntas spiritûs,
Exultat in his filius,
Cælum repletur gaudio.
Te nunc redemptor quæsumus,
Vt martyrum confortio
Iungas precantes seruos
In sempiterna secula. Amen.

LIBELLVS DE FESTIVITATI-
BVS SANCTORVM APOSTOLO-
RVM ET RELIQVORVM. QVI DISCIPVLI*vicini, successoresq; ipsorum Apostolorum fuerunt.*

MENSIS IANVARIVS HABET DIES XXXI.

LVNAM VERO TRICESIMAM:

CALENDIS IANVARIÏ.



CTA VAE Domini, Romæ, natalis sancti Almachij mar-
tyris, qui iubente Alippio Urbis præfecto, cū diceret, Hodie
octauæ Dominici diei sunt cessate à superstitionibus, idolo-
rumque sacrificijs pollutis, à gladiatoribus hac de causa oc-
census est.

*S. Almachij
us occidi-
tur.*

Itē Romæ, natale sanctæ Martinæ virginis & martyris,
quæ cum esset sublimis genere, & patre consule nata, diues
nimis rerum, quas misericorditer indigentibus erogabat,
tenta ab Alexandro Imperatore, iussa est sacrificare Apol-
lini. Sed mox vt orationem fudit beata virgo, terræ motus factus est magnus, vt ciui-
tas concuteretur. Ac sic pars templi Apollinis destructa est, simulacrumq; commi-
nutū, & multitudo magna cum sacerdotibus fani oppressa. Iratus valde Alexander
Imperator, iussit alapis faciem eius cædi, & vncinis faciem eius dirumpi. Illi autem
carnifices qui ad cædendum eam deputati fuerant, deficientes clamare cœperunt,
Videre se quatuor viros splendidos, qui eam confortarent, sibiq; potius pœnam
inferrent. Inde testarum fragmētis cæsa, cū inuictissima durasset, illi quibus hoc
impium officium delegatū fuerat, tandem pietate diuina circumdati lumine (erant
enim octo) crudele illico ministerium execrantes, crediderunt, ac Dominū verum
Christum Iesum confessi sunt. In eos autem accensus valde Imperator, suspendi il-
los fecit, & carnes eorum spathis lacerari. Deinde capitibus amputatis seculi huius
viam finire, xvij. die mensis Nouembris. Sicque felicia regna martyres Christi facti
petierunt. Iterum sancta Martina pœnis afficitur. Nam expoliata vestibus, incisa
est toto corpore, ac deinde in quatuor palis extensa, à duobus Centurionibus susti-
bus cæsa. Cumq; in confessione perseveraret, mutati sunt qui per vices eam, cede-
rent septem Centuriones. Sed & illic sibi supplicia illata forti animo risit. Inde rece-
pta in carcerē. Postcā verò adipibus & pinguedine peructa. ad Imperatorem iterū

*pe Martina
Surius.*

*S. marty-
res occidū-
tur.*

aa 4

adducta

S. Martina
destruit
idolum.

adducta, & iubere eo in fanū deorū intromissa. Sed mox oratione facta ab illa, ignis de cælo cecidit, & idolum in fauillā redexit, sacerdotes templi exussit, & multitudinem populi occidit. Tunc perculsus timore Imperator, tradidit eā cuiusdā Iustino præfecto, vt impelleret eam ad sacrificandū. Qui mox extendi eam iussit in conto, & spathis membra eius incidi, & circa mamillas vngulis attræctari, vsq; dum exviii incisiones ab vncinis fierent. Sed tum adhuc ille videret nō expirasse, deposita de cōto recipitur in carcerem. Quæ & item in Amphitheatrū à Iustino præfecto præsentata Imperatori, feris est iniecta. Tunc leo immanissimus de cauea laxatus, rugiendo vsque ad pedes sanctæ martyris cucurrit vbi statim ferocitatem deposuit, eamque nullo pacto attigit. Sed cum reduceretur in caueam, Eumenium Imperatoris cognatum interfecit. Et iterum recepta est, iubente Imperatore, in carcerem. Exinde post duos dies cum iret ad sacrificandum Imperator, ei est exhibita martyris, quæ cum fixa in Domino maneret, suspensa, iterum vngulis rasa fuit, rasique eius capilli, quod magicam artem in illis consistere putabant: sed videntes eam insuperabilem, in templo Dianæ tribus diebus & tribus noctibus eam includunt. Cumque precibus suis Deus in puluerem redegit simulacrum, educta de fano, ad vltimum gladio ferienda ab Imperatore destinatur. Huiusmodi sine martyre venerabilis cæli regnum meruit.

gladio per
cutitur.Ire de con
cordio Su
rius.

Eodem die apud Spoletum ciuitatem Tusciæ, natale sancti Concordij martyris temporibus Antonini Imperatoris. Hic ortus est Romæ, cuius pater Gordianus dicebatur, sanctissima conuersatione presbyter, de titulo pastoris, ordinatus Subdiaconus à sancto Pio vrbis Romæ Episcopo. Qui nihil aliud cū patre suo, nisi ieiunijs & orationibus die noctuq; vacabat, eleemosynis pauperū seruiens. Factū est autem vt cum consilio patris sui apud beatum Eutychem, qui tunc morabatur in prædialo suo, via Salaria iuxta ciuitatem habitaret. Audiens famam eorum Torquatus Comes Tusciæ qui versabatur in ciuitate Spoletu, mittens accessit sanctum Concordium, & dixit ei. Quo nomine vocaris? Respondit, sanctus Concordius Christianus sum. Dicit ei Comes De nomine requiro, non de Christo tuo. Sanctus Concordius respondit: Christianus sum, & Christum confiteor. Cumque impelleretur ad sacrificandum, & ille in fide Christi fortiter duraret, iussus est fustibus caedi.

Fustibus
ditur.

Sequenti nocte venit ad eum beatus Eutyches cum Antimo Episcopo, & rogauerunt Comitem, vt aliquot diebus cum eis permitteretur morari. Erat nanque Antimus Episcopus amicus Comitis, quique beatum virum Concordium fecerat illis diebus presbyterum. Peractis aliquot diebus, reuocatus est beatus Concordius, & venit ad Comitem. Cui & dixit Comes: Quid tractasti circa salutem tuam? Sanctus vir respondit. Salus mea Christus est, cui quotidie sacrifico sacrificium laudis. Iratus Comes, iussit eum suspendi in eculo. Cruciatu diu, reuocatur arctatus ferro in carcerem, vbi meruit consolationem Angelicam. Post tres noctes missi sunt ad eum, qui aut sacrificantem laxarent, aut nolentem punirēt. Venientes autem missi, dixerunt ei: Aut sacrificia Ioui, aut capitalem sententiam accipies. Ferebant autē statunculam Iouis. Beatus Concordius dixit: Gratias tibi ago Domine Iesu Christe. Et expuit in faciem Iouis. Tunc vnus de satellitibus euaginato gladio amputauit caput eius atque ita in confessione Domini emisit spiritum. Venientes autem clerici cum religiosi viris, tulerunt corpus eius, & sepelierunt illud non longe à Spoletu, in loco vbi aquæ multæ emanant.

Cōsolatur
AngelitusCapite eg
ditur.

Item Romæ via Appia, coronæ militum triginta, has sub Diocletiano pro confessione veræ fidei percipere meruerunt.

de S. Fulgē
tio Suario
Tomo. I.

Apud Africam, natalis sancti Fulgentij, Ecclesiæ Ruspensis Episcopi & confessoris. Qui tempore Vandalicæ persecutionis, ob catholicā fidē & eximiam doctrinam, ab Arrianis multa perpassus, & diu apud Sardiniam exilio relegatus, tandem ad Ecclesiam suā redire permissus, & vita & verbo clarus, sancto fine quieuit, annū sui Episcopatus agens vigesimum quintum, vitæ autem totius sexagesimum quintum.

de Euphro
syna Suario
Tomo. I.

Apud Alexandriam, sanctæ Euphrosynæ virginis, quæ orationibus patris sui Paphnutij de sterili matre progenita, in puerili ætate cōstituta, clam fetonderi fecit & monasticam vitā expetijt. Smaragdi sibi nomen imponens. Post etiam in reclusione viginti & octo annis in omni sanctitate perdurans, tacta agrotationis incommodo, & mortem sibi adesse cognoscens, manifestauit se religioso & lachrymis multoties quærenti eam patri.

In

SURIUS

q. d. d.
M. d. d.
RVIII
5

DE SANCTIS MENSIS IANVARII.

289

In territorio Lugdunensi monasterio *Virēsum, sancti Eugendi Abbatis, cuius vita virtutibus & miraculis plena refulsit.

*al. Iurē. De eo Surius To. 2.

* Eodem die sanctissimi Viennensis Episcopi.

III. NONAS IANVARII.

Beatī Macharij Abbatis. Et in Ponto ciuitate Thomis, trium fratrum, Argai, Narcissi, & Marcellini pueri, qui sub Licinio inter tyrones comprehensus, cum nollet militare, casus ad mortem, & diū in carcere maceratus, atque in mari merfus, martyrium consummauit. Corpus eius ad litus delatum, & à religiosis vi-
ris depositum, magnis coruscet virtutibus.

Die 2. De Machario Surius Tomo 1.

* Item S. Ildori Episcopi & martyris.

III. NONAS IANVARII.

Romæ, natalis sancti *Anteros Papæ & martyris. Qui vicissim post beatum Petrum cū duodecim annis, mense vno, diebus duodecim rexisset Ecclesiam, passus est sub Maximino: & in cœmeterio Calixti sepultus via Appia. His gesta
martyrum à notarijs diligenter exquisiuit, & in ecclesia recondidit.

Die 3. *al. Anter. Pōtificale cap. 20.

Apud Parisium, sanctæ Genoseuæ virginis, quæ à beato Germano Antifistorensi Episcopo Christo dicata, admirandis virtutibus & miraculis latè claruit, & vsque ad lxxx. annos in Christi seruitute consenuit.

Surius & uronensis de Genoseua.

Eodem die sancti Florentij Viennensis Episcopi & martyris, octauī eiusdem vr-
bis. Item Octauæ sancti Iohannis Euangelistæ.

Ado Viennensis anno 241.

PRIDIE NONAS IANVARII.

Natalis sancti Titi Apostolorum discipuli, qui ordinatus ab Apostolo Paulo Cretensium Episcopus, cuiq; etiam Epistolā omni Ecclesie Dei celeberrimam idem Apostolus misit. Post prædicationis officium fidelissimè consummatum, be-
atum finem adeptus, sepultus est in ecclesia vbi à beato Apostolo fuerat dignus
minister constitutus.

Die 4. Felix S. Titi exitus.

Apud Africam, natalis sanctorum Aquilini, Gemini, Eugenij, Martiani, Quinti, Theodoti, Tryphonis, præclarissimorum martyrum, quorum gesta habentur.

Eodem die apud urbem Romam sanctorum martyrum Prisci presbyteri, & Priscilliani clerici, atque Benedictæ religiosissimæ fœminæ, sub tempore Iuliani impi-
ssimi Augusti, qui gladio martyrium compleuerunt.

Item apud urbem Romam beatæ Dafsosæ vxoris Fabiani martyris, quæ post dā-
nationem beati viri sui primum relegata exilio, deinde ab impio Iuliano capite iu-
sta est pūniri. Item Octauæ Innocentium.

S. Dafsosa capite egit tur.

NONIS IANVARII.

Romæ, natalis sancti Telesphori, qui septimus post Petrum Apostolum Ponti-
fex ordinatus, sedit annos vndecim, menses tres, dies xxj. Hic constituit, vt sex
hebdomatibus ante Pascha ieiunium celebraretur, & Natali Domini Iesu Christi
noctē Missæ celebrarentur, & hymnus Angelicus, id est Gloria in excelsis Deo, ho-
ra sacrificij Missæ diceretur, illustreque martyrium duxit.

Die 5. Pōtificale cap. 9.

Item apud Antiochiā, depositio sancti Simeonis monachi, admirandæ virtutis vi-
ri, qui decimo tertio ætatis anno huic seculo abrenunciatis, monasterij claustra ex-
petijt, vbi mira abstinētia vix septimo die cibū sibi indulgens, Psalteriū inter qua-
tuor menses didicit. Deinde nimia domādi corporis intentione fune palmiceo re-
nes sibi constringens, duriter laniatus est. Inde in quodam puteo se recludens, & ex
eo à fratribus violenter ad monasteriū reductus, clam fugiens, cremū petijt. Vbi
multo cōmoratus tēpore, in columna editori sanctitate feruens, se reclusit. Vbi nō
modo nulli extranæ mulieri, sed nec propriæ matri se videre permisit. Et vsq; ho-
diæ basilicā columnæ illius fœminarū nulla ingreditur. Nam quādā mulier veste
induta virili ingredi voluit, & mox vt limen attingit, retrorsum mortua cecidit.

Vide Surius To. 1. de S. Simeone.

VIII. IDVS IANVARII.

Epiphanie Domini. Eodem die passio sanctæ Macræ virginis quam cum Rictio
Euarus præses torqueri & in ignem præcipitari iussisset, illesā permansit. Deinde
mamillis abscis, squaloreque carceris afflictā, super testas acutissimas & prunas
volutata, orans migravit ad Dominum.

Die 6. S. Macræ martyriū.

VII. IDVS IANVARII.

Relatio pueri Iesu ex Aegypto. Itē natalis sancti Luciani Antiochenæ ecclesie presbyteri & martyris, viri
doctif.

Die 7.

passio S. Lu-
ciani pref-
byteri est
Tō. i. Suriij

doctissimi atque eloquentissimi, qui passus est Nicomediæ ob confessionē Christi sub persecutione Maximi: Sepultusq; Helenopoli Bythinia, quam urbem (cū prius Depranavocaretur) in honorē eiusdem gloriosi martyris, Constantinus Imperator instaurans, ex nomine matris suæ Helenopolim nuncupavit.

Item apud Antiochiam, beati Cleri Diaconi, qui ob confessionē Christi septies tortus, & in carcere diu maceratus, ad vltimū decollatus martyriū consummavit.

VI. IDVS IANVARII.

Die 8.
Vide plura
Nonis Sc-
ptēbris de
Seuerino.

A Pud Neapolim Cāpania, sancti Seuerini cōfessoris, fratris beatissimi Victori-
ani clarissimi viri in miraculis. Qui & ipse fratris imitator, post multarum vir-
tutum perpetracionem, sanctitate plenus quieuit. Sepultus in loco, vbi primum ab-
stinentissimus, quam ad Episcopatum vocaretur, conuersatus fuerat.
Beluacijs, sanctorum Luciani & Messiani, &c.

V. IDVS IANVARII.

Die 9.
de Iuliano
& Basilissa
Suri. To. i.

I N Mauritania Cæsariensi, natalis sanctæ Martianæ virginis & martyris.
Eodem die apud Antiochiam, natale sancti Iuliani martyris & Basilissæ con-
iugis suæ. Hi itaque sanctissimo voto coniuges, aliquot annos pariter vixerunt, car-
nem suam Christo virginem seruantes, totq; monasteria de rebus suis, quia erant
parentibus & genere clarissimi, instituerunt, vt ad decē millia monachorum pater
beatus Iulianus fieret, Basilissa verò mulrarū mater virginū. Quarū multitudinem
cum iam victricem præmisisset ad Dominū, ipsa cōuersatione vitæ, & doctrinā stu-
dij probatissima, inter verba orationis dulcissimis suspirijs plena redens Domino
spiritū, Angelorum consortio in cælo iuncta est. Iulianus vero postmodum à Marti-
ano præside requiritur, quo tēpore rabies crudelitatis ad persequendū sanctos Dei
sub Diocletiano & Maximiano exarserat, ad quē multitudo sacerdotū & Ecclesiæ
Christi ministrorū confugerat propter immanitatem persecutionis. Compræhensus
itaq; cū hac ingēti multitudine ipse præsidis audientia referuatus, ceteri ferui Dei
iussu crudelis ludicis ingenti accenso igne, eisq; apposito, in quo consistebant loco
cōsumpti sunt. Vbi ad commendandā mortē sanctorū hora tertia, sexta, nona psal-
lentū chori feruntur auditi. Sed & vespertinos, & matutinos hymnos Deo cecinē-
re. Beatus vero Iulianus primū auditus, rigidissimis fustibus cæsus est. Cum quē
cæderetur, vnus ministrorum præsidi necessarius oculum amisit. Quem beato Iuli-
ano orante ilico recepit in Christum credens. Vnde statim ab infano iudice decol-
latur. Inde beatus Iulianus ductus ad fanum dæmonum est, vbi simulacra crystal-
lina & electrina, atque ex diuersi generis metallis ad quinquaginta ita comminu-
ta, in puluerem redacta sunt, vt quod fuerint, omnino non apparetet. Deinde san-
ctus martyr vinculis ferreis arctatus, per ciuitatem sub voce præconis circumduc-
tur. Cum quē peruenisset ad locum, vbi filius præsidis in scholis erudiebatur, pu-
er idem Celsus nomine, vidit multitudinem albarum circa sanctum martyrem,
& coronam preciosissimis lapidibus renitentem super caput eius. Quæ vifa cum
suis condiscipulis narraret, subito diuinitus inspiratus proiecit volumina magi-
strorum, & vestimenta, quibus erat indutus, & celeri cursu peruenit ad pedes vin-
cti martyris. Ad quod factum stupens tota penē ciuitas accurrit: ac cum reliquis
præses & mater pueri ciulantes adueniunt. Sed cum puerum à fociate beata se-
parare non possent, cum beato Iuliano in imo carceris ipse mancipatur. Vbi diui-
no lumine consolati, & odore mirifico ita sunt respersi, vt & milites, qui eos custo-
dia seruabant, circiter viginti, commoti, & stupore percussi, Christo Domino crede-
rent. Ad hos itaque visitandos in carcerem fratres septem vna cum Antonino
presbytero venerunt: officioq; sancti Antonini presbyteri, tam puer, quam viginti
milites baptizati sunt. Quod audiens præses, septem fratres dira custodia diu ma-
ceratos, in vltimo tradi igni præcepit, viginti porro milites gladio trucidari. Sic
quē martirium victores consummauerunt. Sanctum verò Iulianum atq; Celsum
puerum, sanctum quē Antoninum presbyterum sibi præsentatos, necnon & Ana-
stasium, quē beatus Iulianus à morte suscitatum participem gratiæ Christi fecerat,
in cuppas pice & adipe feruentes iniecit, sub quibus lignorum & sarmentorum co-
piam aggregari iussit. Sed beati nihil læsi sub igne, in confessione persistunt. Ducti
ergo iterum sunt in custodia. Cum puero autem mater ipsius Martionilla, vt eum
mutare posset, volens inclusa est. Sed dum cupit filium prædam fieri diabolo, ipsa
prædata Christo, eiusque ancilla fidelis facta, baptisimi gratiam recepit. Quo au-
dito,

multi mar-
tyres igne
cremantur

conuersio
Celsi filij
præsidis.

Martyriū
7. fratrum &
20. militū.

Martionil-
la, præfecti
vxor bapti-
zatur.

SURIUS

q. ber
M. ber
RVIII
5

DE SANCTIS MENSIS IANVARII.

291

dito, ipsius coniunx piam Christi famulam in imo carceris trusam martyribus fo-
ciauit. Quos iterum suis conspectibus presentari fecit, & ad fanum dæmonum, sa-
cerdotibus fani intro expectantib. vt sacrificarent misit. Sed mox sanctis orantibus
templū solo deiectum, sacerdotumq; ad mille, & paganorū multitudo occisa est.
Sed iterum ab irato impio praside sancti retruduntur. Qui diuina consolatione no-
cte sunt mirabiliter confortati. Sequenti vero luce producti sunt de custodia: oleo-
que infuso lignis, manus, & pedes eorum ligantur, ignisque ita supponitur. Sed cū
inuieti perdurarent, Iuliano & Celso cutem capitis auferri iubet, Antonino & A-
nastasio lumina effodi Martionilla eculeum parari. Hæc cum illi fortissimè perui-
cissent, feris intromissis in Amphitheatrum ad deuorandum obiecti sunt. Sed ferè
pedes sanctorum lingebant. Cum omnia peruicissent, militibus eos ferire iussit. At
que tali certamine palmam adepti, regna mansura perceperunt.

SS. marty-
res occidi
tur.

III. IDVS IANVARII.

Dicio.
Surius ex
Hieron.

A pud Thebaidem, natalis sancti Pauli primi Eremitæ, qui à sextodecimo æ-
tatis suæ anno vsque ad ceterisimum & quartumdecimum solus in eremo per-
manfit. Cuius animã inter Apostolorum & Prophetarum choros ad cælum
ferri ab Angelis, sanctus Antonius vidit.

Apud Cyprum, beati Nicanoris Diaconi, gratia fidei & virtute admirandi, apud A. & A.
Cyprum gloriosissimè coronati, ibique venerabiliter sepulti. Qui etiam fuit vnus
de septem primis Diaconibus.

† Item Inuentio sancti martyris Hermetis.

III. IDVS IANVARII.

A pud Alexandriam, natalis sanctorum Confessorum Petri, Saueri, Leucij, quo
rum gesta habentur.

Item S. Iginij Papæ, qui sedit Romæ annos quatuor. Hic cõstituit Clerum, & dis-
tribuit gradus. Sepultus in Vaticano 3. Idus Ianuarij.

In Africa, natalis sancti Salulij. In huius natali sanctus Augustinus verbum fecit
ad populum Carthagini.

PRIDIE IDVS IANVARII.

A pud Achaïam, natalis sancti Satyri martyris citis Arabiæ, qui transiens ante
quoddam idolum, cum exufflasset in illud, signans sibi frontem, statim cor-
ruit: ob quam causam decollatus est.

Eodem die natalis S. Archadij martyris, genere & miraculis clari.

IDIBVS IANVARII.

O ctava Epiphaniæ. Romæ viâ Lauicana, coronæ militum quadraginta, sub
Gallieno Imperatore.

Pictauis, S. Hilarij Episcopi & confessoris, qui ob catholicam fidem quadrien-
nio apud Phrygiam relegatus, inter alias virtutes fertur quod mortuum suscita-
uerit.

Apud Viennam, S. Veri Episcopi, qui presedit Ecclesiæ post sanctum Euanthium.

† Remis depositio sancti Remigij Episcopi.

† Treueris S. Agritij Episcopi & confessoris.

XIX. CALENDAS FEBRVARII.

A pud Nolam Campaniæ, natale beati Felicis presbyteri. Hic à Maximiano
Nolanæ vrbis Episcopo presbyterij honore præditus est. Cùm autem Impe-
rator decreta Christianorum insequi præcepisset, Maximianus Pontifex iam senio
prægrauatus, putans se non posse ferrè supplicia, sylvarum saltus adiit. Quos dum
turbidus de persecutione pererrasset, affectus fame, gelu attritus, solo corruit se-
mijuuus. At beatus Felix presbyter captus, & vinculis adstrictus, cum ante præs-
dem Dracum adductus fuisset, multaque ante ipsum de portentis deorum, quod
nihil essent, disputasset, eorum que præfectus impelleret, vt immolaret, respondit:
Inimici estis deorum vestrorum. Ad quodcunq; enim me deorū vestrorum tem-
pla duxeritis, hoc eis eueniet, quod euenit illis, ad quæ meum fratrem Felicem vos
duxistis poenituit. Sed si vultis probare virtutem Domini mei Iesu Christi, me ad
Capitolium ire iubete, vt ipsum Iouem principem dæmoniorum vestrorum rue-
re faciam. Mox impius Iudex compressis auribus suis, iussit eum sustibus cædi. De-
inde beatus confessor carceri includitur. In quo non mediocribus vinculis adstri-

Dicio.

De eo vidè
Surius Tō. 4.
mo. 4.

ctus;

SURIUS

q. d. b. r.
Kobler
RVIII
5

292 MARTYROLOGIVM ADONIS ARCHIEP. TREVIREN.

dirè crucia
tur S. Felix

ctus, cochleis ac testulis superpositus extenditur. Et ecce nocte media Angelus Do-
mini, confractis catenis, scissaque trabe, qua pedes eius inclusi tenebantur, ait illi:
Surge & egredere, ac require sacerdotè tuum, inuētūq; reduc ad urbem, & abscon-
de, nè inedia ac fame depercat. Dumque beatus Felix egressus Episcopum suum re-
quiret, inuenit illum solo prostratum, clausis oculis, strictisque dentibus vix spi-
rantem. Et cum anxie requireret, quid alimenti defecto seni porrigeret, ecce subito
de sentibus vnam pendere miratur: de qua albis granis in os confessoris Christi ex-
pressis, paululum senior refocillatus surrexit. Quem humeris impositum Felix ad
ciuitatem detulit, & sub tugurio cuiusdam viduæ commendatum, alimentis pavit.
Deinde captus, & in exilium deportatus est beatus martyr, in monte vocato Tyrcio
vbi lapides excidebantur, vt ipse cum damnatis pari modo lapidum casor esset. V-
bi Probi cuiusdam Tribuni filiam à dæmonio liberavit, vxoremque eius ab hydro-
pis morbo curauit, ipsumque Probum cum vxore & filia, & pluribus alijs in Christo
baptizauit. Post deinde cum regressus esset, crescente persecutione, iterum mittitur
persecutor ex numero apparitorum, qui beatum Felicem teneret. Quem cum soli-
cite requireret, & eundem Felicem interrogaret, si nosset, vbi Felix presbyter late-
ret: Hac, inquit, Felix parte abiit. Persecutore discedente, Felix latebram pe-
tijt. Sed nec mora persecutor ipse subsequitur. At martyr inter parietes dirutos
occulabatur, vbi in ipso primo domus introitu aranearum tela dependentes, in-
tus neminem tunc intrasse, fidem facerent. Qua visione delusus inimicus abscel-
sit. Sic martyr ad alium locum demigrans, à muliere quadam per tres menses
passus est: cuius tamen faciem, dum eiusdem laribus celaretur, nullo modo vidit.
Postmodum verò apud Nolam pontificem dæmoniorum ad Christum conuer-
tens, templum Apollinis prius dæmone, qui responsa dabat, expulsio, diuina vir-
tute deiecit. Virtutibus itaque adeo illustris, cum vellet vniuersus populus No-
lanus vt leuaretur Episcopus, non consensit, sed alterum in sede Pontificali deli-
gens ipsa post duodecim annos, quos apud Nolam cessante persecutione, fecerat,
Dominica die mysterijs confectis, data pace omnibus, se in pavementum oraturus
proiecit: moxque beati viri anima de carnis ergastulo egressa, post grauiora tormen-
ta, quæ patienter tulerat pro Christo, felicia regna, ipse verè Felix cõscendit. Sepul-
tusque iuxta urbem in loco qui dicitur Pincis, vbi claris semper fulget virtutibus, ab
Helpidio venerabili, & sancto presbytero. Hic etiam beatissimus martyr & confes-
sor hereticis inuictissimè restitit.

Multa sig-
na facit.

respuit E-
piscopatu.

Felix in pin-
cis cur vo-
cetur.

Apud Viennam S. Caldeoldi Episcopi.

XVIII. CALENDAS FEBRVARIL

Die. 14. **A** Bacuc & Michea prophetarum, quorum corpora sub Arcadio Imperatore di-
uina reuelatione reperta sunt.

Item beati Macharij abbatis, discipuli beati Antonij, vita & miraculis celeberrimi.

Item beati Isidori, sanctitate vitæ, fide ac miraculis præclari.

Apud Bituricas ciuitatem, Translatio Sulpitij Episcopi & confessoris, qui à
pueritia sacris literis eruditus, & sanctæ conuersationis luce conspicuus, etiam
laicus virtutibus claruit. Post etiam coma deposita, monachorum pater extitit:
atque inde ad Episcopalem prouectus cathedram, vita clarus, miraculis gloriosus
quieuit.

S. Sulpitij
vita & sig-
nis clarus.

† Item Mauri Abbatis, discipuli beati Benedicti.

XVII. CALENDAS FEBRVARIL

Die. 16. **R**omæ via Salaria in cœmeterio Priscillæ, natalis S. Marcelli Papæ, qui
iubente Maximino Imperatore, primo sustibus cæsus, & à facie eius quem
corripiebat expulsus est. Deinde audiens quod domum S. Lucinæ, quam ipse
proscriptione damnauerat, eo quod de facultatibus suis Christianis donauerit, ec-
clesiam faceret, & in ea Missas celebraret, in media ciuitate iussit in eadem ec-
clesiam plancas sterni ad animalia cantabilli publici: & eiusdem stabuli Episco-
pum ad seruitium animalium deputauit cum custodia publica. Vbi etiam post
multos annos seruiendo, indutus amictu cilicino, defunctus est: & conditus ar-
matibus à Iohanne presbytero, ac à beata Lucina, sepultus in cœmeterio Priscil-
læ. Hic fecit cœmeteria via Salaria, & vintiquinque titulos in vrbe Roma
con-

Die. 16.
S. Marcellus
Surius T. 1.

apaleas

Obitus eius.

constituit, propter baptismum & poenitentiam multorum, qui conuertebantur ex paganis, & propter sepulturas martyrum.

Apud Arelatem S. Honorati Episcopi, cuius vita doctrina ac miraculis illustris refulsit.

XVI. CALENDAS FEBRUARII.

IN Aegypto apud Thebaidem, beati Antonij monachi, qui sine vlla scientia literarum, Scripturas diuinas, & memoriter audiendo tenuisse, & prudenter cogitando intellexisse praedicatur. Multorum monachorum pater, vita & miraculis praclarissimus vixit. Cuius corpus sub Iustiniano Imperatore diuina reuelatione repertum, Alexandriam delatum est, & in ecclesia beati Iohannis Baptistae humatum.

Die 17.
De Antonio Suario
Tom. 1.

Apud Linguonas, natale sanctorum geminorum * Speusippi, Eleusippi, & Meleusippi. Qui cum essent viginti quinque annorum, cum auia sua Leonilla, & Ionilla, & Neone martyrio coronati sunt, tempore Aureliani Imperatoris. Gemini quidem in vna arbore suspensi, ligatis manibus sursum, & pedibus deorsum: ita extenti, vt penes putarentur in ipsa membrorum compage separari: qui inter orationum verba simul migrarunt ad Dominum. Ionilla hoc videns, confessa est se etiam esse Christianam. Quae post comprehensa a turbis, multisque afflicta supplicijs, cum Christum negare nolisset, cum Leonilla est simul gladio perempta. Neon exceptor gestorum, & ipse Christi nomen confessus, martyrio coronatus est. Docuit autem & baptizauit geminos hos Benignus presbyter, quem misit ab Oriente beatus Polycarpus Iohannis Apostoli auditor in Galliam, cum Antiocho presbytero, & Tyrso Diacono. Sepulti sunt autem iidem gemini in secundo miliario ab vrbe Linguonum. Turbon autem, scribens victorias confitentium Dominum, non post multum temporis martyrium perpeffus est.

* Alij legunt Speosippi, Cleosippi & Meleosippi. vide de de his Suario.

SS. martyres occiditur.

De Sulpitio Suario
Tom. 1.
Die 18.

XV. CALENDAS FEBRUARII.

CAtheda sancti Petri Apostoli, quam primum sedit Romae. Eodem die, natalis S. Prisca virginis & martyris. Et in Ponto, natalis sanctorum martyrum Mosae & Ammonij: qui cum essent milites, primo ad metalla deputati, nouissime igni traditi sunt. Et passio sanctorum martyrum Tyrsi, Leuci & Galerici.

XIII. CALENDAS FEBRUARII.

Hierosolymis, Marthae & Mariae sororum Lazari. In Smyrna, natalis S. Germanici martyris, qui cum primae aetatis venisset, ut floreret, per gratiam virtutis Dei, metum corporeae fragilitatis excludens, sponte praeparatam sibi bestiam, damnatus a Iudice, prouocauit: cuius dentibus comminutus, vero panis, id est, Domino Iesu Christo, pro ipso moriens, meruit incorporari.

Die 19.
De Germanico Iudice in Hist. Ecle. li. 4. ca. 14.

Apud Spoletum, natale sancti Pontiani martyris, temporibus Antonini Imperatoris, sub Iudice Fabiano. Ante quem adductus, & interrogatus, quo nomine vocaretur, respondit: A parentibus nomen mihi impositum est Pontianus, maius autem nomen, Christianus. Tunc responso finito, iratus Fabianus, expoliari eum, & virgis caedi iussit, donec videretur sanguis ipse in terram fluere. Iterum iussit super carbones nudis pedibus ambulare. Cui beatus Pontianus: Ego in nomine Domini mei Iesu Christi ambulo super carbones ardentes: tu si potes mitte in nomine Iouis manum in aquam calidam. Iratus Fabianus iussit euculeum parari, & vincinos ferreos fieri, & ibi eum suspendi. Sed deficientibus ministris impij, traditur martyr Dei in ima carceris, vbi a religiosis viris confortatur ad agonem martyrij. Educitur iterum ad certamen circumspiciente populo in amphitheatro, & dimittuntur ei duo leones. Qui mansueti facti, beatum Pontianum minime tetigerunt. Quod videntes populi exclamauerunt, Verum magnus est Deus Christianorum: ita vt seditio fieret. Iterum beatus martyr retruditur in carcerem per duodecim dies, vt fame deficeret, vbi ab Angelo confortatus, & caelesti cibo passus est. Post duodecim vero dies putantes eum defecisse, ministri venerunt, vt corpus eius tollerent, & inuentum eum psallentem, & laudes Deo dicentem. Educitur iterum de carcere est, & extensus super lectum ferreum, iubente impio Iudice, ac plumbo feruefacto dorsum illius perfusus. Sed cum martyr talia parui pendens innictus maneret, confusus

De Pontiano Suario ex MS.

Post varia tormenta

bb sus

plebitur capite S. Pontianus,

sus Fabianus dictavit sententiam, vt capite minueretur. Sicque à spicatore pet. cullus quicuit in pace. Consummauit autem martyrium suum xviiiij. Calend. Februarij. Et sublatum corpus eius à Christianis sepultum est xv. Calendas. Celebris verò dies ipsius agitur xiiij. Calendas Februarij, quando iterum sacrum corpus eius mutatum est.

XIII. CALENDAS FEBRUARII.

Die 20. De Fabiano Pontifici calc. 21.

Roma, Fabiani Episcopi, qui cum quatuordecim annos, menses vndecim, ac duodecim dies Ecclesie præfesset, passus est martyrium suum xviiiij. Calend. Februarij. Hic regiones diuisit Diaconibus, & fecit septem Subdiaconos, qui septem notarijs imminerent, vt gesta martyrum in integro colligerent. Huius tempore superuenit Nouatus ex Africa, & separauit Nouarianum de Ecclesia, postquam Moyfes confessor in carcere defunctus est: qui fuit ibi menses vndecim.

Item Romæ, natale sancti Sebastiani martyris, qui intantum charus erat illis temporibus Diocletiano & Maximiano, vt principatum ei primæ cohortis traderent. Quem Diocletianus vbi Christianum cognouit, nec à fide posse reuocari, iussit ligari in medio campo, quasi signum ad sagittam, & sagittari à militibus. Qui cum sagittis plenus staret, quasi heritius, putantes eum mortuum, abiierunt. Nocte autem veniens quædam mulier nomine Hirene tollere corpus, inuenit eum viuentem, & adduxit in domum suam, & curam eius egit: Qui vbi conualuit, multos in fide confortauit. Nec mora ipsis Imperatoribus apprensus, hos prout digni erant corripuit. Tunc iussit eum Diocletianus in hippodromum palatij duci, & fustigari donec deficeret, quem mortuum in maximam cloacam miserunt. Sed ille apparuit in somnis sanctæ matronæ Lucinæ, dicens: Iuxta Circum inuenies corpus meum, pendens in vnico: hoc sordes non trigerunt: Dum leuaueris, perduc ad Catacumbas, & sepelies me in crypta iuxta vestigia Apollolorum. Quæ ipsa nocte cum seruis veniens, totum ita compleuit.

De S. Sebastiano Surius To. I.

Fustib. car. sus mortur.

* Martij De his in vita S. Valentini To. Suri.

Eodem die Romæ, natalis sanctorum martyrum * Maurij & Marthæ, cum filijs suis, Audifax & Abacuc nobilium de Persida, qui ad orationem venerant Romam tempore Claudij principis: è quibus post toleratos fustes, eculum, ignes vngues, manuum præcisionem, Marthæ in Nympha necata, cæteri decollati, & cætera corporum eorum sunt omnia incensa & dissipata.

XII. CALENDAS FEBRUARII.

Die 21. Surius To. I. de ca.

Roma, natalis sanctæ Agnetis virginis & martyris, quæ tertio decimo ætatis suæ anno in vrbe Roma passa est. Hæc dum à scholis reuertitur, à Præfeci filio amatur. Cuius parentes dum requisisset, cœpit offerre plurima, & plura promittere. Denique detulerat secum preciosissima ornamenta, quæ à beata Agnete, veluti quædam stercora, sunt recusata: vnde factum est, vt iuuenis maiori perurgeretur stimulo, & putans eam meliora velle accipere ornamenta, omnem lapidem preciosum secum defert & gloriam: & per seipsum, & per notos ac affines, cœpit aures appellare virginis. Diuitias, domos, possessiones, familias, atque omnes mundi diuitias repromisit, si consensum suum eius coniunctioni non negaret. Sed cum beatissimam virginem inclinare nullis donis aut promissionibus posset, infans iuuenis amore capitur cæco, & inter angustias animi, & corporis, anhelo cruciatur spiritu. Inter hæc lecto prosternitur, & per alta suspiria amor à medicis aperitur. Fiunt nota patri, quæ fuerant inuenta à medicis, & eadem paterna voce quæ fuerant iam dicta à filio, ad petitionem virginis reuoluuntur. Abnegat Agnes beatissima, & se nullo pacto asserit prioris sponsi fidem violare. Tunc præfectus cœpit vehementer inquirere, quis esset, de cuius se Agnes potestate iactaret. Exstitit quidam qui diceret hanc Christianam esse ab infantia, & magicis artibus ita occupatam, vt dicat Christum sponsum suum. Audiens hæc præfectus Symphronius, lætus efficitur, & missa apparatione, cum ingenti strepitu, ius eam tribunalibus præcepit assisti. Quam cum nec blandimentis, nec terroribus posset ab statu sui propositi mouere, iussit eam nudari, & nudam ad lupanar duci, sub voce præconia dicentis: Agnem sacrilegam virginem, dijs blasphemiam inferentem, scortum lupanaribus traditam. Statim autem vt spoliata est, crine

S. Agnes desponsa sui Christi filio Dei.

SURIUS

q. bar. noner. RVIII 5

erine resoluta, tantam densitatem capillis eius gratia diuina concessit, vt melius eorum simbrijs videretur quam vestibus recta. Ingressa autem turpitudinis locum, Angelum illic Domini preparatum ita inuenit, vt circumdaret eam immenso lumine. Cumque se in oratione, Domino subtrauisset, apparuit ante oculos eius stola candidissima, & apprehendens eam induit se: Erat autem ad mensuram corpusculi eius, indumentum nimio candore conspicuum. Interea praefecti filius venit ad locum, credens se ludibrium exercere, & audacter ingressus, vidit tantum lumen circa eam: sed quia non dedit honorem Deo, cecidit in faciem suam, & praefocatus à diabolo expirauit. Hunc tamen virgo post paululum orando resuscitauit. Qui egressus foras, coepit clamare: Vnus Deus in caelo & in terra, & in mari, qui est Deus Christianorum. nam omnia templa vana sunt: dij qui coluntur vana sunt, & penitus nec sibi possunt aliquid, nec alijs praestare. Praefectus autem videns tanta mirabilia, obstupuit: sed veritus proseriptionem, si contra pontifices templorum ageret, qui seditionem populorum concitauerant, & Agnem contra sententias suas defenseret, Vicarium ad seditionem populi iudicem dereliquit. Ipse autem tristis abscessit, quòd eam post filij sui resurrectionem liberare non potuit. Vicarius verò Aspasius nomine, iussit in conspectu omnium ignem copiosum incendi, & in medio eam praecipit flammarum iactari. Quod dum fuisset impletum, statim in duas partes diuisa flamma, hinc atque illinc seditiosum populum exurebant. Beata autem Agnes, expandens manus suas ad Dominum in medio ignis, orationem fudit. Completa oratione, ita ignis omnis extinctus est, vt nec tepor quidem incendij remaneret. Tunc Aspasius seditionem populi, qui hoc non virtutibus diuinis, sed maleficijs deputabat, minime ferens: in guttur eius gladium mergi praecipit. Atque hoc exitu sanguinis sui rubore perfusam, Christus sibi sponfam & martyrem consecrauit. Parentes verò eius cum gaudio abstulerunt corpus eius, & posuerunt illud in praedio suo non longè ab Vrbe, via Numentana, vndecimo Calendas Februarij, vbi basilicam post aliquot annos, petente Constantia filia, Constantinus Augustus construxit. Fuerat enim obsessa à vulneribus, eadem Regina & virgo, & ad sepulcrum Agnetis sanata, ibique mausoleum sibi ipsa constituit. Passa est autem beata Agnes, sub praefecto vrbis Symphronio, Vicario eiusdem vr-

Angelum
habet cu-
rrode cor-
poris sui.

Ab igne nõ
laciditur.

Gladio iu-
gulatur.

Itè apud Athenas, natalis S. Publij, Athenarum Episcopi, qui princeps Insulae Militeri vel Militenae, cum nauigantem beatum Apostolum Paulum Romam sub custodia detentum, per triduum hospitio exceptum humanè tradidisset, vt beatus Lucas refert, patrem ipsius Publij contigit febribus & dysenteria iacere. Ad quem cum intrasset beatus Apostolus, & imposuisset illi manus, ac orasset, sanauit eum. Quem Publium adhaerentem sibi, beatus Apostolus postea ordinatum Episcopum, ad praedicandum direxit. Qui postmodum Atheniensium ecclesiam nobilitate rexit, & praclarus virtutibus, ac doctrina praefulgens, ob Christi fidem martyrio gloriose coronatur. Nam primus Dionysius, inde Publius iste, Athenis praefuit.

Act. 28.
De eo Eu-
seb. lib. 5.
cap. 11.

In Hispanijs ciuitate Tarracona, natalis sanctorum martyrum Fructuosi Episcopi, Augurij & Eulogij Diaconorum, qui tempore Galieni, sub Aemiliano praefide, primo in carcerem trusi, deinde flammis infecti, exustis vinculis, manibus in modum Crucis expansis, orantes vt vrentur, obrinuerunt. Et mox vnus è fratribus, & filia Praefidis quae adstabat, viderunt animas sanctorum, caelum conscendere coronatas.

de his vide
Prudentij
& Surlum
Tom. 1.

Trecas, passio sancti Patrocli martyris.

XI. CALENDAS FEBRUARIJ.

In Hispanijs, natale sancti Vincentij Leuitae & martyris. Qui cum sancto Valerio Episcopo suo à Casaraugusta ciuitate Valentiam vsque grauibus nexu catenis, iubente Daciano, perductus est. Ibi que fame & squalore carceris diu maceratus tormentis oculi, & vngularum horrenda laceratione vexatus, à grabato etiam ferreo diutissime vsulatus, aruine guttis, & crepitanti sale respersus est. Post hoc in terribilo carcere missus est, diuaticisque in neruo cruribus, super acutissima testarum fragmenta proiectus est. Vbi nocte lux ingens apparuit, & virtute Dei solutus martyr, inter Angelos, à quibus visitari meruit, hymnum canebat, ita vt ipse custos carceris crederet Christo. Mane autem facto cum iussisset eum Daci-

De Patro-
clo Surlum
Tom. 1.
Die 22.
De eo Surlum.

Feliciter
obit S. Vin-
centius.

anus in lecto molliſſimo reclinari, vt aliquantulum recreatus acrius denudò ro-
queretur, inſatigabilem ſpiritum Chriſto reddidit. Tunc Dacianus corpus eius in
campum proieci, & feris atque auiibus iuſſit exponi. Sed mox coruus diuinitus ad
custodiam eius datus, non ſolum alias aues arcebat, ſed mox & immanem lupum
à ſancto corpore repulit. Quod cum Daciano nunciatum eſſet, iuſſit eum in ſutum
culeo, in profundum maris cum grauiſſimo faxi pondere immergi. Sed prius vir-
tute Dei ſuper vndas innatans ad litus delatus, & arenis conditus eſt, quam remi-
ges portum tangere potuiſſent. Inde autem cum ſe ſanctus martyr cuiſdà fideli anui
reuelàſſet, ceſſante perſecutionis rabie, à Chriſtianis reuenter ſublatus, & in eccle-
ſia conditus eſt.

Martyriū
S. Anaſtaſii
cum ſocijs.

Ad aquas Saluias, natale ſancti Anaſtaſii martyris, & monachi de Perſide. Qui
poſt plurima tormenta carceris, verberum & vinculorum, quæ in Cæſarea Palæſti-
na perpeſſus fuerat, à Perſis poſtremò in Perſide multa pœna affectus, atque ad vl-
timum decollatus eſt à Rege eorum Chofroe cum alijs lxxl. Reliquiæ corporis ex
primò Hieroſolymis ad monaſterium ſuum, deindè Romam delatæ, venerantur
in monaſterio ad aquas Saluias.

Ipoſodie in Gallijs ciuitate Ebreduno, ſanctorum martyrum Vincentij, Orontij,
& Victoris.

Hunc alij
habent pri-
dictus de
cembris.

* Item natalis ſancti Pauli, quem beatus Apoſtolus ordinatum, vrbi Narbonæ
Epiſcopum miſit. Quem tradunt ipſum eundem eſſe, Sergium Paulum proconſu-
lem, virum prudentem, à quo tempore, Pauli ſortitus eſt nomen, quando cum fide
Apoſtolus ſubegerat Chriſti: Qui cum ab eodem ad Hispanias prædicandi gratia
mitteretur, apud præfatam vrbeſi Narbonam relictus, & prædicationis non legiti-
ter impleto miniſterio, clarus miraculis, coronatus ſepelitur.

X. CALENDAS FEBRUARI.

Die 23.
A. G. 6.

Philippis, beati Parmenæ qui fuit vnus de ſeptem primis Diaconibus, hic tradi-
tus gratiæ Dei à fratribus, iniunctum officium prædicationis, plena fide conſum-
mauit, atque martyrij gloriam adeptus, Philippis quæuit.

De ea Am-
broſ. in
paſſ. Agne-
tis.

Romæ, natalis S. Emerentianæ, virginis Chriſti & martyris, quæ erat collactanea
ſanctæ Agnetis: & dum oraret ad ſepulcrum eius, ac ſimul orantes à gentium laſi-
one defenderet, lapidata eſt ab eis.

In Mauritania, ciuitate Neocæſarea, natalis ſancti Seueriani & Aquilæ vxoris
eius, ignibus combuſtorum.

* Et alio loco, paſſio ſanctorum Eugenij, Macarij, & Peruluij.

IX. CALENDAS FEBRUARI.

Die 24.
De Timo-
theo Suri-
us Tom. I.

Natalis ſancti Timothei, diſcipuli beati Pauli Apoſtoli, qui apud Ephesum à
beato Apoſtolo Epiſcopus ordinatus, poſt multos pro Chriſto agones, dor-
miuit. Cuius corpus cum reliquijs beati Andreæ, & Lucæ, vigeſimo Conſtantijan-
no, Conſtantinopolim tranſlatum eſt.

Apud Antiochiam, S. Babylæ Epiſcopi & martyris, qui perſecutione Decij, poſte-
aquam frequenter paſſionibus ſuis & cruciatibus gloriſicauerat Deum, glorioſæ
vitæ ſinem ſortitus eſt in vinculis. De quo in decimo Eccleſiaſtica hiftoria libro,
grande narratur miraculum. Nam cum Iulianus Imperator, ad idolorum cultum
conuerſus, quodam tempore, Daphnis in ſuburbio Antiochiæ, iuxta fontē Caſtali-
um litaret Apollini, & nulla ex his, quæ querebat, reſponſa ſuſciperet, cauſasq; ſi-
lentij percontaretur à ſacerdotibus, reſponderunt, Babylæ martyris ſepulcrū pro-
pe aſſiſtere, & ideò reſponſa non reddi. Tunc ille venire Galilaos (hoc enim nomi-
ne noſtros appellare ſolitus erat) & auferre martyris ſepulcrum iubet. Mox igitur
Chriſtiani conuenientes, magna exultatione ſuccincti, ſuſtulerunt arcam marty-
ris, pſallentes in auribus prophani principis, per ſex millia paſſuum ſummis voci-
bus & cum exultatione dicentes. Confundantur omnes qui adorant ſculptilia, &
qui gloriantur in ſimulacris ſui.

Pſal 96.

Item in Neocæſarea ciuitate, natalis ſanctorum martyrum Mardonij, Muſonij,
Eugenij, & Metelli, qui omnes igni traditi ſunt, & reliquiæ eorum in Axum flui-
um diſperſæ.

VIII. CALENDAS FEBRUARI.

Die 25.
A. G. 9. 22.

Conuerſio ſancti Pauli. Eodem die, natalis ſancti Anania apud Damafcum, qui
beatum Paulum baptizauit.

Apud

SURIUS

q. bar
K. ober
RVIII
5

Apud Gabalensem ciuitatem, sancti Seueriani Episcopi, miranda sanctitatis & doctrinae viri.

Item natalis sancti Praeicti Auernensis Episcopi & martyris.

VII. CALENDAS FEBRUARII.

Apud Smyrnam, natalis S. Polycarpi Episcopi, qui beati Iohannis Apostoli discipulus, & ab eo Smyrnae Episcopus ordinatus, totius Asiae princeps fuit. Post eam vero regnante Marco Antonino, & Lucio Aurelio Commodus, quarta post Neronem, persecutione, Smyrnae sedente Proconsule, & vniuerso populo in se acclamationibus excitato, primum cōpellentibus & deprecantibus eum suis, ad vicinum locum semel & iterum succedit. Deinde comprehensus ab inquisitoribus, apponi eis mensam iubet, atque eis epulas largius ministrari. Hora vnius spatii ab eis orationis gratia impetrato: in stante hora progreditur. Cumque interrogaretur à proconsule, si ipse esset Polycarpus: se esse cōfiteretur. Ergo, inquit, habeto aetatis tuae reuerentiam, & parcens vltimae senectuti tuae, iura fortunae Caesaris, gerens de prioribus poenitentiam, & cōclama, tolle sacrilegos. Tunc Polycarpus, toruo vultu ad populum qui in stadio residebat, aspiciens, eleuata ad caelum dextera, cum gemitu proclamauit & dixit: Tolle sacrilegos. Sed insistente proconsule, & dicente, iura fortunae Caesaris, & dic in Christum conuicia, & ego dimitto te. Polycarpus ad haec dixit: Octoginta & sex annis seruius ei, & nihil me lesit vnquam, quomodo possum blasphemare Regem meum, qui salutem mihi dedit? Cumque rursus vehementius vrgeretur, vt fortunam Caesaris iuraret, ait: Si hanc iactantiam quaeritis, vt ego fortunam Caesaris iurem, & quis sim ignorare te simulas, cum omni libertate audi à me, quia Christianus sum. Replebatur igitur confidentia simul & laetitia, ita vt alacritatem vultus eius, responsionumque constantiam, proconsul maximo stupore miraretur. Misso igitur curione ad populum, iubet voce magna protestari, Polycarpum tertio confessum, Christianum se esse. Quo audito, vniuersa multitudo, tam gentilium quam Iudaeorum Smyrnenis ciuitatis, cum ingenti furore acclamabat: Hic est totius Asiae doctor, & pater Christianorum: nostrorum autem subuersor deorum. Ipse est qui multos docet ne immolent, ne adorent deos. Omnesque pariter conclamabant, vt Polycarpus viuus arderet. Oportebat enim visionem eius, quam de ardente ceruicali vidit, impleri. Viderat siquidem in visione, quod ceruical capitis sui flammis esset consumptum. Quae cum dicto citius gererentur, ipsis populis ligna, vel de balneis, vel de publicis quibusque locis, & fumenta congregantibus, praecipue Iudaeis ardentibus ad haec ex more feruentibus, cum omni velocitate extructus est rogos. Tunc depositis seniori indumentis, ac zona resoluta, calceamenta quoque pedibus tentabat educere, quae nunquam nisi à religiosis quibusque, fide & deuotione ipsis sibi mutuo praenentiibus, resoluti cōsueuerant. Ita namque in omni reliqua vita sua venerabiliter etiam ab omnibus colebatur. Vt ergo expedita sunt quae ad ignem pertinebant: cum eum vellent rogo impositum, etiam clavis stipiti affigere, ait: Sinite me. Qui enim dedit mihi ignis ferre supplicium, dabit vt & sine clauorum affixione, flammis immobiliter perferam. Tunc illi ommissis clavis, solis vti sunt vinculis: quibus post tergum manibus reuinctis, velut electus aries, & ex magno grege assumptus, acceptabile holocaustum omnipotenti oblatus est Deo. Orationemque vt compleuit, subiiciunt ignem homines ignis aeterni. Cumque flamma ingens reluxisset, viderunt miracula omnes, quibus ea Deus videre concessit. Flamma etenim in modum camerae, curuata specie, quasi velum naui vento sinuatum, supra corpus martyris stetit. Quod corpus in medio positum non erat vt caro ardens, sed tanquam si aurum aut argentum in fornace candesceret. Tunc praeterea odorem naribus circumstantes hauserunt, tanquam thuris incensi, vel preciosissimi fragrantis vnguenti. Ad vltimum videntes scelerum ministri, corpus igni non posse consumi, iusserunt propius accedere confectores, & corpus, cui ignis cesserat, mucrone transfodere. Quo facto, tam largus profusus est sanguis, vt restingueret rogum. Populus autem cum miraculi stupore discessit. Sed amulus totius boni, satis agere coepit, vt reliquias eius nemo ad sepulturam concederet: Iudaeis in hoc maxime instantibus. Vbi autem vidit centurio obstinatam Iudaeorum cōtentionem, positum in medio ipsum corpus exussit: & ita postmodum ambusta ossa, preciosissimis gemmis cariora, & omni auro probabiliora per ignem facta, à fratribus colliguntur, ac sicut conueniebat, ex more conduntur. Quo in loco praestante Domi-

De Praeicti
Surius
Tom. 1.
Die 26.
Vide Suri-
um To. 1.
de Polycar-
po.

Palam se
confitetur
Christia-
num.

Viso eius.

Ab igne non
laeditur.

Mucrone
confoditur.

SURIUS

qber
Kober
RVIII
5

298 MARTYR. ADONIS ARCHIEP. TREVIR.

no, solennes aguntur celebresq; conuentus. Cum eo etiam alij duodecim ex Philadelphiam venientes, apud praefatam urbem martyrio consummati sunt. Tunc etiam Germanicus, athleta Christi insignis, glorioso martyrij agone translatus est. Nam cum a Iudice damnatus fuisset ad bestias, vltro sibi praeparatam bestiam prouocauit: despiciens videlicet temporalem mortem, & coronam vitae aeternae veloci sine adipisci desiderans. Scripsit idem beatus Polycarpus ad Philippeas valde vtilem Epistolam, quae vsque hodie in Asia conuentu legitur.

Extat Epistola eius ad Philippenfis.

Eodem die, sanctorum martyrum Theogenis cum alijs triginta sex, qui contemnentes temporalem mortem, coronam vitae aeternae adepti sunt.

Item apud Bituricas ciuitatem, beati Sulpitij Episcopi & confessoris, cuius & vita & mors preciosa, gloriosis miraculis commendatur.

VI CALENDAS FEBRUARII.

Die 27. de lo. Chrysofomo Surius Tomo 1. Bobacensis Item de Paula.

Natalis sancti Iohannis Episcopi Constantinopolitani, qui Chrysofomus appellatur.

Item beati Marij Abbatis monasterij * Badonensis: cuius vitam plenam virtutibus, vir illustris ac Patrius Dinamius scribit.

Et apud Bethleem Iudae, dormitio S. Paulae, matris Eustochij virginis Christi. Quae cum esset ex nobilissimo senatorum genere, abrenunciens saeculo, & opibus suis in pauperes erogatis, Christi consecuta est paupertatem, & apud praefatum opidulum Dominica natiuitate gloriosum, monasterij virginis exitit mater. Huius vitam virtutibus admirandam sanctus Hieronymus scribens, testatur eam Iongo coronatam esse martyrio.

Ad Eustochium Epistolam 27.

V. CALENDAS FEBRUARII.

Die 28. De his 14. Decbris Tom. 6. Surius.

Natalis sanctae Agnetis secundae. Et in ciuitate Apollonia, Leucij, Tyrsi, & Calenici martyrum. Qui tempore Decij Imperatoris, sub praedictis Britio, Sylluano, & Bando, diuersis tormentorum generibus ex cruciati, primus & vltimus abfisione capitis, medius caelesti voce euocatus, spiritum reddentes, martyrium consummauerunt in Graecia.

Eodem die apud Alexandriam, beati Cyrilli Episcopi, qui catholicae fidei praeclarissimus extitit propugnator.

Item in monasterio Reomenfi, depositio sancti Iohannis presbyteri viri Dei.

III. CALENDAS FEBRUARII.

Die 29. De his 16. Ianuarij Tom. 1. Surius.

Roma: natalis Papiae & Mauri militum, tempore Diocletiani. Qui videntes constantiam Saturnini & Sisinnij martyrum, conuersi sunt ad fidem, statimque iussu est a Laodicio praefecto urbis, ut eorum ora quibus Christum confitebantur, lapidibus contunderentur, & retruderentur in carcerem, ubi baptizarent a beato Marcello Papa. Quos post duodecim dies eductos, iussit sterni in terram, & fustibus caedi: dein leuatos de terra plumbatis percuti donec expirarent. Quorum corpora colligens noctu Iohannes presbyter, sepeliuit via Numentana ad nymphas beati Petri, ubi ipse baptizabat. Scriptum est in gestis beati Marcelli Papae.

De Valerio Surius.

Eodem die Treuiris, depositio beati Valerij Episcopi, discipuli sancti Petri Apostoli.

III. CALENDAS FEBRUARII.

Die 30.

A pud Antiochiam, passio sancti Hippolyti martyris, qui Nouati schismate aliquid quantum deceptus, operante gratia Christi correctus, ad charitatem Ecclesiae redijt, pro qua & in qua, illustre martyrium postea consummauit.

De Matthia Euseb. li. 4. cap. 5.

Hierosolymis, beatissimi Matthiae Episcopi, de quo mira & plena fide gesta narrantur: qui multa pro Christo perpeffus, vltimo in pace vitam finiuit. Hic octauus post Iacobum rexit Ecclesiam.

Item beati Alexandri. Hic Deciana persecutione, pro confessione fidei, iudicijs sistitur, & vinculis carceris traditur. Quique cum longae aetatis veneranda canicie praefulgeret, postquam frequenter passionibus suis & cruciatibus glorificauerat Dominum, de vinculis ad tribunalia, & a tribunalibus reuocaretur ad vincula, inter ipsa vicissim sibi succedentia tormenta, bono fine quieuit.

Item natalis sanctae Aldegundae virginis.

PRIDIE CALENDAS FEBRUARII.

Die 31.

A pud Alexandriam, natalis sancti Methrani martyris, quem pagani correperunt,

prum, iubent impia verba proferre: quod illo recusante, omne corpus eius fustibus colliferunt, vultumq; & oculos acutis calamis terebrantes, extra urbem cum cruciatibus expulerunt, ibique, qui in eo supererat, spiritum, lapidibus eiecerunt.

S. Vigili
vitam huius
adiecimus
Tomo.

Item sanctorum Saturnini, Tyrsi, & Victoris.
Eodem die apud Tridentinam urbem, beati Vigili Episcopi & martyris.

MENSIS FEBRUARII HABET DIES XXVIII.
IN BISEXTILI VERO XXIX. LVNAM
VIGESIMAM NONAM.

CALENDIS FEBRUARII

ROMAE, natale sancti Ignatii Episcopi & martyris, qui tertius post Petrum Apostolum Antiochenam rexit Ecclesiam. Qui persecutione Traiani damnatus ad bestias Romam victus mittitur. Vbi praesente Traiano, & circumsedente Senatu, pilis plumbeis scapulae eius primum confusa, deinde ungulis latera eius dilaniata, & lapidibus asperis confrita. Qui post expansas manus eius & igni repletas, post paupero oleo infuso & incenso latera eius adusta, post carbones pavimento adspersos, ubi sanctae plantae illius steterunt, post lectum flammantem, post dorsum eius ungulis discissum & dilaceratum, post aceto & sale plagas eius perfusas, post vinculis ferreis beata membra illius adfricta, & pedes eius in imo carceris, ligno conclusos, ubi tribus diebus ac noctibus panem non comedens, & aquam non bibens permanfit. Sedente Traiano pro tribunali in amphitheatro, concurrente omni turba Romanorum, ligatus duobus obijcitur leonibus. Cum iam vir perfectus bestias rugientes audiret, ardore patienti ait: Viri Romani, qui hoc certamen spectatis, non sine causa laboravi, nec propter prauitatem haec patior, sed propter pietatem: frumentum Christi sum: dentibus bestiarum molar, ut panis mundus inueniar. Haec illo dicente, accurrerunt leones, & ex utraque parte super eum incidentes, praefocauerunt eum tantum modo, & non tetigerunt carnes eius, ut reliquiae tuitio essent Romanorum, & magna vrbis, in qua Petrus crucifixus est, & Paulus decollatus, ac Onesimus lapidatus. Passus est undecimo Traiani anno, consulatu Attici & Marcelli Calendis Februarii. Reliquiae eius a fratribus, qui eum usque ad martyrium deduxerunt, Antiochiam relatae, iacent extra portam Daphniticam, in coemeterio ecclesiae: ad sextum decimum Calendarum Ianuarii illuc delatae.

Dies.
De eo vide
Surium
Tomo I.

Obijcitur
leonibus
S. Ignatius

Apud Smyrnam, natalis sancti Pionii martyris, qui persecutione Antonini Veneri, post insuperabilem responsum constantiam, & squalorem carceris, ubi multos fratrum ad martyrii tolerantiam suis exhortationibus roborauit, ad ultimum cruciatibus multis vexatus, clavis confixus, & ardenti rogo superpositus, beatorum pro Christo finem vitae sortitus est. Passi sunt cum eo & alij quindecim.

Item de Pionio vide
Surium.

Eodem die Ephraem, Edessena Ecclesiae Diaconi.

Item apud Scotiam sanctae Brigidae virginis, cuius vita miraculis claruit. Quae cum lignum altaris in testimonium virginitatis suae terigisset viride factum est.

De Ephraem & Brigida Surium

Eodem die, sancti Pauli Episcopi ciuitatis Trecaesinae, cuius & vita virtutibus claruit, & mors preciosa miraculis commendatur.

III NONAS FEBRUARII

HYPANTE DOMINI. Apud Caesarem, beatissimi Cornelii centurionis, quem beatus Petrus baptizauit. Quique apud praefatam urbem, Episcopatus honore sublimatus, quiescit.

Die 2. Hypantur.

Aurelianis, depositio sancti Flosculi Episcopi, & sanctae Sihariae virginis, Deo sacrae ibidem.

Acto. 10. De Centurione Surius ex Metaphr. 13. Sep. Tomo 5.

Romae, sancti Amproniani martyris natale. Qui sub persecutione Maximiani Imperatoris cum praesentasset ad spectibus Laodici praefecti beatum Sisinnium Diaconum eductum de carcere, (Erat enim Commentariensis) & subito factam lucem de caelo vidisset, vocemque pariter haussisset, tremefactus cecidit ad pedes Sisinnii, dicens: Adiuro te per Christum, quem confiteris, ne tardes me baptizare, faciasque

De eo quae re. 16. Ianuarii Tomo I. in vita S. Marcelli.

300 MARTYROLOG. ADONIS ARCHIEP. TREVIR.
me pertingere tecum ad coronam. Quem beatus Sifinnius baptizatum ad confignandum sacro Chrismate Marcello Papæ obtulit. Quo præfes comperto, iussit eum capitalem subire sententiam. Perductus itaque via Salaria, miliario secundo, capite truncatus, martyri victor que decessit.

III. NONAS FEBRUARIJ.

Die 3. **I**N Africa beati Celerini diaconi & cōfessoris. Et sanctorum martyrum Celerinae auia eius, & Laurentini, & Ignatii. Quorum prior patruus, sequens auunculus ipsius fuit. De quorum omnium gloriolis laudibus extat beati Cypriani Epistolae, quæ de his inter cætera ita loquitur. Auia, inquit, eius Celerina martyri coronata est. Item patruus eius & auunculus Laurentinus & Ignatius, in castris & ipsi quodam secularibus militantes: sed veri & spirituales Dei milites, dum diaboli Christi cōfessione prosternunt, palmas Domini & coronas illustri passiōe meruerunt. Sacrificia pro eis semper (vt meministis) offerimus, quoties martyriū passiones & dies anniuersaria celebratione commemoramus. Non inuenio quem beatiorem magis dicam. Vtrumne illos de posteritate tam clara, an hūc de origine gloriosa.

Suriusex
Metaph.
de
co.

SURIUS

o ber
Nomen

RVIII

5

In Sebasten ciuitate, passio sancti Blasij Episcopi. Qui multorum patrator miculorum, sub præside Agricola, post diuinam cætionem, post carcerem, atque inde suspensionem in ligno, vbi pectinibus ferreis carnes eius disruptæ sunt, post iterum terribilium carcerem, post demersionem lacu, vnde superuadens saluus exiit, iubente iniquissimo iudice, capite ad extremum cum duobus pueris truncatur felicia Regna cum ipsis ingressus. Ipso autem adhuc agonizante, septem mulieres beatissimæ, quæ guttas sanguinis eius præterfluentes de beatissimis plagis corporis ipsius colligebant, deprehensæ quod essent Christianæ: post caminum ignis vbi plumbo superinfusæ sunt, post pectines ferreos, quibus carnes earum disruptæ, post æreas tunicas & candentes, nouissimè sententia data, percussæ gladio, datoque precio sanguinis, vitam mercantur æternam.

Septē muli
eres capite
cæduantur.

* Hamburgi, S. Anscari Episcopi & confessoris, Hamburgensis primi Episcopi, & Bremensis Archiepiscopi.

* Viennæ, S. Euentij Episcopi & confessoris.

PRIDIE NONAS FEBRUARIJ.

Die 4. **I**N ciuitate Aegypti, quæ appellatur Thamnis, passio beati Philæ, eiusdem vrbis Episcopi, & Philoromi tribuni militum Romanorum: cum quibus etiam innumera fidelium multitudo ex eadem vrbe, pastoris sui vestigia sequens persequutione Diocletiani, martyrio coronata est. Sedente namque pro tribunali, bus seuissimo præside, offeruntur innumeri fidelium populi. Quos ille singulos per ordinem confessos se Christianos, capite plecti iubet. Cumque certatim se & spontè confessione præmissa, gladio subijcerent, ille inhumanus & crudelis, nec multitudinis contemplantatione, nec virtutis eorum magnanimitate permotus nihilominus omnes cædi capite iubet. Verum hi constanter & fortiter cum lætitia & exultatione mortem præsentem velut æternæ vitæ principia rapiebant. Denique cum priores quinque iugularentur, reliqui non desidia, aut torpori animos indulgebant, sed psallentes & hymnos Deo decantantes, locum quisque sui martyrii expectabat, vt hæc agentes, etiam extremos spiritus in Dei laudibus exhalarent. O verè mirabilis & omni veneratione dignus grex ille beatorum, turma virorum fortium, corona splendoris gloriæ Christi. Hanc sanè coronam, preciosior lapis, & gemma nobilior adornabat, hanc turmam præibat doctor illustrior, hunc gregem pastor nobilior decorabat: Philæas huic nomen est, qui erat Episcopus vrbis ipsius. Hic nobilitatem primi generis, secundum animi virtutem de cælestibus trahebat: de terrenis verò, quantum ad seculum pertinet, primis in Romana Republica honoribus functus. Eruditione quoque liberalium literarum, & omnibus, quæ ad animi virtutem pertinent exercitijs, apprime eruditus. Hic cum plurimos propinquos & consanguineos nobiles viros in eadem vrbe haberet, frequenter ad præsidem ducebatur: eiusque monitis acquiescere, tot & tantis propinquis exorantibus, respectum habere vxoris, & contemplantationem suadebatur habere liberorum: neque in cepta præsumptione persistere. At illi velut si saxum immobile vnda allideretur, garrientium dicta respicere, animos ad cælum tendere, Deum in oculis habere, parentes & propinquos sanctos martyres & Apostolos, dicere. Aderat tunc quidam vir agens turmam

Eccle. hist.
lib. 2. ca. 10.

Innumeri
martyres
cōfessione
præmissa
capite ple
ctuntur.

S. Philæ
genus &
patria.

Cōstantia
cius.

turam militum Romanorum, Philoromus nomine, qui cum videret Philaam circumdarum lachrymis propinquorum, & praesidis, calliditate fatigari, nec tamen flecti aut infringi vilatenus posse, exclamat: Quid inaniter & superflue constantiam viri tentatis? Quid enim qui fidem Deo seruat, infidelem vultis efficeret? Quid enim cogitis negare Deum, ut hominibus acquiescat? Non videtis, quod aures eius vestra verba non audiunt, quod oculi eius vestras lachrymas non vident? Quomodo potest terrenis lachrymis flecti, cuius oculi caelestem gloriam contuentur? Post haec dicta, cunctorum ira in Philoromum versa, vnam eandem que sententiam, cum cum Philaam subire poscunt. Quibus libenter annuens in dextera, utrunque plecti capite iubet. Passi sunt hi beati martyres sub persecutione Diocletiana.

Philoromus
cum Philaam
capite caeditur.

NONIS FEBRUARII.

IN Sicilia ciuitate Catanensi, natale sanctae Agathae virginis & martyris, sub Quintiano proconsule, Imperatore Decio. Qui consularis vir Quintianus, cupiens multifaria intentione ad eam perfringere, quod esset nobilissimis ortu natalibus, fecit eam arctari, & cuidam matronae tradi, nomine Aphrodisia, qua habebat nouem filias turpissimas, ut mutaret animum eius. Quae videns mentem eius immobilem, post triginta dies abiit ad Quintianum, & dixit ei: Facilius possunt saxa molliri, & ferrum in plumbi mollitiem verti, quam ab intentione Christiana, mens istius puellae reuocetur. Iussit igitur eam Quintianus ad secretarium suum adduci, & sedens pro tribunali, beatissimam Agatham interrogat: Cuius conditionis es? Respondit: Non solum ingenua, sed ex spectabili genere, ut omnes parentela mea testatur. Cui dixit Quintianus: Si ingenua, probaris & nobilis, cur moribus ferilem personam te habere ostendis? Cui beata Agatha: Quia, inquit, ancilla Christi suum, ideo me ferilem habere ostendo personam. Cumque in confessione Christi, fortissimè quae fidei sunt prosequeretur, iussit eam Quintianus alapis caedi: deinde constantius Christum, praedicantem, iussit ad carcerem trahi. Agatha autem latissimè & glorianter ibat ad carcerem, & quasi ad epulas inuitata, ita gaudens agonem suum Deo precibus commendabat. Sequenti die iterum ad spectibus iudicis praesentatur. Quam iussit in euleo ingenti suspendi, & torqueri. Tunc post talia Agatha iudici respondit: Sicut qui videt quem diu deliderabat, aut sicut qui inuenit thesauros multos, ita & ego delector in his poenis corporalibus posita. Non enim potest triticum in horreo reponi nisi theca eius fortiter fuerit conculcata, & redacta in paleas: ita anima mea non potest in paradysum Dei intrare cum palma martyrii, nisi diligenter perfeceris corpus meum a carnificibus attrahere. Iussa est deinde beata Agatha in mamilla torqueri, quam diu tortam fecit impius iudex abscindi. Recipitur beata virgo iterum in carcerem, ubi neque panis, neque aqua ministraretur ei. Et ecce circa noctem mediam venit quidam senex, qui se medicum esse commemorabat, ferens diuersa medicamenta, quem antecesserat puer luminis portitor. Qui inter alia virgini dixit: Consideraui, inquit, & vidi, quia potest salutem tuam mamilla suscipere. Cumque illa verbis senis non praeberet assensum, putans quod carnalem veller ei adhibere medicinam, dixissetque seni inter alia, Habeo saluatorem Dominum Iesum Christum, qui verbo curat omnia, & sermone solo restaurat vniuersa: subridens senior, Et me, inquit, ipse misit ad te. Nam & ego Apostolus eius sum, & in nomine eius scias te esse saluandam. Et sic ab oculis eius sublatus est. Post quatuor dies iterum reducta ad Quintianum est. Qui testas acutas & carbones iussit spargi & illam nudo corpore supra eos volutari. Et ecce subito totus ille locus commotus est, & pars parietis cecidit, & oppressit duos, Consiliarium iudicis, & amicum eius. Quintianus igitur fugiens, quia ex vno latere terramotum, & ex altero latere seditionem populi formidabat, iterum iussit eam in carcerem recipi. Quae ingressa expandit manus suas ad Deum, & dixit: Domine qui me creasti, & custodisti ab infantia mea, & fecisti me in iuuentute viriliter agere, qui tulisti a me amorem seculi, qui corpus meum a pollutione separasti, qui me fecisti vincere tormenta carnificis, ferrum, ignem & vincula, qui mihi inter tormenta virtutem patientiae contulisti: te deprecor ut accipias spiritum meum modo, quia tempus est ut me iubeas istud seculum derelinquere, & ad tuam misericordiam peruenire. Haec dicens, beatum caelo misit spiritum. Cuius sacrum corpus auferentes populi Christiani, posuerunt

Die 4.
de casibus
metaph. T.
1. Surtij

Constant
animus

delectatur
poenis cor
poralibus:

Curatur
mamillae
ab Apost.

multis tor
mentis affe
cta, emittit
spiritum.

Epitaphium
eius Ange-
licum.

runt conditum aromatibus in sepulcro nouo. Cum autem collocaretur, venit quidam iuuenis sericis vestibus indutus, quem sequebantur amplius quam centum pueri albari, & pulchri: & introiit ad locum ubi condebatur corpus sanctæ virginis, & posuit tabulam breuem marmoream, ubi scriptum est, Mentem sanctam, spontaneam, honorem Deo & patriæ liberationem. Et tandiu ibi stetit, usque dum iuuenis, donec sepulcrum cum diligentia clauderetur. Erabscedens non est ulterius visus in tota prouincia Siculorum. Vnde non dubitandum quin Angelus Dei fuerit. Quintanus post hæc iter arripuit, ut facultates beatæ Agathæ inuestigaret, & ut teneret omnes de parentela eius: sed Dei iudicio, in medio flumine interijt.

Quintiani
interitus.

Viennæ, beati Auiti Episcopi & confessoris, cuius fide & industria, atque admirabili doctrina, tempore Gundobaldi Regis, ab infestatione Ariana hæreticos Gallicæ defensa sunt.

VIII. IDVS FEBRVARII.

Die 6.

De ea vide
Suriu To. 1.

Apu'd Cæsaream Cappadociæ, natalis sanctæ Dorotheæ virginis, quæ sub Aprilio, prouinciæ ipsius præside, primū eculci extensione vexata, dein palmis diuitiis in casa, ad vltimum capitali sententia punita est. Cumque egrediens de prætorio duceretur ad mortem, Theophilus quidam scholasticus, ait ad eam: Erit tibi sponsa Christi, mitte mihi mala de paradiso sponsi tui. Quæ statim promisit se esse missuram. Vbi ergo vêtum est ad locum in quo iugulanda erat, paulisper oratione facta, protulit orarium suum, & vocato ad se quodam puerulo annorum sex misit Theophilo dicens: Dicei, Dorothea ancilla Dei mittit tibi mala de paradiso sponsi sui Christi. Accipiens ille, & gratias agens quod petitionem eius impleret, cœpit sibi faciem tegere, miraque repente suauitate perfulsus est, ita, ut tota mente mutatus, cum grandi exultatione & clara voce sapius replicaret, Benedictū nomē Domini mei Iesu Christi. Ob quam confessionem mox & ipse tentus, ac suspensus in eculo, tāta crudelitate tortus est, ut omnes circumstantes horrescerent. Nouissimè cæso capite martyrium consummauit.

Conuersio
TheophiliIs capite
cæditur.

Eodē die, natalis S. Antholiani martyris, qui apud urbem Auernam martyrio coronatus est.

* Item eodem die, Vedasti & Amandi Episcoporum & confessorum.

Surius de
his Tom. 1.

VII. IDVS FEBRVARII.

Die 7.

Sozom li.
8. ca. 38. ec-
cle hist de.
Moysete.

In Britannijs ciuitate Augusta, natalis sancti Auguli Episcopi & martyris. Item S. Moysetis venerabilis Episcopi, qui primo quidem in eremo vitam solitariam ducens, meritis ac virtutibus & signis, quæ faciebat per illum Deus, magnificè innotuerat. Qui postmodum perente Mauuia Saracenorum Regina, Episcopus gentis illius factus, fidei catholicæ custodiuit intemerata confortia, & genti cui datus fuerat Episcopus, ex grandi parte ad fidem Christi conuertit. Sicque in pace, perfectus in virtutibus, quieuit.

VI. IDVS FEBRVARII.

Die 8.

De Cointha
Dionysius
Alex. Eccl.
hist. lib. 6.
cap. 34.

Apu'd Armeniam minorem, natalis sanctorum Dionysij, Acmiliani, & Sebastiani.

Eodem die, apud Alexandriam, natalis sanctæ Cointhæ martyris. Hanc pagani correptam ad idola perducentes, adorare cogebant. Quæ cum illa execrans recusa-
ret, vincula pedibus eius innectentes, & per plateas totius ciuitatis eam trahentes horrendo supplicio discerperunt.

Item depositio sanctæ Helenæ Reginæ.

V. IDVS FEBRVARII.

Die 9.

De S. Apol.
Suriu To. 1.

Alexandriæ, sanctæ Apolloniæ virginis, cui persecutores, omnes primum dentes excusserunt. Deinde cum minarentur, constructo ac succenso rogo, eam se viam incensuros, nisi cum eis impia verba proferret, illa paululum, quid ageret, intra semetipsam deliberans, repente se de manibus impiorum prorupit, & in ignem quem minabantur, spontè profluit.

IIII. IDVS FEBRVARII.

Die 10.

Vide de ea
in vita S. be-
nedicti 12.
Martij.

Romæ, natalis sanctorum martyrum Zotici, Irenæi, Hyacinthi & Amantij. * Item Scholasticæ virginis, sororis sancti Benedicti Abbatis, qui vidit animam eius in columbæ specie cælum penetrare.

Eodem die in Oriente, sanctæ Sotheris virginis, quæ grauitè & diutissimè a lapis

SURIUS

ad be-
nomen

RVIII

5

alapis cæsa, cum cætera quoque poenarum genera vicisset, gladio martyrium con-
summauit.

Item Romæ via Lauicana decem militum.

III. IDVS FEBRVARII.

A pud Viennam, sancti *Simplidis Episcopi & confessoris.

Item apud Alexandriam, depositio sanctæ *Euphrosyne virginis, quæ in ma-
nasterio, mira virtute abstinentiæ & miraculis claruit.

* Apud Lugdunum, natalis S. Desiderij Episcopi & martyris. Hic beatus vir pas-
sus est quidem in * Prisciniaco villa territorio Lugdunensi, decimo Calendas Iu-
nij. Translatus est autem Viennâ Episcopatus sui ciuitatem, tertio Idus Februarij.

PRIDIE IDVS FEBRVARII.

I N Hispanijs, ciuitate Barcinona, natalis S. Eulaliæ virginis & martyris, quæ passa
est tempore Diocletiani Imperatoris subprefecto Hispaniarum Daciano, quan-
dò sub eodem, apud Barcinonam sanctum Cucupharum, & apud Gerundam san-
ctum Felicem, gloriosas constat martyrij accepisse coronas. Scriptum est in passio-
ne S. Leochadiæ.

In Aphrica, passio sancti Damiani militis. Et eodem die Alexandriæ, Mōdesti,
& Ammonij infantum.

IDIVS FEBRVARII.

N atalis Gregorij Papæ II. qui rexit Ecclesiam annos xvj. Leonis & Constanti-
ni temporibus. Hic vir castus, in diuinis scripturis eruditus. Hic in Germania
per Bonifacium Episcopum, verbum salutis prædicauit. Hic quadragesimali tem-
pore, vt feria quinta ieiunium, & Missarum celebritas fieret, quod antea non age-
batur, instituit.

Apud Antiochiam, natalis S. Agabi prophetae, de quo beatus Lucas in Apосто-
licis actibus ita dicit: Conuerfantibus nobis Antiochiæ, surgens vnus ex Prophetis
nomine Agabus, significabat per spiritum, famem magnam, futuram in vniuerso
orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio. Et iterum: Cum beatus Paulus Hieroso-
lymam Pentecosten facturus pergeret, iamque Cæsaream venisset: Cum morare-
mur (inquit Lucas) Cæsareæ per dies aliquot, superuenit quidam vir à Iudæa prophe-
ta, nomine Agabus. Is cum venisset ad nos, tulit zonam Pauli, & alligans sibi pedes
& manus, dixit: Hæc dicit Spiritus sanctus. Virum cuius est zona hæc, sic alligabit
in Hierusalem Iudæi, & tradent in manus gentium.

Item in Melitena ciuitate Armeniæ, natalis sancti Polyeucti martyris, qui La-
tinè interpretatur multum orans.

XVI. CALENDAS MARTII.

R omæ, natalis sancti Valentini presbyteri, qui post multa sanitarum & doctri-
næ insignia, fustibus casus, & sic decollatus est, sub Claudio Cæsare.

Eodem die, natalis sancti Valentini Interamnenfis Episcopi, qui tentus à paga-
nis, ac virgis casus, & post diuinam eadem, custodiae mancipatus, cum superari nõ
posset, mediæ noctis silentio eiectus de carcere, decollatus est iussu furiosi Placidi,
vrbis præfecti. Tunc Proculus, Ephibus, & Apollonius discipuli eius, transferentes
corpus eius ad suam ecclesiam Interamne ciuitatis, noctu sepelierunt. Vbi cum quo-
tidianis vigilijs incubarent, tenti à gentilibus custodiae sunt traditi, consulare Leõ-
tio: quos ille iussit noctis medio, suis tribunalibus presentari. Et cum à fide reuoca-
ri nec blandimentis, nec minis possent, iussit capite cæui. Qui non longè sunt à cor-
pore S. Valentini sepulti.

Item apud Alexandriam, natalis sanctorum martyrum Bassi, Antonij, Protoli-
ci, qui in mare merfi sunt.

Item Cyrionis presbyteri, Moyses, Bassiani, & Agathonis exorcista. qui omnes
igne combusti sunt. Item Dionysij & Hammonij, decollatorum.

Eodem die Romæ, sanctorum martyrum Vitalis, Feliculae, & Zenonis.

XV. CALENDAS MARTII.

R omæ, Sancti Cratonis martyris, qui cum haberet filium Cherimonem nomi-
ne, scholasticum, qui inciderat in agridudinem grauissimam, cumque beato
Valentino Episcopo. Interamensi ad sanandum obtulisset sub tali conditione,
vt si puer sanaretur, ipse cum omni domo sua fieret Christianus: sanato puero,
quod promiserat impleuit, atque cum vxore & vniuersa domo baptizatus, non
multis

Die ii.
*al. Simpli-
dij
*al. Euphra-
sia.
* Pristinia
no.

Die 12.
Hæc Eula-
lia alia est
ab ea quæ
colitur in
Decembri.

Die 14.
de Gregor.
II. Pontif.
To. 3. Con-
ciliorum.

Act. 21.

Propheta
S. Agabi.

De Polye-
cto Surijs
9. Januarij
Tom. 1.

Die 14.
De Valenti-
no Surijs
Tomo 1.

decollatur
cum tribus
discipulis.

Die 15.
De Cratõe
vide gesta
Valentini
Interam.
To. 1. Surijs.

multis post diebus, martyrio est consummatus.
In Gallijs, ciuitate Vasionensi, depositio sancti Quinidij Episcopi, cuius mortem
in conspectu Domini preciosam miracula crebra testantur.
Item beati Seueri presbyteri & confessoris, cuius meminit in Dialogo beatus
Gregorius.

Libr. 1. cap.
vlt.

de his fu-
sus Surius
Tomo. 1.

12. millia
hominum
capite plectu-
tur.

S. Caloce-
rus decol-
latur.

12. sanctus
Secundus.

Nouissimè
SS. Faustini
& Iouitta.

Diero.
de eo Suri-
us ex meta-
phra. T. 1.

SURIUS

ad
vlt.
vlt.
5

Brixia, natale sanctorum martyrum Faustini & Iouitta. Qui nobili progenie in
ciuitate Brixana sunt orti. Nam parentes eorum in prædicta ciuitate caput Sena-
tus fuerunt. Iubente Adriano Imperatore, à quodam Italico comite Rhetiarum
in iam dicta vrbe compræhensi, & in carcerem sunt reclusi. Postea vero Adria-
no iubente, post multa & diuersa tormenta, traditi sunt ad dilacerandum imma-
nissimis feris, id est leonibus, leopardis, vrsis, atque superbissimi tauris. Sed ipse
feræ, Domino mitigante, velut agni in mansuetudinem sanctis Dei cõuerse sunt,
ita vt ipsorum pedibus prostrata, eorum vestigia lingerent, inimicos autem Dei
vna cum ipso Italico, facto impetu interficerent. Nouissimè autem in eulco
alligati, & in igne missi, positi sunt super ollam aeneam, in qua hinc inde plumbum
liquebatur. Sed ipse ignis nihil sanctos Dei nocuit, inimicos verò illorum, quot
quot attingere potuit, vna cum Pompeio fratre Adriani exussit. Quo viso sanctus
Calocerus, qui tunc curam Palatii habebat, credidit cum officio suo ad duode-
cim millia hominum. Vnde iratus Adrianus ipsis omnibus, excepto Calocero, ca-
pita amputari iussit. Deinde ad monentibus sanctis Angelis, beatus Apollonius
Brixienfis ecclesie Episcopus sanctum Faustinum consecrauit presbyterum, & bea-
rum Iouittam diaconem ordinauit. Post hoc autem iubente Adriano, beatus
Faustinus & Iouitta vna cum sancto Calocero, vincti ferro Mediolanum ducti
sunt. In qua ciuitate Adrianus plumbum fervescent & liquefcent per fistulas in o-
ra ipsorum trium mitti præcepit. Sed nihil sanctos Dei nocuit. Insuper & oculos
beatorum Faustini & Iouittæ iussit auferri. Sed altera die eis oculos Dominus resti-
tuere dignatus est. Deinde traditi sunt ipsi tres suauissimis bestijs, id est tygris, vr-
sis, atque superbissimis tauris, sed ipse feræ sicut priores, Domino operante, sanctis
Dei in mansuetudinem conuersæ sunt, ex paganis autem maximam multitudinẽ
interfecerunt. Post hæc & alia tormenta, iussit Adrianus euidam Sapritio primi-
cerio scholæ candidatorum: vt beatum Calocerum in Ambinganum ciuitatem
duceret, & ibi eum puniret, si non præceptis eius obtemperaret. Nam ibi amputa-
tione capitis post multa tormenta martyr Christi effectus, multo tempore quieuit
Quanus postea Angilbertus Archiepiscopus Mediolanensis eum inde transfule-
rit, & in suæ Diocesis monasterio, quod vocatur Clauate, summa cum diligentia
& honore collocare curauerit. Ipse verò beatus Calocerus cum in custodiam Am-
binganum iret, deuenit in ciuitatem Astensem, & ibi inuenit illustrem virum ip-
sius ciuitatis nomine, Secundum. Et cum eidem Secundo Christum prædicaret, &
multa de beato Faustino & Iouitta diceret, qualiter Mediolani pro Christi nomi-
ne plurima passi in vinculis detinerentur, credidit ipse, & summa cum festinatio-
ne venit Mediolanum, & à sanctis Faustino & Iouitta baptizatus in ciuitatem suam
reuersus est, & ibi amputato capite à prædicto Sapritio, Christi martyr effectus est.
Post hoc sancti martyres Faustinus & Iouitta, vincti sub custodia cuiusdam Anti-
ochi præsidis Romam ducti sunt, & ibi diuersis pœnis afflicti, multos ad fidem con-
uerterunt plurima per eos Domino faciente miracula. Ibi etiam inuenerunt san-
ctum Euaristum vrbs Romæ Episcopum, inter sepulcra martyrum latitantem,
quem rogauerunt, vt faceret beatum Calimerum, qui per eorum prædicationem,
inter plurimos Romanos credidit, in Meoiolanensi ciuitate Episcopum. Quo fa-
cto, iterum sub custodia Aureliani comitis ducti sunt Neapolim, & ibi multa ac va-
ria tormenta perpeffi, plurimis miraculorum ostensis, Domino iuuante, multos
ad fidem conuerterunt. Postea verò manibus pedibusque ligatis, in mare demersi
& ab Angelis Dei liberati, & ad litus deducti sunt. Nouissimè autem iussu Adriani
Imperatoris, Brixiam reducti sunt: & ibi à præfato Arliano, post multa iterum tor-
menta, amputatis capitibus, Christi martyres effecti sunt.

XIII. CALENDAS MARTII.

Romæ, natale S. Onesimi, de quo beatus Apostolus Philemoni familiares lre-
ras mittit. Obscuro (inquiens) te de meo filio, quem genui in vinculis Onesi-
mo,

mo, qui tibi aliquandò inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi utilis, quem remisi. Tu autem illum ut viscera mea suscipe. Quem beatus idem Apostolus Episcopus ordinans, prædicationisque verbum ei committens, apud Ephesorum ciuitatem reliquit: cui Episcopus post beatum Timotheum & ipse refedit. De quo & beatus Ignatius, Ephesius scribens Epistolam, ita dicit: Quoniam ego suscepi multitudinem vestram in nomine Domini, in Onesimo dilecto præceptore nostro, vestro autem Episcopo, obsecro eum secundum Christum Iesum diligere vos, & vos omnes in concordia eius in ipso esse. Benedictus enim Deus qui vobis talibus talè Episcopum donauit habere in Christo. Hic Romam perductus, atque ibi pro fide Christi lapidatus, sepultus est Christi martyr primùm ibi, deinde ad loca, vbi fuerat ordinatus Episcopus, corpus eius delatum est.

Et in Cumis, natale sanctæ Iulianæ virginis, quæ tempore Maximiani Imperatoris, primò à suo patre Aphricano cæsa, & grauius cruciata, deinde & à præfecto Eolasio, quem sponsum habuerat, nuda virgine cæsa, & à capillis suspensa, & plumbo soluto, à capite perfusa, ac rursùm in carcerem recepta, vbi palam cum diabolo conflitit: & rursùm euocata, rotarum tormenta, flammæ ignium, ollam feruètem superauit, ac decollatione capitis martyrium consummauit. Quæ passa est quidem in Nicomedia, sed post paucum tempus Deo disponente, in Campaniam translata.

Eodem die apud Aegyptum, Iuliani, cum alijs, numero quinque millibus.

XIII. CALENDAS MARTII.

IN Perside, ciuitate Babylonia, natalis beati Polychronij, Babylonie, & Ethesifon. Die 17.
tis Episcopi, qui præfente Decio persecutore, os lapidibus cæsus, manibus extensis, oculos ad caelum cleuans, emisit spiritum. Scriptum est in passione sancti Laurentij

XII. CALENDAS MARTII.

Hierosolymis, beati Simeonis Episcopi & martyris, qui traditur propinquus Saluatoris secundum carnem fuisse: constat tamè quia Cleophas, cuius filius iste fuit, frater erat Ioseph. Die 18. Greg. Tur. l. 1. hist.

Eodem die, sanctorum martyrum Claudij & vxoris eius Præpedignæ, ac filiorum Alexandri & Cutiæ, & fratris Claudij beati Maximi: qui cum essent præclarissimi generis, agente fratre eorum Gabynio presbytero, baptizati sunt à beato Caio Pontifice Romano, & postmodum tenti sunt iubente Diocletiano, à iudice impio Iulio. Et Claudius quidem, cum vxore sua & filijs, deportatus est in exilium: Deinde incendio concremati, odoriferum sacrificium martyrij Deo reddiderunt, ac sic postmodum apud Hostiam in mare iactati sunt, quorùm reliquias perquisitas, iuxta ciuitatem sepelierunt. De his in gestis Susannæ To. 4.

XI. CALENDAS MARTII.

Romæ sancti Gabini presbyteri, patris beatissimæ Susannæ: qui à Diocletiano diu in custodia vinculis afflictus, preciosa morte cæli gaudia comparauit. Die 19. de Gabino similiter in vita Susannæ 11. Augusti. Deut. 20.

Item sancti Theodori martyris, fratris S. Georgij.

X. CALENDAS MARTII.

Apod Tyrum, quæ est vrbs maxima Phœnicis, beatorum martyrum, quorum numerum solius Dei scientia colligit: quos, iubente Diocletiano, Veturius magister militiæ diuersis tormentorum generibus, sibi inuicem succedentibus, occidit. Primò flagris per omne corpus martyres Dei dilaniabatur, post hæc tradebantur ad bestias: adhibebantur leones, vrsi, pardi, atque omne ferarum genus. Apri quoquè, sed & tauri, quibus ferro & igni feritas addebatur. Statuuntur denique Dei cultores, nudatis membris, in medio arenæ loco, & bestia intra caueas incitata, feuioreque in semetipsis effectæ, proruunt è claustris, replent subito stadium, circumdant ecclesiam martyrum in medio sitam: Circumeunt sæpius, & oblustrant, ac diuinæ virtutis adesse eis custodiam sentientes, procul ab eorum corporibus abscedunt. Sed ilicò furor qui reprimebatur in belluis, transit in homines: Gladijs ergò peragunt quod bestijs nequieverunt, & ut in omnibus ostenderent se belluis esse nequiores, prohibebant etiam cadauera mandari terræ, sed iubebant fluctibus dari. Horum gloriosissimam multitudinem, cælique exercitum, ducebant & incirabant ad victoriam, beatissimi Episcopi Tyrannio & Syluanus, qui paruo tempore interposito, bestiarum moribus martyrium compleuerunt: & Polenus atque Linus Episcopi, qui igne cum plurimis clericis consumpti sunt. Zenobius quoque, Euseb. li. 8. ca. 7. & 25. de ipsis. Gladijs occiduntur. + al. Pelus atq; Nilus.

cc que,

De Gall. Surtius 16. Octobris.

que venerabilis presbyter capite caesus. Item in Alemania, beati Galli Abbatis, mira sanctitatis viri, discipuli sancti Columbani Abbatis.

IX. CALENDAS MARTII.

Die 21.

A pud Siciliam, sanctorum martyrum septuaginta nouem, qui sub Diocletiano per diuersa tormenta, confessionis suae coronam, a Christo sibi paratam, percipere meruerunt.

VIII. CALENDAS MARTII.

Die 22.

A pud Antiochiam, Cathedra sancti Petri. Eodem die apud Alexandriam, S. Abilij Episcopi, qui post beatum Marcum secundus Episcopus, tredecim annos sacerdotium ministravit. Apud Hierapolim, sancti Papię Episcopi, auditoris Iohannis Apostoli. Item beati Aristionis, qui fuit vnus de septuaginta duobus Christi discipulis. Viennę, sancti Paschalis confessoris atq; pontificis, admirandę sanctitatis viri.

VII. CALENDAS MARTII.

Die 23. * al. Syncreti.

A pud Syrmium, beati Syreni monachi, qui cum tempore Maximiani Imperatoris, vnus ex domesticis eius vxorem, hora incongrua in horto, quem ipse sibi excolebat, deambulantem, acrius increpando repulisset: iubente Maximiano tentus, & Christianum se esse confessus, capite caesus est. Item aliorum sexaginta duorum, qui ibidem passi sunt.

Scribitur fusc in gestis S. Sebastiani Tom. 1.

Ipsodie, sancti Polycarpi presbyteri & confessoris, qui cum beato Sebastiano plurimos ad fidem Christi conuertit, atque ad martyrij gloriam exhortando perduxit.

VI. CALENDAS MARTII.

Die 24. Act. 1.

N atalis sancti Mathie Apostoli, qui post ascensionem Domini a beatis Apostolis forte electus, atque in locum Iudae proditoris subrogatus, apud Iudaeam Euangelium Christi praedicauit.

De his omnibus fuscus 4. Calend. Septembris Tom. 4.

Apud Hierosolymam, Inuentio capitis praecursoris Domini, tempore Martiani Principis, quando isdem praecursor duobus monachis, vbi idem caput eius celatum iaceret, reuelauit. Constat autem quia imminente festiuitate paschali fuerit, sicut in Euangelio apparet, decollatus: Et anno post hunc sequente cum denuo tempus paschale redisset, mysterium Dominicae passionis esse completum. Et propterea quod in libro sacramentorum natale eius iij. Calend. Septembris notatum est, & in martyrologio, quod Eusebij & Hieronymi vocabulis insignitum est, legitur. iij. Calend. Septembris in Edissa ciuitate, Phoenice prouincia natale sancti Iohannis Baptistae die quo decollatus est, non specialiter ipsum diem decollationis eius, sed diem potius, quo caput eius in eadem Edissa ciuitate repertum, atque in ecclesia est conditum, designatur. Siquidem duo monachi orientales venerant adorare Hierosolymis, & loca sancta videre. Quibus per reuelationem assistens idem praecursor Domini praecipit, vt ad Herodis quondam Regis habitaculum accedentes, caput suum ibi requirerent, & inuentum digno honore recondere. Quod ab eis inuentum & assumptum, sed non multo post culpa incuriae perditum, perlatum est Edissam ab illis, & in quodam specu, & in vrna sub terra non pauco tempore ignobilitate reconditum, donec denuo sese suumque caput ostendit Marcello cuidam religioso presbytero & monacho, dum in eodem specu habitaret. Ex quo tempore coepit in eadem ciuitate beati praecursoris decollatio ipso die, quo caput eius inuentum siue eleuatum est, celebrari.

Die 25.

Item apud Casaream Cappadociae, natalis beati Sergij martyris, cuius gesta praclarissima habentur.

V. CALENDAS MARTII.

Hi sancti variis penis interimuntur.

A pud Aegyptum, natale sanctorum Victorini, Victoris, Nicophori, Claudiani, Diocori, Serapionis, & Papię, sub Numeriano Imperatore, agente Sabino duce. Quorum primus in pilam ex robore cauum, & vndique circumforatam missus, & per singula foramina diutissime transpunctus est. Cumque nimis sanguis efflueret, eductus e pilam capite caesus est. Secundus manibus ac pedibus amputatis, in eandem pilam missus, prioris tormenta sustinuit, & nouissime gladio caesus est. Tertius cum vltro in pilam fuisset ingressus, indignatus iudex iussit eum inde produci, & super craticulam prunis substratam aliquantisper affari & inuerti.

SURIUS

gber
Nobis

RVIII
5

inuerti. Cumque in confessione persisteret, sublatus inde, minutatim gladio confisus, spiritum reddidit. Reliquorum quatuor, Claudianus & Dioscorus flammis incensi, Serapion & Papias gladio consumati sunt.

III. CALENDAS MARTII.

In ciuitate Pergen Pamphiliæ, natale beati Nestoris Episcopi. Qui persecutio-
ne Decij, cum die noctuque orationi insisteret, postulans vt grex Christi custo-
diretur, comprehensus à quodam Irenargo, qui erat princeps curiæ ciuitatis, ve-
lut aries sine macula oblatum est præfidi Polioni. Et cum nomen Christi mira li-
bertate & alacritate confiteretur, deos autem gentium dæmonia pessima esse me-
moraret, & iustus ab eodem præfide suspendi in eculeo, & crudelissimè torque-
ri, lætus psallebat, dicens: Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus
eius in ore meo. Præfides verò stupens super tanta tolerantia, & volens eum blan-
dis verbis à fide reuocare, dixit ei: Vis esse nobiscum, aut cum Christo tuo? Cui
sanctus Nestor cum magno gaudio respondit, dicens: Cum Christo meo & eram,
& sum, & ero. Tunc indignatus Præfides dedit aduersus eum sententiam, vt qui
Iesum Crucifixum sub Pontio Pilato fateretur, tanquam deuotus Deo suo, illius
subiret sententiam, & ligno crucifixus resolveretur à vita. Ille gratias agens Deo,
cum iam affixus esset paribulo, docebat assistentem populum Christianum, vt per-
sisteret in fide & charitate Christi, & libentissimè compaterentur, vt & simul glo-
rificarentur. Post hæc petens omnem adstantem turbam fidelium, vt genua fle-
ctentes orarent cum ipso: cum complexerit orationem, & dixissent omnes, A-
men, reddidit spiritum. Consummauit autem martyrium quinta sabbati, hora
tertia.

Die 26.
De Nesto-
re fufius
Surius To-
mo 1.

Pfal. 33.

S. Nestor
more chri-
sti crucifi-
gitur.

Eodem die, beati Alexandri, Alexandrinæ ciuitatis Episcopi, gloriosi senis, qui
post beatum Petrum, Arium presbyterum suum, hæretica impietate deprauatum,
& diuinam veritate conuictum, de Ecclesia eiecit: & postea, inter trecentos decem
& octo patres, eundem in Niceno concilio damnauit.

De eodem
lib. Eccl.
hist. 10. ca.
1. & Rufin.
lib. 1. ca. 1.

III. CALENDAS MARTII.

A pud Hispaniam, ciuitate Hispali, sancti Leandri Episcopi & Confessoris, ad
quem beatus Gregorius libros Moralium scribit, cuius prædicatione & in-
dustria, tota Gothorum gens per Recharedum Regem ab Ariana impietate con-
uerfa est. Quinetiam fratrem eius Erminigildum Regem, viuente adhuc patre hæ-
retico, ab eadem Ariana hæresi ad Catholicam fidem correxeratque vsque ad glo-
riosam martyrij passionem suis exhortationibus perduxit.

Die 27.
De eocreg.
in initio
Moralium.

Item eodem die in Alexandria, natalis sancti Iuliani martyris, qui cum ita poda-
gra constrictus esset, vt neque incedere, neque stare posset, cum his qui eum in sel-
lula portabant, iudici offertur: quorum vnus quidem statim negauit, alter nomi-
ne Eunus, cum Iuliano sene in Domini confessione perdurat. Quique iubentur ca-
melis impositi, per totam circumduci urbem, & flagris, hinc inde inspectante popu-
lo, laniari, vsquequò finem ipsis verberibus fortirentur.

De eo Dio-
nyf. Alex-
and. apud
Euseb. lib.
6. cap. 34.

Item apud Lugdunum, sancti Baldomeri viri Dei, cuius sepulcrum crebris mi-
raculis illustratur.

PRIDIE CALENDAS MARTII.

In territorio Lugdunensi locis * virentibus, beati Romani Abbatis, qui pri-
mus illic vitam eremiticam duxit, & multis virtutibus ac miraculis clarus,
plurimorum postea pater extitit monachorum. Vene-
rabile corpus eius situm est in finibus
Vesuntionum.

Die 28.
* Virenti-
bus De eo
Surius To-
mo 1.

MAR-

MARTIVS HABET DIES XXXI.
LVNAM TRICESIMAM.
CALENDIS MARTII.

Die 1.
De his fu-
sus in Vita
S. Valeriani
Presbyte-
ri, To. 1. 14.
Februarii.

De Suiuib.
Surius T. 2.

Die 2.

Die 3.
De his Suri-
us ex Pru-
dentio.

De his Su-
rius ex Eu-
sebio, Eccl.
Hist. lib. 7.
cap. 14.

Act. 5.

Die 4.
Pontifica-
le cap. 23.

Die 5.
Surius ex
Turon. de
eo, To. 2.
Iste Pho-
cas alij est
ab eo, cui
mentio fit
22. Septeb.
Die 6.



ROMA E, sanctorum martyrum ducentorum sexaginta, se-
poribus Claudij, qui via Salaria arenam fodientes, damna-
ti sunt pro Christi nomine, quos iussit Claudius vt in figli-
na foris muros portæ Salariae mitteretur, & eo loco inclusi,
in ciuitatis amphitheatro militum sagittis interficerentur.
* Eodem die Suiuiberti Episcopi & confessoris.

VI. NONAS MARTII.

Roma, Simplicij Papæ, qui sedit annis quindecim. Hic
Acacium Constantinopolitanum Episcopum, & Pe-
trum Alexandrinum Episcopum Eutychianos damnauit.

Item Roma via Latina, sanctorum martyrum Iouini & Basilei, qui passi sunt sub
Galieno & Valeriano Imperatoribus.

Eodem die, martyrum plurimorum, sub Alexandro Imperatore passorum, quos
diu cruciatos, im pius Alexander capitali sententia in extremo damnauit.

V. NONAS MARTII.

Natalis sanctorum martyrum Hemiterij & Chelidonij, qui primum apud Le-
ngionensem Galaciæ ciuitatem milites, exurgente persecutionis procella, pro
confessione nominis Christi plurimis afflicti tormentis, Calagurrim vsq; perdu-
cti, atque ibi martyrio coronati sunt. Cumque capita lictores inciderent, miraculū
populis magnum apparuit. Nam vnus annulus, orariumque alterius nubes succo-
pum, & in calos euectum est. Viderunt hæc omnes qui aderant, & vsquequod acies
oculorum intendere potuit, fulgorem auri, candoremque lintei, attonito sequebā-
tur intuitu. Scribit autem hæc Aurelius Clemens in libro Coronatorum.

Apud Cæsaream Palæstinae, sanctorum martyrum, Marini militis, & Asterij se-
natoris, sub persecutione Valeriani: quorum prior, cum accusatus fuisset à commi-
litionibus, quod Christianus esset, & interrogatus à Iudice, Christianum se esse cla-
rissima voce testaretur, tres illi horæ ad deliberandum indulgæ sunt. Cumque à tri-
bunalibus fuisset egressus, à beato Theoteco, eiusdem vrbs Episcopo, plurimum
in fide confortatus, repetens continuò tribunal Iudicis, cōfidentissimè respondit:
Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Licet martyrij coronam, capitis abscis-
sione suscepit. Cumque præfatus Asterius capite truncatum martyris corpus
subiectis humeris & substrata veste qua induebatur exciperet, honorè quem mar-
tyri detulit, continuò ipse martyr accepit. Scriptum est in historia Ecclesiastica li-
bro septimo.

III. NONAS MARTII.

Natalis sancti Lucij Papæ & martyris, qui persecutione Valeriani & Gallieni,
nobis fidem Christi exilio relegatus, & postmodum diuino nutu ad Ecclesiam
suam redire permixsus, martyrium capitis obtruacatione compleuit. Positus via
Appia ad sanctum Sixtum. Hic præcepit, vt duo presbyteri & tres diaconi in omni
loco Episcopum nō desererent, propter testimonium ecclesiasticum. Sedit autem
in Episcopatu annos tres, menses tres atque dies tres.

Item Roma via Appia, sanctorum martyrum nongentorum, qui positi sunt in
cœmeterio ad sanctam Caciliam.

Eodem die sancti Caij, Palatini, in mare mersi.

III. NONAS MARTII.

A pud Antiochiam, passio sancti Phocæ martyris, qui post multas, quas pro no-
mine redemptoris est passus iniurias, qualiter de antiquo illo serpente trium-
phauerit, hodiè quoque populis declaratur. Denique si in quempiam in his locis
coluber morsum stringēs, venena diffuderit, extemplo qui percussus est, vt ianuam
basilicæ martyris credens attigerit, euacuata virtute veneni, saluatur.

Item ipso die, sancti Eusebij Palatini, & aliorum nouem martyrum.

PRIDIE NONAS MARTII.

Nicomediæ, natalis sanctorum Victoris & Victorini, qui per triennium cum
Claudio.

SURIUS

g. des
Kobler
RVIII
5

Claudiano, & Bassa vxore eius, tormentis afflicti & retrusi in carcerem, ibidem vitæ suæ cursum impleuerant.

NONIS MARTII

IN Mauritania ciuitate Thuburbanorū, natale sanctatū Perpetuæ & Felicitatis martyrum, & cum eis Reuocati, Saturnini, & Secundoli, quorū vltimus in carcere quieuit. Reliqui omnes ad bestias traditi, sub Seuero principe, die natalis eius. Quisq; dum adhuc feruaretur in carcere, & Felicitas parturiret, omnium sanctorum precibus impetratū est, vt octauo mense pareret. Iam verò Perpetuæ inter alia concessum est, vt eius mens quoquo modo auerteretur à corpore, in quo vacca impetum pertulit, ita vt adhuc futurum expectaret, quod in se iam gestum esse nesciret.

Die 7.
De his Pof
silius in
Indiculo.

A pud Carthaginem, sancti Pontij, diaconi beati Cypriani Episcopi, qui vsq; ad diem Passionis eius cū ipso exiliū sustinens, egregiū volumen vitæ & passionis reliquit, atq; Dominū in passionibus suis semper glorificās, coronā vitæ promeruit.

Die 8.
Hieron. de
viris illust.
cap. 78.

VII. IDVS MARTII

A pud Nyssenam ciuitatem, S. Gregorij Episcopi, fratris beati Basilij Cæsarensis, viri doctissimi & eloquentissimi. Apud Parcinonam, S. Paciani Episcopi, tam vitā quā sermonem clari, qui optima senectute mortuus est Theodosij principis tempore.

Die 9.
Hier. de vi
ris illust.
cap. 138. &
116.

VI. IDVS MARTII

Natalis sanctorum martyrum, Alexandri & Caij de Eumenia, qui apud Apami-
ris Hierapolitanus Episcopus, in libro aduersum Cataphrygas. In Perside, natalis sanctorum martyrum numero quadraginta duorum.

Die 10.
Euseb. li. 5.
cap. 15. Ruf
sius 16.

V. IDVS MARTII

A pud Sebasten Armeniæ minoris, natalis quadraginta militū, tempore Licinij Regis, sub præside Agricolao. Qui post vincula & carceris creberrimos, post cæfas lapidibus facies, missi sunt in stagnum, vbi gelu cōstricta corpora eorū nocte dirumpebantur. Vnus autem de numero quadraginta, effectus pusillanimitatis, refugit ad balneum: & mox vt attingit calorem, statim resolutus reddidit spiritum. Quod videntes cæteri, in laudes omnipotentis Dei, sancti Spiritus gratia confortati, eruperunt. Et circa horam tertiam noctis respendit velut sol lumen feruens, & glacies dissoluta est. Porro qui eos custodiebant somno grauabatur, clauicularius tantum solus vigilabat. Qui audiens eos orantes, vidensq; tantam lucem, atq; glaciem dissolutā, respiciens vnde eorū lux ipsa veniret, vidit super sanctos coronas descendentes numero trigintanouem. Cœpitq; cogitare secum, dicens: Quadraginta sunt, vnus corona vbi est? Expergefaciens itaque reliquos custodes, proiecit vestimenta sua in facies eorum, & exiliuit in stagnum, clamās & dicens: Christianus sum, Christianus sum. Manē autem factō, impijssimi tyranni satellites inuenerunt clauicularium ipsum connumeratum martyribus, vnde vnus ceciderat. Cumq; verē fidem eum reperissent, eosdemq; omnes traxissent ad litus, baculis crura eorū confrigerunt, atq; ita crucifragio martyriū consummauerunt. Nomina verò horum martyrum hæc sunt: Domitianus, Eunoicus, Sifinnius, Eraclius, Alexander, Iohannes, Claudius, Athanasius, Valēs, Helianus, Meliton, Heditius, Acharius, Vibianus, Helius, Theodolus, Cyrillus, Flavius, Seuerianus, Cyron, Valerius, Chudion, Sacerdon, Priscus, Eurichius, Smaragdus, Philoetimon, Aetius, Micallius, Lisimachus, Donnus, Theophilus, Euthicius, Xantius, Aggus, Leontius, Yfitius, Caius, Gorgonius, Candidus. Quorum vnus Meliton nomine cū esset omnium ætate minor, & cruribus fractis adhuc superuieret, timens beatissima mater, quæ martyribus adstabat, nē in cruciatibus deficeret, virili animo hortabatur eum, dicens: Fili, modicum sustine, ecce Christus ad ianuam stans adiuuat te. Cumq; sanctorum corpora birotis superposita ferrent ad incendendum ministri diaboli, videns pia mater solum filium relictum, quem ministri ad hoc reliquerant, quia sperabant eius animum posse culturis dæmonum inclinari, si viueret, tollens eum super humeros suos virili gressu sequebatur vehicula. Cumq; ferretur puer, inter amplexus maternos animam cælo reddidit. Perueniensq; mulier ad locum, vbi sanctorum corpora cremabatur, iecit super ossa martyriū, vt motre etiā & sepultura martyribus sociaretur. Combusta sunt igitur corpora eorum, & in fluuiū proiecta. Sed

Die 11.
De his Su-
rius ex Ba-
silio & Me-
ta. 9. Mar-
tij, Tom. 2.

S. Martyres
crucifra-
gio occum-
bunt.

SURIUS

ad
notas
RVIII
5

Diuino
nata fan-
ctorū reli-
quia re-
riuntur.
Die 12.

De eo vide
Suriū To.
2.

Cōuertit
Anglos.

De eo Pō-
tificale ca.
42.

De eo Su-
rius ex li.
& Ec. hist.
cap. 6.

S. Petrus
post mul-
ta suppli-
cia, felici-
ter obiit.

Die 13.

Die 14.

De his fir-
missis in pas-
sione Pro-
cessi, & lu-
lii.
Pōtific. 93.
To. 3. cō-
cili orum.

Die 15.

diuina dispensatione reliquia eorū integræ sunt reperta, & honore digno cōditæ.

III. IDVS MARTII.

Romæ, depositio sancti Gragorij Papæ, qui nobili genere liberalibus artibus eruditus est. Deindē defunctis parentibus sex in Sicilia monasteria construens, septimum intra Urbis muros constituit. In quo ipse post secularem habitum multis fratribus aggregatis, sub Abbatis imperio strenuē militauit, & suæ nobilitatis lineam moribus extulit, probis actibus decorauit. Nam qui antē sericis vellibus ac geminis micantibus per urbem solebat procedere trabatus, post vili contectus regmine, ministrabat pauper ipse pauperibus. Quibus monasterijs tantum de redditibus prædiorum delegauit, quantum posset commorantibus ad quotidianum victum sufficere, reliqua verò vendidit, ac pauperibus erogauit. Deindē coactus & multum renitens, factus urbis Romæ summus Pontifex, Anglorum gentem ad fidem conuertit, directis videlicet sui monasterij monachis, Melito, augustinus, atque Iohanne, & cum eis alijs plurimis fratribus. Rexit autem gloriosissime Romanam Ecclesiam annis tredecim, mensibus sex, & diebus decem. Augmentauit etiam in preceatione Canonis: Diesque nostros in tua pace dispone &c.

Item Romæ, Innocentij Papæ, qui rexit Ecclesiam annis quindecim, mensibus duobus, diebus verò 21. Hic constitutum fecit de ecclesia: & Pelagium atque Callestium hereticos damnauit, & constituit vt qui natus fuisset de Christiana, per baptismum renascetur, quod Pelagius damnabat.

Apud Nicomediam, beati Petri martyris, qui vnus fuit ex Dorothei & Gorgonij martyrum sodalibus, qui in cubiculo Regis erant. Hic iubente Diocletiano, eo quod de immensis martyris sancti Romæ supplicijs liberius causaretur, in medium educitur, atque immolare compellitur. Abnuens, imperatur appendi, & flagris toto corpore laniari: videlicet vt doloris necessitate faceret, quod precipiebatur inuito. At ille cum maneret immobilis, visceribus iam pelle nudatis, iubetur aceto & sale perfundi. Cumque etiam id tormenti genus constanter ac foriter tolerasset, craticula prunis superstrata poni iubetur in medio, ibique quod reliquum fuerat in verberibus absumpti corporis superponi: & non ad subitum, sed sensim paulatimque succendi: quò scilicet poena protelaretur in longum. Cumque ministri scelerum, hinc modò corpus, modò indè versantes, per membra singula poenas inciperent, & supplicia renouarent, sperantes ab eo elicere se posse consensum: ille firmus in fide, & quasi in spe cōsumptis iam & igne resolutis carnibus suis, vltimū spiritum in fide latus exhalat. Tali Petrus (hoc enim & nomen eius) martyrio decoratus, verè Petri exitit & fidei hæres & nominis.

Item Nicomediæ, natalis sanctorum Egdunij presbyteri, & aliorum septem, qui diebus singulis suffocati sunt, vt ceteris metus incuteretur.

Eodem die, passio sancti Mamilliani martyris.

* In Aphrica, Iohannis & aliorum quadraginta quatuor.

* Romæ, depositio SS. Innocentij & Rasi Episcoporum.

III. IDVS MARTII.

A pud Nicomediam, natalis sanctorum Macedonij presbyteri, & Patriciæ vxoris eius, & filia Modestæ.

Nicea ciuitate, sanctorum martyrum Theusetzæ & Horris filij eius, Theodoræ, Nymphodoræ, Marci, Arabia, qui omnes igni traditi sunt.

PRIDIE IDVS MARTII.

Romæ, passio sanctorum martyrum quadraginta & septem, qui baptizati sunt à beato Petro Apostolo, cum teneretur idem Apostolus in custodia Mamertini, cum coapostolo suo Paulo, vbi nouem menses detenti sunt. Qui omnes sub deuotissima fidei confessione, Neroniano gladio consumpti sunt.

Eodē die, Zachariæ Pontificis, qui Romæ sedit annos decem. Hic in patriarchio B. Georgij martyris caput reperi in capsula reconditū, in qua epitaphium pariter inuenit, hoc ipsum Græcis literis exaratum. Sepultus est in ecclesia S. Petri Apostoli.

IDIBVS MARTII.

A pud Thessalonicam ciuitatem, natalis sanctæ Matronæ, quæ cum esset Plautilla cuiusdam viduæ ancilla, & occultè Christum colens, quotidie furtiuis orationibus ecclesiam frequeret, deprehensa à domina sua, & in scamno, extensa & ligata, & pene vique ad mortem flagellata, atque ita vincita in scamno, obfignata.

DE SANCTIS MENSIS MARTII.

tis diligentissime ianuis, per noctem relicta, ibi die altero diuinitus soluta, ac cum ingentiori gratia orans, inuenta est. Rursumque neruis crudis in eodem scamno constricta, & loris quouisque obmutesceret, causa est, ibique per triduum obfirmata ianuis relicta. Facta autem die tertia, iterum soluta diuinitus, & orans inuenta est. Tunc robustis fustibus vsque ad mortem caesa, in confessione Christi incorruptum spiritum reddidit.

XVII. CALENDAS APRILIS.

Roma, natale sancti Cyriaci Diaconi, qui post longam carceris macerationem, quam sub Maximino pertulit, cum Silinnio condiacono suo, & Smaragdo & Largo, post multa facta miracula, in quibus filiam Diocletiani Artemiam, ipsius rogatu a demonio liberauit, baptizauit. Filiam quoque Saporis Regis Persarum Iobiam, missus illò pro hoc a Diocletiano, aequè liberauit a demonio, ac baptizauit cum ipso Rege, & alijs quadringentis triginta. Rediens Romam post mortem Diocletiani, tentus est inter alios Christianos a filio eius Maximino, & in custodiam missus, eo quod sororem suam Christianam fecisset. Deinde praecepit, ut die processions suae nudus, catenisque obligatus, ante rhedam eius traheretur. Et post hoc, eductus de carcere, cum socijs Largo, Smaragdo & Crescètiano, per Carpasium vicarium, pice reliquata caput eius perfusum est. Et rursum post dies quatuor, eductus denuò de carcere, in catasta distensus, ac tractus, neruis & fustibus caesus, post dies aliquot inbente Maximino capite truncatus est, cum Largo & Smaragdo, & alijs viginti. Scriptum est in gestis Marcelli Papae: Porro ipso tempore Maximinus interfecit sororem suam Artemiam.

S. Matrona interfecta.

Die 16. De eo in gestis Marcelli Papae 16. Ianuarij, Tom. 4.

S. Cyriacum cum socijs capite plectitur.

Item apud Viennam, sancti Ilicij Episcopi. Eodem die, sancti Heriberti Colonienfis Archiepiscopi, vita & miraculis gloriosi, in monasterio Tuiceniensi quiescentis.

Surius de eo Tom. 2. 16. Martij.

XVI. CALENDAS APRILIS.

In Scotia, natale sancti Patricij Episcopi & confessoris, qui primus ibidem Christianum euangelizauit.

Die 17. Beda To. 3.

Eodem die, natalis sanctae Gertrudis virginis.

Surius de Gertrude Tom. 2. Die 18.

XV. CALENDAS APRILIS.

Natalis sancti Alexandri Episcopi, qui de Cappadocia ciuitate sua veniens, cum desiderio sanctorum locorum Hierosolymam pergeret, & Narcissus Episcopus eiusdem urbis iam senex regeret ecclesiam: & ipsi Narcisso, & multis Clericis eius reuelatum est, altera die manè intrare Episcopum, qui adiutor sacerdotalis cathedra esse deberet. Itaque re ita completa, ut praedicta fuerat, curctis in Palaestina in vnum congregatis, adnente vel maxime Narcisso, Hierosolymitanae Ecclesiae cum eo gubernaculum suscepit. Quiq; persecutione Decij, cum iam longae aetatis veneranda canicie praefulgeret, ductus Caesaream, & clausus carcere, ob confessionem Christi martyrio coronatus est.

Surius de eo Tom. 2.

XIIII. CALENDAS APRILIS.

A pud Penarensis urbem, natale beati Iohannis magna sanctitatis viri, qui de Syria oriundus peruenit ad Italiam. Cumque quaereret locum habitationis suae, orationem fudit ad Dominum: Te deprecor Domine, qui lumen es verum, si prosperum facis iter meum, hoc mihi signum fiat, Vbiunque ambulauero, si Psalterium meum dederò, & eadem die mihi redditum fuerit, ibi sit per mansionis meae locus. Factum est. Recepit eum hospicio matrona quadam, cui vir Dei Psalterium suum dedit, requisit, ei que mox a muliere redditur. Hoc itaque signo ut stationem suam ibi vir Dei faceret confirmatur, ac inde non longè plus minusve quam duarum sagittarum progressus, habuit Angelum Dei obuium, qui ei dixit. Serue Dei, hic tibi locus per mansionis a Domino parabitur. Erat autem hyems, & sedebat vir Dei sub arbore. Venatores verò cum per locum transitum facerent, viderunt eum sedentem, atq; arborem illam iuxta illum folijs vestitam. Requirentes autè virum quis esset, ob Domini seruitium se de vltimarum partibus, locisve venisse, morariq; hic velle respondit. Nunciantibus igitur illis, fama q; vitam beati viri longius spargente, tanta frequentia populi Dei vnde quaque illuc aduenit, ut monasterio facto congregatio magna seruorum Dei simul habitantium ibi fieret. Cui praesuit multis claris virtutibus beatus Iohannes xliij. annos, requiescens in pace, depositus est xliij. Cal. Aprilis in loco vbi praestantur beneficia Dei vsque in hodiernum diem.

Die 19.

Arbor media hyeme fronscessit

S. Iohannis Abbatis Felix exitus.

de Ioseph. vide Suriu

* Item eodem die S. Ioseph nutritoris Domini.

XIII. CALENDAS APRILIS.

Die 20.

IN Britannijs, sancti Cuthberti, qui ex anachorita, Ecclesie Lindisfarnensis Antistes, totam ab infantia vsque ad senium vitam, miraculorum signis inclutam duxit. Cuius dum vndecim annos maneret corpus humatum, incorruptum posthac, quasi eadem hora defunctum, simul cum veste qua tegebatur, inuentum est. Scripsit venerabilis Beda presbyter in libello de vita ipsius.

Habetur Tomo. 2. Surijs notis.

† Item natalis S. Archippi commilitonis beati Pauli Apostoli.

XII. CALENDAS APRILIS.

Die 21.

Lib. 2. Di. al. Vide Suriu.

Apus Cassinum castrum, natale sancti Benedicti Abbatis, cuius vitam miraculis gloriosam, in Dialogorum libris beatus Papa scribit Gregorius.

Eodem die beati Serapionis anachorita.

Et in territorio Lugdunensi, sancti Lupicini Abbatis, cuius vita sanctitatis & miraculorum gloria illustris fuit. Corpus eius in finibus Vesuntionum, apud Lacio. nense monasterium celebratur.

XI. CALENDAS APRILIS.

Die 22.

IN Gallijs ciuitate Narbona, natale sancti Pauli Episcopi & confessoris, discipuli Apostolorum: de quo plenius supra vndecimo Calendae Februarij scripsimus.

Item sanctarum virginum Herlindae & Relindae sororum.

X. CALENDAS APRILIS.

Die 23.

De ijs Victor Africanus li. 3.

IN Africa, sanctorum martyrum Victoriani, Frumentij, & alterius Frumentij, & duorum germanorum, qui omnes persecutione Vandalica, sub Hunerico Rege Arianorum, apud Aphricam pro constantia catholicae confessionis immensis supplicijs excruciatj, egregie coronati sunt.

In Antiochia, sancti Theodori presbyteri & martyris.

IX. CALENDAS APRILIS.

Die 24.

Romae, natale sancti Pimenij presbyteri. Hic Iulianum apostatam & impium a puero nutriuit, & literis etiam sacris erudiuit. Sed factus Imperator, culturam pietatis postquam reliquit, audito quod corpora sanctorum martyrum, qui ab eo necabantur, idem Pimenius sepeliret, mandauit ei, Perge quod volueris: Hic enim non mercabitur vita tua, quam tamen seruitijs tuis reddo, non tibi. Tunc sanctus Pimenius perrexit ad Persidem, vbi demoratus aliquantisper, factus est caecus. Inde monetur in somnis a Domino, vt reuerteretur Romam. Cumque post quatuor menses reuersus, cliuum sacrae viae cum vno puero stipem petendo conscenderet, factum est vt offenderet Iulianum Imperatorem in rheda aurea sedentem. Qui eminus conspiciens Pimenium, vocari eum praecipit, dixitque ei: Gloria dijs deabusque meis, quia te video. Cui vir Dei Pimenius ilico respondit: Gloria Domino meo Iesu Christo Nazareno Crucifixo, quia te non video. Ad hanc vocem iratus Iulianus, iussit eum per pontem in Tyberim praecipitari. Cuius corpus inuentum & collectum, sepultum est in caemeterio Pontiani, non longe a sanctis Abdon & Sennes.

VIII. CALENDAS APRILIS.

Die 24.

Aug. li. 4. de Trinit. c. 5. Ad. 11.

Hierosolymae, Dominus noster Iesus Christus crucifixus est. Et in eadem ciuitate, passio sancti Iacobi Apostoli, sicut in Actibus Apostolorum scribitur.

Eodem die, immolatio Isaac: & transitus filiorum Israel per mare rubrum: Et victoria Michaelis Archangeli contra draconem.

Apud ciuitatem Galilaeae Nazareth, Annunciatio Dominica. Et in Nicomedia, natalis S. Dulae, ancillae militis, quae pro castitate occisa est.

Vide supra 14. Februarij Tb. 1. Surijs

Romae, sancti Cirini, qui interfectus a Claudio, & in Tyberim iactus, in insula Lycaonia inuentus, & in caemeterio Pontiani conditus est. Scriptum in passione sancti Valentini presbyteri.

Et apud Sirmium, natale S. Irenaei Episcopi, qui tempore Maximiani Imperatoris, sub praeside Probo, primo tormentis acerrimis vexatus, deinde diebus plurimis in carcere cruciatus, nouissimè absciso capite consummatus est.

VII

SURIUS

q. de
Nobis
RVIII
5

VII. CALENDAS APRILIS.

Roma via Laucana in coemeterio eiusdem, natalis sancti Castuli, qui cum esset zotarius palatii, & hospes sanctorum, ut in gestis beati Sebastiani legitur, a persecutoribus arctatus, & tertio appensus, tertioque auditus, in confessione Domini perseverans, missus est in foueam, & demissa est super eum massa arenaria, atque ita cum palma martyrij migravit ad Christum.

Die 26.
Vide Tō. I.
Surij. 20. Ia
narij in
gestis S. Se-
bastiani.

Eodem die apud Pentapolim Libya, Theodori Episcopi, Irenaei Diaconi, Serapi-
onis & Ammonij Leutorum. Et apud Sirmium, natale sancti Montani presbyteri,
qui cum Maxima vxore sua tentus, & in fluuium praecipitatus est: corpora eorum
nono ab vrbe lapide inuenta & sepulta sunt.

Eodem die depositio sancti Lutgeri Episcopi.

De Lutge-
ro Surius

VI. CALENDAS APRILIS.

A pud Aegyptum, beati Iohannis Eremitae, admirandae sanctitatis viri, qui etiam
propheterico spiritu plenus, Theodosio Imperatori Christianissimo, victorias
de tyrannis praedixit. Item Hierosolyma Resurrectio Domini.

Die 27.

Die 28.

V. CALENDAS APRILIS.

A pud Caesarem Palaestina, sanctorum martyrum Prisci, Malchi, & Alexandri:
qui persecutione Valeriani, cum suburbanum agellum supra dictae urbis habi-
tarent, atque in ea caelestis martyrij proponerentur coronae: diuino fidei calore suc-
censi, vltro iudicem aduentes, cur tantum in sanguinem piorum defauiet, obiur-
gant. Quos ille continuo, pro Christi nomine, bestijs tradidit deuorandos.

Et apud urbem Cabilonensem, depositio Guntrammi Regis Francorum, viri
religiosi, qui ita se spiritualibus actionibus mancipauit, ut relictis seculi pompis, the-
sauros suos ecclesijs & pauperibus erogaret.

Surius de
Guntram-
mo Rege.

Item Sixti Papae, qui Romae sedit annos octo. Hic criminatorem suum, Bassum
nomine, nutu diuino mortuum, manibus suis cum linteaminis & aromatibus
tractans, sepeliuit apud beatum Petrum.

III. CALENDAS APRILIS.

Depositio Abbatis Eustasij discipuli sancti Columbani, qui pater ferme sexcen-
torum extitit monachorum: & vitae sanctitate conspicuus, etiam miraculis
claruit.

Die 29.
De eo Su-
rius ex Be-
da Tō. 5.

Eodem die apud Africam, sanctorum confessorum Armogastis, Archinimi,
& Satyri: qui apud Africam tempore Vandalicæ persecutionis, sub Genserico Re-
ge Ariano, cum essent lucidissima membra Ecclesiae Christi, & prauitatem Ariano-
rum libertate Catholica frequenter arguerent, pro confessione veritatis, multa &
grauia perpessi supplicia atque opprobria, cursum gloriosi certaminis impleverunt.

De his Vi-
ctor Afric.
sub finem
lib. 1. Vide
Surius.

II. CALENDAS APRILIS.

Roma, natale sancti Quirini Tribuni & martyris, sub Traiano Imperatore,
qui cum ex precepto eius beatum Alexandrum Papam, & Hermen prae-
fatum in vincula conieceret, haberetque filiam, cuius collum struma circumdede-
rat, auditis exhortationibus beati Hermæ de fide Christi, & visis signis, quae Deus
in martyribus suis Alexandro & Hermæ operabatur, ipsam eandem filiam suam
obtulit ad sanandum. Cui dixit beatus Alexander: Tolle Boiam de collo meo, &
imponere ei. Quod cum obedienter pater eius exequeretur, diuino nutu subito sa-
nata est. Vocatur autem ipsa Balbina. Atque ita pater eius Quirinus & ipsa, cum
vniuersis qui in custodia tenebantur, omnique domo sua, baptizatus est. Quod
vñ nunciavit Commentariensis Aureliano Iudici, iratus iussit adduci Quirinum
ad se, & dixit ei: Ego te quasi filium dilexi, tu autem irristi me, deceptus ab Ale-
xandro? Dixit ei Quirinus: Ego Christianus sum factus, vis occidere, vis fugigare,
vis incendere, aliud non ero. Nam omnes qui erant in carcere, feci fieri Christia-
nos, & dimisi eos, sed noluerunt vsquam ire. Iratus Aurelianus, fecit ei lin-
guam abscindi, deinde in ceuleo suspendi. Qui dum Aureliani non cederet
iniurijs, iussit ei manus & pedes abscindi, & sic cum decollari, & canibus proj-
ci: Sed Christiani corpus eius raptum, in via Appia sepelierunt, in coemeterio Prae-
textati.

Die 30.
De Quiri-
no vide in
gestis Ale-
xandri Pa-
pae, 3. Ma-
ij Tomo
3. Surij.

S. Quirin-
i decollatus

* Aurelia ciuitate, sancti Pastoris Episcopi depositio.

PRIDIE CALENDAS MAII.

Roma, natale sanctae Balbinæ filiae Quirini martyris. Qui beatus martyr
tollens

Die 31.

Angelus
hortatur
Balbinam
vt maneat
virgo.

rollensboiam de collo Alexandri Papæ secundum iussione[m] eius cum pergeret, vt collo filia[rum] suar[um] strumam habentis imponeret, ecce subito puer cum sacula apparuit: quem constat Angelum Dei fuisse, & venit ad puellam, dicens: Salua esto, & in virginitate tua permane, & ego te faciam videre sponsum tuum, qui pro amore tuo sanguinem suum fudit. Perueniens igitur pater vt perficeret, quod de boia ei iussu[m] fuerat, videt subito filiam suam sanam, quæ postmodum à sancto Alexandro baptizata est, & instructa in virginitate, plena operibus bonis permansit. Cui sæpè osculanti boiam ipsam beati Alexandri dixit sanctus Alexander: Desine hanc boiam osculari, sed potius require domini mei Petri vincula, & ea osculare. Tunc dedit operam, & summo studio post desiderium magnum peruenit ad illa, tradiditque sanctæ Theodoræ religiosissimæ, femina[rum], sorori sancti Hermæ præfecti & martyris. Ipsa verò virgo Balbina post deiectionem seculi huius cursum, sepelitur iuxta patrem suum martyrem Quirinum, via Appia in cœmeterio Prætextati.

Obit[us] eius.

MENSIS APRILIS HABET DIES XXX, LVNAM VERO VIGESIMAMNONAM.

CALENDIS APRILIS.

Die 1.
Deca, gesta
Alexandri Papæ 3.
Maij.

Surius de
Vualerico
cōfessor.

Die 2.

De Theodo. Euseb.
lib. 8. cap.
17.



ROMAE, beatissimæ, Theodoræ, sororis illustrissimi martyris Hermæ, quam beatus Alexander Papa & martyr instruxit, baptizauit, atque in fide Christi docuit: Quæ sub Aureliano Imperatore martyrizata est. Sepulta iuxta fratrem suum martyrem, via Salaria nõ longe ab vrbe Roma. Eodem die sancti Venantij Episcopi & martyris. Et in pago * VVinnocensi, sancti Vualerici confessoris, cuius sepulcrum crebris miraculis illustratur.

III. NONAS APRILIS.

NARALIS sancti Nicetij, Lugdunensis Episcopi, cuius & vita miraculis claruit, & preciosa mors nihilominus miraculis commendatur. Et apud Casaream Cappadociæ, passio sanctæ Theodosiæ virginis: quæ tempore Diocletiani, cum esset annorum octodecim, vltro se sanctis confessoribus in custodia socians, tenta ab Urbano præfecto, & in euleo cruciata: deinde ferro onusta, & in carcerem trusa: ibi virtute Dei, omnia vincula eius disrupta sunt. Post hæc saxo alligata, in mare mersa est: sed mox litorebus incolumis reddita. Bestijs in amphitheatro proiecta, & ab his intacta, martyrium capitis absissione compleuit.

III. NONAS APRILIS.

Die 3.
De his apud
Suriu[m]
Aprilis 1.

THESSALONICÆ, natalis sanctarum virginum Agapis & Chionis, sub Diocletiano, quæ primò in carcere macerate, post in ignem missæ sunt, sed intactæ sanas, post orationem ad Dominum fusas, animas reddiderunt. Apud Scythiam, ciuitate Tomis, natalis sanctorum Euagrij & Benigni. Apud Tauromenium Sicilia, sancti Pancratij.

PRIDIE NONAS APRILIS.

Die 4.
De Ambrosio
Surius
Tom. 1.

MEDIOLANI, depositio beati Ambrosij Episcopi & confessoris, cuius studio, inter cætera doctrinæ & miraculorum insignia, tempore Arianae perfidiæ, tota Italia ad catholicam conuersa fides est.

NONIS APRILIS.

Die 5.
Surius de ea
Aprilis 1.

THESSALONICÆ, natalis sanctæ Irenis virginis, quæ post tolerantiam carceris, sagitta percussa est à Sifinnio comite: sub quo & sorores eius simul Agapes & Chionia martyrizatæ sunt.

* al. Martiana.

Item apud Aegyptum, natalis sanctorum, * Martiani, Nicanoris, & Apollonij.

De amphiano
Surius
2. Aprilis.

Apud Casaream * Lyciæ, natalis sancti Amphiani.

VIII.

SURIUS

Obit
Surius
RVIII
5

VIII. IDVS APRILIS.

Romæ S. Sixti Papæ & martyris, qui rexit Ecclesiam annos decem, menses duos, diem unum. Passus est autem temporibus Adriani Imperatoris. Hic constituit, vt sacra mysteria non tractarentur, nisi à ministris sacris: Et quicumque Episcopus euocatus fuisset ad sedem Apostolicam, rediens ad parochiam suam, non reciperetur, nisi salutationis literas, hoc est, formatas à sede Apostolica, plebi detulisset. Constituit quoq;, vt intra actionem Missarum, Sanctus, Sanctus, Sanctus, ter decantaretur.

Die 6.
De Sixto
hoc Pontificale ca. 8.

VII. IDVS APRILIS.

Egesippi viri sanctissimi, qui vicinus Apostolorum temporum, omnes à passione Domini, vsque ad suam ætatem, ecclesiasticorum actuum texens historias, multaque ad vtilitatem legentium pertinentia, hinc inde congregans, quinque libros composuit, sermone simplici, vt quorum vitam sectabatur, dicendi quoque exprimeret characterem. Afferit se venisse sub Aniceto Romam, qui decimus post Perrum Episcopus fuit, & perseuerasse vsque ad Eleutherium eiusdem vrbs Episcopum, qui Aniceti quondam diaconus fuerat. Isdem quoque Egesippus in libris suis refert de conuersatione sua, quam habuit à gentili Philosophia. Nam & ego ipse, inquit, sectis Platonis institutus, audiens infamari Christianos, & videns eos impavidos ad suscipiendam mortem, atque omne supplicium tolerandum, considerabam quod impossibile esset, in malitia eos & in libidine conuersari.

Die 7.
De eo Egesippius
Ecclesiastice hist. cap. 8.
to. & 12.

Item Cælestini Papæ, qui rexit Ecclesiam annos octo. Hic constituit vt psalmi Dauidici centum & quinquaginta ante sacrificium antiphonatum canerentur: Nam antea tantum Epistola & sanctum Euangelium recitabantur.

Alij Cælestini habent 8. Idus April. de quo in Pontific. c. 45.
Die 8.

VI. IDVS APRILIS.

Tronis, sancti Perpetui Episcopi admiranda sanctitatis viri: cuius opera, templum super veneranda ossa beati Martini Episcopi, perfectum est, cuiusque sacrum corpus, de loco vbi primum tumulatum fuerat, ad locum vbi nunc condigne veneratur, translatum & reconditum est.

V. IDVS APRILIS.

Apod Sirmium, natalis septem virginum, quæ in vnum meruerunt coronari quinto Idus Aprilis.

* Item quinque virginum, quarum nomina Deus scit. Et Mariæ Aegyptiacæ. Apud Antiochiam, sancti Procheri Diaconi, præclarissimi fide & miraculis viri, apud Antiochiam martyrio consummati, ibiq; sepulti, qui vnus fuit de septem primis, vt in Actis Apostolorum scribitur.

De Mariæ Aegyptiacæ Surius Tom. 2.
Act. 6.

IIII. IDVS APRILIS.

Ezechielis Propheta. Et Romæ beatorum martyrum plurimorum, quos beatus Alexander Papa & martyr baptizauit cum teneretur in carcere: & ipsi relegati pariter cum illo. Hos omnes Aurelianus Imperator, naui vetusta impositos, in altum mare deduci, & illic ligatis ad colla lapidibus, mergi in profundum maris fecit quarto Idus Aprilis.

Die 10.
Vt habetur in gestis Alexandri 3. Maij.

* Item in Antiochia, sancti Theodori presbyteri.

III. IDVS APRILIS.

Apod Cretam, vrbe Cortyna, beati Philippi Episcopi, qui vita & doctrina claruit, temporibus Antonini Veri, & Lucij Aurelij Commodi Imperatorum.

Die 11.

† Eodem die Romæ beati Leonis Papæ.

PRIDIE IDVS APRILIS.

Romæ via Aurelia milliario tertio, in cæmeterio Calepodij, natale sancti Iulij, Papæ & Confessoris, qui sub Constantino Ariano filio Constantini decem mensibus tribulationes & exilia perpassus: post eius mortem, cum magna gloria ad suam sedem reuersus est. Hic constituit vt nullus clericus causam quamlibet in publico ageret nisi in ecclesia: & notitia fidei per notarios colligeretur: & siue cautiones, vel instrumenta, aut donationes, aut commutationes, aut traditiones, aut testamenta, aut allegationes, vel manumissiones à clericis in ecclesia celebrarentur.

De Leone Pontificale cap. 47.
Die 12.
De Iulio I. Pontificale cap. 36.

Die 13.
De Carpo
Euseb. Ec-
cles. hist.
lib. 4. cap.
14.

De Iustino,
ibidem
cap. 8. &
14.

Greg. 3.
Dialogo-
rum cap. 3.
est apud
Surium.
Die 14.
De his in
gestis Cæ-
cilie 22.
Noubr.
Tomo 6.

Die 19.
Quere de
his in vita
S. Lauren-
tij 10. Au-
gusti.

De his in
vita Nerei
& Achillei
12. Maij,
Tomo
3. Surtij

Sæti mar-
tyres diuer-
sis penis
interimū-
tur.

Die 16.

De eo Pon-
tificale
cap. 12.

A pud Pergamum Asiæ urbem, natalis sanctorum Carpi Episcopi & Papyrij Diaconi, & Agathonicæ optimæ fœminæ, aliarumque multarum quæ probatis confessionibus martyrio coronatæ sunt: cum quibus & vir mirabilis Iustinus philosophus, qui habitu quoque philosophorum incedens, pro religione Christi plurimum laborauit, intantum vt Antonino Pio & filijs eius, & Senatui, librum contra gentes scriptum daret, ignominiamque Crucis non erubesceret. Cumque iam secundum librum successoribus præfati Imperatoris, id est, Antonino Vero, & Aurelio Commodo, pro religionis nostræ defensione porrexisset, remunerationem linguæ fidelis, martyrij munus accepit.

Apud Hispaniam, natalis sancti Hermingildi, quem pater eius Leouigildus Arianus, Gothorum Rex, ob fidei catholicæ confessionem, inexpugnabilem videns, in carcerem & vincula coniecit: vbi nocte sancta Dominicæ resurrectionis, iussu pertrahit. Scribit beatus Gregorius.

* Itém S. Euphemie virginis & martyris.

XVIII. CALENDAS MAII.

R omæ via Appia in cœmeterio Prætextati, natalis sanctorum martyrum Tiburtij, Valeriani, & Maximi, sub Almachio præfecto: quorum primi iustibus cæsi, & gladio sunt percussi, vltimus tandiù plumbatis verberatus, donèc spiritum redderet.

Interamnus, sancti Proculi martyris. Itém sanctæ Domnæ virginis, cum socijs virginibus coronatæ.

Apud Alexandriam, sancti Frontonis Abbatis, cuius vita extitit sanctitate & miraculis gloriosa.

XVII. CALENDAS MAII.

I n ciuitate Corduba, natalis sanctorum Olympiadis & Maximi nobilium, qui in-bente Decio fustibus cæsi, & deindè plumbatis, ad vltimum capita eorum secun-ribus tunsa, donèc emitterent spiritum.

Itém in Hispanijs, ciuitate Cæsaraugusta, natalis sanctorum octodecim martyrum, Optati, Luperci, Suceffi, Martialis, Urbani, Iulij, Quintiliani, Publij, Frontonis, Felicis, Cæciliani, Euoti, Primitiui, Apodemi, & reliquorū quatuor, qui omnes Saturnini vocati referuntur.

Apud Italiam, natale sanctorum martyrum Maronis, Eutyctetis, & Victorini: qui cum beata Flauia Domitilla apud insulam Pontiam longum ducentes exilium, eamque in Christi confessione, pio fouentes solatio, inuidia atque infestatione Aureliani sponsi, & persecutoris eius, quem illa ob Christum contemserat, postmodum à principe Nerua eidem Aureliano in seruitutem traditi sunt. Quos ille primùm quasi seruos per sua prædia singulos diuisit iussitque eos terram fodere per totum diem, ad vesperum verò cantabrum manducare. Deindè cum plures ad fidem Christi conuerterent, & populum credentium ampliarent, repletus ira à diabolo, misit qui vario genere pœnarū interficerent eos. Nam Eutyctem in media via tandiù cædi iussit, donèc spiritum exhalaret. Cuius corpus rapuit populus Christianorum. Victorinum verò apud eum locum qui Cotillas appellatur, vbi putentes aquæ emanant & sulphuræ, capite deorsum per horas tres suspensum teneri iussit. Quod cum per triduum pro nomine Christi passus fuisset, migravit ad Dominum. Cumque vna die iussu Aureliani corpus eius inhumatum fuisset, venerunt Amiternenses populi Christiani, & rapientes in suum territorium transfulerunt. Maronem autem, misso amico suo nomine Turgio, iussit eidem Aureliano duci, & saxo ingenti opprimi. Sed protegente Domino, in nullo eum lædere potuerunt. Quem Consularis accepto ab Aureliano præcepto interfecit, corpusque eius Christianus populus rapuit, & condigno honore sepeliuit.

XVI. CALENDAS MAII.

A pud Corinthum, Calixti & Carisij cum alijs septem, omnium in mare mersorum.

* In Mauritania, natalis Basilæ. Itém sancti Aniceti Papæ, qui sedit in Episcopatu annos vndecim, & temporibus Seueri & Marci martyrio coronatur, sepultus in cœmeterio Calixti. Hic constituit, vt clerus comam non nutriret, secundum

SURIUS

g. ber
Nobis

RVIII

5

dum Apostoli præceptum.

* Eodem die, dedicatio oratorij S. Gangulphi martyris.

XV. CALENDAS MAIL.

A pud Africam, natale sancti Mappalici, qui cum alijs pluribus martyrio coronatus est. Scribit beatus Cyprianus in epistola ad martyres de illo hoc modo. Vox plena spiritu sancto de martyris ore prærupit, cum Mappalicus beatissimus inter cruciatus suos proconsuli diceret: Videbis cras agonem. Et quod ille cum virtutis ac fidei testimonio dixit, Dominus impleuit. Agon cælestis exhibitus, & Dei seruus in agonis promissi certamine coronatus est. Et post pauca: Hunc igitur agonem per prophetas antè prædictum, per Dominum commissum, per Apostolos gestum, Mappalicus suo, & collegarum suorum nomine, proconsuli repromisit, nec sefellit in promisso suo vox fidelis. Pugnam quam spondit exhibuit, & palmam quam meruit accepit. Istum nunc beatissimum martyrem, & alios participes eiusdem congressionis, & comites in fide stabiles, in dolore patientes, in quæstione victores, ut ceteri quoque festemini, & opto pariter & exhorror: ut quos vinculum confessionis, & hospitium carceris simul iunxit, iungat etiam consummatio virtutis, & corona cælestis.

Apud Antiochiam, natalis sanctorum Petri Diaconi & Hermogenis.

Apud Viennam, sancti Pantagati Episcopi.

XIII. CALENDAS MAIL.

A pud * Messanam Apuliæ ciuitatem, natalis sanctorum martyrum Eleutherij Episcopi, & * Anthiæ matris eius: qui beatus Episcopus cum esset & sanctimonia vitæ, & miraculorum virtute illustris, sub Adriano principe, in confessione Christi, lectum ferreum innitum, craticulam, & sartaninem oleo, pice, ac resina feruentem, superans, leonibus quoque proiectus, sed ab his illæsus, nouissimè, vna cum matre, gladio iugulatur.

Item eodem die Romæ, sancti Apollonij senatoris, qui sub Commodo principe, à seruo proditus, quod Christianus esset, imperatus, ut rationem fidei suæ redderet, in igne volumen composuit, quod in senatu legit. Et nihilominus sententia Senatûs, pro Christo capite truncatus est: veteri apud eos obtinente lege, absque negatione non dimitti Christianos, qui semel ad eorum iudicium pertracti essent.

In Laubaco monasterio, transitus sancti Vrsuari Episcopi & confessoris.

XIII. CALENDAS MAIL.

In Armenia, ciuitate Militana, natalis sanctorum Hermogenis, Caij, Expediti, Aristonici, Rufi, Galatæ, vna die coronatorum.

In Hispania ciuitate Caucoliberi, natalis sancti Vincentij martyris.

Apud Corinthum, sancti Timonis diaconi, apud Berœam qui primò doctor refedit, deindè verbum Domini disseminans, venit Corinthum, ibique à zelantibus iudeis, & nomine Christi persequentibus, Græcis traditus, ut ferret, primò flammis iniectus, sed nihil læsus: deindè cruci affixus martyrium suum impleuit. Sepultus apud Corinthum gloriose. Hic fuit vnus ex septem primis, ut habetur Actorum 6.

* Eodem die, depositio S. Baldrici Episcopi.

XII. CALENDAS MAIL.

Roma, sancti Victoris Episcopi, qui tertiusdecimus post beatum Petrum, rexit Ecclesiam annis decem, & sub Seuero principe, martyrio coronatur. Hic constituit, ut sanctum Pascha die Dominico celebraretur, & à quinta decima luna primi mensis vsque ad vigesimam primam obseruaretur: & constituit, ut necessitate faciente, siue in flumine, siue in mari, siue in fontibus, sub Christiana confessione, quicumque hominum ex gentibus venientes baptizarentur.

Item Romæ, sanctorum martyrum Sulpitij & Seruiliani, qui prædicatione & miraculis beatæ Flauie Domitillæ ad fidem Christi conuersi sunt. Hæc etiam sponas eorum Theodora & Euphrosynam ad spem vitæ æternæ, & perseverantiam sanctæ virginitatis lucrata est. Sancti verò Sulpitius & Seruilianus persecutione Traiani, cum nolent idolis immolare, à præfecto vrbs Aniano capite cæsi sunt. Quorum corpora Christiani rapientes, posuerunt in prædio eorum via Latina milario secundo.

Eodem die in Gallijs, ciuitate Ebredunenfi, sancti Marcellini eiusdem vrbs Episcopi

d d scopi

Die 17.
Lib. 2. Epi.
stola 6.
Item Luci
ani Epi. 22.

Die 18.
* al. Misenæ
* al. Euan-
thiæ de his
Surius To.
2. ex Mæta.

Euseb. Eccl.
hist. li. 5. ca.
20. 21. Rufi.
Est apud
Surius.

deco Suri

Act. 6.

S. rimōcrū
cūfigitur.

Die 20.
Pōtificale
cap. 15.

De his in
gestis Ne-
rei & A-
chillei 12.
Mail. To.
3. Surijs.

De his gre.
Turonen.
in Glo. cō.
fess. ca. 69.

Miraculū.

Die 21.
De Sothe-
re Pontifi-
cale ca. 13.
De Simeo-
ne Surius
To. 2. ex So-
zomēno.

scopi & confessoris: qui diuino iussu, cum suis socijs Vincērio & Dominico ex Affrica veniens, maximam partem Alpium maritimarum, verbo & signis admirandis, quibus vsque hodiē refulget, ad fidem Christi conuertit: ita vt Baptisterium, quod ipse apud præfatam vrbem condidit, in sacrosanctis Paschalis festi vigilijs, diuina virtute, singulis annis aquis subitis inundetur, & per septem eiusdem solennitatis dies, gratia exuberante permaneat. Venerabiles socij eius apud Diniensium vrbem conditi, gloriosis nihilominus miraculis commendantur.

XI. CALENDAS MAII.

Romæ, sancti Sotheris Papæ, qui sedit in Episcopatu annos nouem, sepultusque tingeret in ecclesia, neque incensum poneret.

Apud Persidem, natalis sancti Simeonis Episcopi Selenciae & Thespontis, regaliū ciuitatum: qui persecutione Saporis Regis Persarum, iubente eodem tyranno compræhensus, ferroq; onustus, cum iniquis tribunalibus exhibitus, de Domino Iesu Christo voce libera ac constantissima testaretur: primum carcerali ergastulo, cum alijs centum, è quibus alij Episcopi, alij erant presbyteri, alij diuersorum ordinum clerici, longo tempore maceratus est. Nouissimè cum in Christi testimonio immobilis persisteret, iussus est cum omnibus pariter decollari: ita vt cum cæteri iugularentur, ad stare: & ipse vltimus, trucidaretur. Cumque omnes sub eius adpectu cæderentur, & ille singulos paternis exhortationibus alacriter confortaret: extremo liæoris ictu & ipse oecumbens, palmam martyrij adeptus est. Erat autem sexta feria septimana maioris, in qua ante, resurrectionis festiuitatem annua Christi passionis memoria celebratur. Passi sunt cum eo etiam Vlazadis eunuchus nutritus Regis, & Abdella, atque Ananias, venerabiles senes: & Pusitius præpositus artificum regalium, eò quòd videns præfatum senem Ananiam sub ictu gladij tremementem, exclamauerit confidenter, dicens: Paululum ò senex claudere oculos & securus esto, mox Christi videbis adpectum. Filia quoque eiusdem Pusitij virgo sacra simul perempta est.

S. Pusitij
fortitudo
& cōstantia.

Apud Alexandriam, natalis sanctorum Fortunati, Aratoris presbyteri, Felicis, Siluij, Vitalis, qui in carcere quieuerunt.

* Romæ, in cœmeterio via Appia, sanctorum Valeriani, Maximi & Tibur.

tij.
* In Campania, natalis sancti Amphelici.

X. CALENDAS MAII.

Die 22.
De Caio
gesta Seba-
stiani & Su-
fannæ Au-
gu. 11.

In Africa, ciuitate Hieropoli, natalis S. Philippi Apostoli.
Romæ via Appia, in cœmeterio Calisti, sancti Caij Papæ, qui cum Ecclesiam vndecim annos, menses quatuor, dies duodecim rexisset, martyrio coronatus est sub Diocletiano principe. Frater nanque eius beatus Sabyrus presbyter, in multis clarissimis passionibus, iam finierat triumphum victoriae suæ, sub eodem impio principe, vndecimo Calendas Martias. Hic Caius constituit, vt per omnes gradus primum ascenderet, si quis Episcopus fieri mereretur vt esset Ostiarius, Lector, Exorcista, Acolythus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter.

De Agape-
to Pontifi-
cale ca. 59.

Eodem die Romæ, S. Agapeti Pontificis, qui sedit menses vndecim. Hic ingressus Constantinopolim, ad Iustinianum Imperatorem, Anthimium Episcopum Constantinopolitanum, qui duas in Christo naturas negabat, deposuit, & in eius loco Menam catholicum consecrauit.

De his Su-
rius ex Me-
taphraze.

Apud Persidem, sanctorum martyrum plurimorum, qui iubente Sapore Persarum Rege, annuo die, quo passionis Dominicae memoria celebratur, per totam Persidis regionem tenti, ac pro Christi nomine iugulati sunt. In quo fidei certamine passus est Melisius Episcopus, sanctitate & miraculorum gloria insignis: Accipsumas Episcopus cum presbytero suo Iacobo: & Mareas & Bior similiter Episcopi, cum clericis ferè ducentis, & quinquaginta: monachis etiam cum sacris virginibus plurimis: inter quas & Simeonis Episcopi sororem nomine Iarbuam cum pedisequa sua, stipitibus alligantes, sarraque findentes crudelissimè necauerunt.

Eodem die in Corduba ciuitate, natalis sanctorum Pammenij, Helimenæ, & Chryfoteli presbyterorum, & Lucæ, & Mutij diaconorum de Babylonia. Quorum primus præcisâ etiam lingua loquebatur. Omnes primò in eculo suspensi, & ne.

SURIUS

g. ber
K. 10. 11.

RVIII

5

& nexibus attractati sunt: dein laminis ardentibus circa latera appositis, vstulati & vnguibus lacerati, ad vitimum gladio trucidati sunt, presente persecutore Decio. Scriptum in passione S. Laurentij, Et in Lugduno Gallia, natalis sancti Epipodij martyris, qui persecutione Antonini Veri, post gloriosas quadraginta octo martyrum agones, qui in eadem vrbe passi sunt, cum Alexandro charissimo collega tentus, ipso interim in carcerem truso, primò os diris pugnorum ictibus casus, deinde eculei extensione vexatus, postremò martyrium capitis abscissione complet.

Quare io. Augustij in initio. T. 4.

Surius de Epipod. ex Metaphra. sic.

Vienna, sancti Iuliani Episcopi & confessoris.

IX. CALENDAS MAII.

IN Perside, ciuitate Diospoli, passio sancti Georgij martyris, cuius gesta passionis, etsi inter apocryphas connumerentur scripturas, tamen illustrissimum martyrium eius inter coronas martyrum, Ecclesia Dei venerabiliter honorat.

Die 23. Dist. 15. c2. Sicut R. O. Ecclesia. De Georgio, Felice & socijs Surius To. 2.

In Gallijs ciuitate Valentia, natalis sanctorum Felicis presbyteri, Fortunati & Achillei diaconorum, qui à beato Irenæo Lugdunensi Episcopo & martyre ad predicandum verbum Dei missi, cum maximam partem supradictæ vrbis ad fidem Christi conuertissent, à Duce Cornelio in carcerem trusi: dein durissima neruorum flagellatione diutissime verberati: post etiam vincis à tergo manibus, cruribusque contractis, circa rotarum vertiginem adstricti, fumi quoque amaritudine supposita, die ac nocte continuata, eculei suspensi extensione, ad extremum gladio consummati sunt.

In Fontenella monasterio, sancti Vvulfranni Episcopi, præclari in miraculis viri.

De Vvulfranno in Suario Martij 29. De Adelberto April. 23.

* Eodem die passio sancti Adelberti Episcopi.

* Item eodem die, sanctæ Pusinnæ virginis.

VIII. CALENDAS MAII.

LUGDUNO Gallia, natalis sancti Alexandri, qui tertio post passionem Epipodij die productus è carcere, primò ita laniatus est crudelitate verberantium, vt crate soluta costarum, patefactis visceribus, secreta animæ panderentur. Dein crucis affixus patibulo, beatum spiritum exanimatus emisit. Passi sunt cum eo & alij, numero triginta quatuor. Sepulti ambo ex vtroque altaris latere, in crypta, quæ in colle superposito ciuitati, pulchro & antiquo opere extructa est.

Die 24. Surius de eo To. 2.

Eodem die, depositio Melliti Episcopi in Britannia, qui tertius post Augustini Episcopum, Dorouernensem Ecclesiam suscepit, quam rexit annos quinque: Sepultus in monasterio, in ecclesia beati Petri, octauo Calendas Maij.

Beda lib. 1. hist. Anglorum.

In Babylonia ciuitate magna, Sidrach, Misach & Abdenago: qui & mutato nomine Ananias, Azarias, & Misahel dicebantur, de camino ignis ardente sunt liberati.

Dan. 3.

VII. CALENDAS MAII.

ALEXANDRIA, natale sancti Marci Euangelistæ. Hic discipulus & interpres Apostoli Petri, rogatus Romæ à fratribus scripsit Euangelium. Quod quanto tardius cæteris inchoauit, tanto in longiora scribendo tempora porrexit. Ab initio nanque Euangelicæ prædicationis, quæ per Iohannem facta fuit cœpit, & ad illud vsque tempus narrando peruenit, quo Apostoli idem Euangelij verbum totum prædicando disseminauere per orbem. Quod cum Petrus audisset, probauit, & ecclesijs legendum sua autoritate edidit. Quo assumpto idem Marcus perrexit Aegyptum, & primus Alexandria Christum annuncians, constituit ecclesiam tanta doctrina & vitæ continentia, vt omnes sequutores Christi ad exemplum sui cogeret. Meminit huius Marci & Petrus prima Epistola, sub nomine Babylonis figuratim Romam significans. Salutatur, inquit, vos quæ est in Babylone collecta ecclesia, & Marcus filius meus. Qui constitutus, & confirmatus ecclesijs per Lybiam, Marmaricam, Ammoniacam, Pentapolim, Alexandriam, locaque quæ Bucolicæ dicebantur, vicina Alexandria, circa mare Aegyptium, plena ferocium barbarorum, atque Aegyptum vniuersam, ad vltimum tentus est à paganis, qui remanserunt Alexandria. Qui videntes eum die sancto Paschæ Missam facientem, miserunt funem in collo eius, & trahebant eum ad loca Bucolicæ, quæ erant iuxta mare sub rupibus, vbi erat ecclesia constructa. Et defuebant carnes eius in terram, ac saxa inficiebantur sanguine. Vespere autem facto, miserunt eum in carcerem,

De 25. S. Marci vita est apud Surius To. 2. ex Metra.

Eius Euangelium Petri autoritate approbatum.

i. Pet. 5.

Psal. 30.
S. Marcus
suae suffo-
citus mo-
ritur.

vbi circa mediam noctem, primò Angelica visitatione confortatus est, deindè ipso Domino sibi apparente, ad caelestia regnavocatus est. At manè dum traheretur ad loca Bucolica, gratias agens, & dicens, Domine, in manus tuas commendo spiritum meum, defunctus est, & à viris religiosis sepultus in loco lapidis excisi cù gloria. Ordinaverant autem pro se episcopum Alexandria Amanum. Mortuus est autem octavo Neronis anno. Alijs quoquè ecclesijs longè latequè Episcopos, Presbyteros, & Diaconos dederat.

Eodem die Romæ, Litanía maior ad sanctum Petrum.
Apud Viennam, sancti Clarentij Episcopi & confessoris.
VI. CALENDAS MAIL

Die 26.
De eo Psal.
ficale ca. 3.

Romæ, natalis sancti Cleri Papæ, qui secundus post beatum Petrum, cùm rexisset Ecclesiam annis duodecim, persecutione Domitiani, martyrio coronatus est.

De Marcel-
lino Psal.
ficale ca. 30.

Item Romæ, S. Marcellini Papæ, qui cùm Ecclesiam novem annis & mensibus quatuor rexisset, temporibus Diocletiani & Maximiani, ad sacrificandum ductus, sacrificavit idolis: deindè poenitentia ductus, ab eodem Diocletiano, pro confessione veræ fidei, cù Claudio, Cyrino & Antonino, capite truncatus est. Et post dies triginta sex sepultus via Salaria, in cubiculo, à Marcello presbytero, & à diaconibus, cum hymnis. Quo tempore fuit magna persecutio, ità vt intra vnum mensem septendecim millia martyrio coronarentur.

* Item Romæ, sancti Vindemialis Episcopi & confessoris.
V. CALENDAS MAIL

Die 27.
Psal. ficale
cap. 40.

Romæ, S. Anastasij Papæ, qui sedit annos tres, dies decem. Hic cõstituit, vt quocumque sancta Euangelia recitarentur, sacerdotes non sedent, sed curvo se stent: constituit què transmarinum hominem in Clerum non recipi, nisi quinque Episcoporum designaretur chirographis.

De Anthi-
mo lib. 8.
Eccle. hist.
ca. 6. & Ju-
rius ex Me-
taphraze
Tom. 2.

Apud Nicomediam, natalis sancti Anthimi Episcopi & martyris, in memorijs priorum fulgentis in regno Christi. Hic persecutione Diocletiani, ob confessionem Christi, martyrij gloriam capitis obruncatione suscepit. Quem tanquam bonum pastorem, viam martyrij præeuntem, vniuersa penè gregis sui multitudo sequuta est: Quorum alios præfatus tyrannus, apud eandem ciuitatem tunc temporis residens, gladio obruncari, alios ignibus conflagrari, alios nauiculis impositos, pelago immergi fecit. Ipsis fidelium turbis tanto per Dei gratiam fidei igne inflammatis, vt nec interrogari se paterentur, sed vltro in flammam irruerent, vel cadentibus gladijs ceruices obiecerent. Scriptum est in Ecclesiastica historia libro octauo.

III. CALENDAS MAIL

Die 28.
Vide Suri-
um de eo
To. 2. & 3.
19. Junij.

A pud Rauennam, natale sancti Vitalis martyris, patris sanctorum Geruasij & Prothasij. Qui militans cum Paulino iudice, Rauennam ingressus est. Et cùm videret in conspectu iudicis sui Christianum nomine Vrsicinum, arte medicum, natione Ligurum, post nimia tormenta capitalem accepisse sententiam, & cùm venisset ad Palmam, & expauisset, exclamauit. Noli, noli, Vrsicine medice, qui alios curare consuecisti, te ipsum æternæ mortis iaculo vulnerare: Et qui per passiones nimias venisti ad palmam, coronam vis perdere à Domino præparatam? Vique martyrium consummauit idem Vrsicinus, statim beatus Vitalis corpus eius rapiens intra Rauennatim urbem sepeliuit, ad iudicem vltra venire contemnens. Tentus itaque à Paulino Consulari ob id maxime, quia præfatum Vrsicinum in passionis agone positum suis exhortationibus roborasset, post eculei tormenta, iussus est perducì ad Palmam. Locus autem, vbi decollabantur Christiani, hoc habebat vocabulum, eo quòd arbores palmæ illic esset. Et facta fouea quousque inueniretur aqua, ibi supinus depositus, & terra ac lapidibus oppressus est. Coniunx quoquè eius Valeria, cùm reuerteretur ad urbem Mediolanensem, Syluano sacrificantes incurrit: Cum què eam deponentes de sagmario hortarentur de Idolothytis manducare, nec sibi omninò licitum testaretur, quia esset Christiana, nimia eade mactata est, vt vix seminecem sui homines eam ad Mediolanensem urbem perducerent. Quæ infra biduum migravit ad Dominum.

Surius ha-
bet de The-
odora ex

Alexandria, natale sanctæ Theodoræ virginis. Quæ sacrificare contemnens, in lupanar tradata, miro Dei fauore erepta est. Adstante quippè iam ad ostium cel-
lula

SURIUS

gber
Nobis
RVIII
5

DE SANCTIS MENSIS MARTII.

321

lulæ multitudine iuuenum impudicorum, repente quidam ex fratribus Didymus nomine plenus fide, diuinitus inspiratus, sumpto militari habitu, primus lupanar irrupit, & sanctæ virgini cur venisset exponens, illi militares imponit exuvias, ipse virginali veste induitur. Sic virgo egressa, & à nullo agnita, ad ciuitatem fugiens euasit. Didymus prædici exhibitus, & omne factum constanter exponens, Christianum se esse confessus, absciso capite igni traditus est. Beata quoque virgo, quæ protuenda virginitate ex lupanari fugerat, amore coronæ continuò ad stadium regressa, simul cum Dydimò percussa, & simul est coronata.

Ambr. lib. 2 de Virginitatibus.

Eodem die Aphrodisij, Carilippi, Agaperi, & Eusebij martyrum:
Item in Pannonia, sancti Pollionis martyr.

III. CALENDAS MAII.

A Pud Paphum, Tychici Apostolorum discipuli.

In Numida apud Cirthensem Coloniam, natalis sanctorum martyrum Agapij & Secundini Episcoporum: qui persecutione Valeriani, post longum exilium apud præfatam urbem, in qua tunc maxime gentilium rabies cæco furore & officijs militaribus ad tentandam iustorum fidem inhiabat, ex illustri sacerdotio effecti sunt martyres gloriosi. Passi sunt in eorum collegio, Aemilianus miles, Tertulla & Antonia sacræ virgines, & quædam mulier cum suis geminis.

Die 29. Ephes. 6. 2. Tim. 4.

De his in gestis in SS. Mariæ & Iacobi 30. Aprilis.

PRIDIE CALENDAS MAII.

Natalis sanctorum martyrum Mariani & Iacobi, quorum prior Lector, posterior Diaconus erat. Et cum iam pridem infestationes Decianæ persecutionis in confessione Christi euicisset Marianus, iterum cum charissimo collega tentus est apud Cirthensem Coloniam. Vbi post dira & exquisita supplicia (ita vt Marianus per summos apices pollicum suspensus, vt graui pondere pedibus innexus, crudelissime torqueretur) diu in carcere macerati sunt. Sed diuinis reuelationibus mirabiliter confortati: deinde Lambestanam urbem directi ad præsidem, ibi rursum longo tempore carcerali ergastulo mancipati sunt: sed iterum diuinis reuelationibus alleuati, nouissime cum multis alijs gladio consummati sunt.

Die 30. De his 2. To. nouæ editionis pag. 1062.

Eodem die apud Santonas, natalis sancti Eutropij martyris, qui à beato Clemente Episcopo directus in Gallias: ab eodem etiam Pontificalis ordinis gratia consecratus, impleto huius officij ordine, peracta in incredulis prædicatione, infurgentibus paganis, quos author inuidiæ credere non permisit) illiso capite victor occubuit. Denique post multa annorum spatia, cum Palladius eiusdem urbis Episcopus, & cum eo alij viri Dei, corpus eius, debiti honoris gratia, in basilicam nouam transferrent, referato sarcophago, contemplati sunt cicatricem capitis, qua in parte defixum fuerat securis acumen. Cumque sequenti nocte strauissent sacerdotes membra quieti, apparuit eis per visum, dicens: Cicatricem quam contemplati estis in capite, scitote me per eam martyrium consummasse.

Huius meminit Gregor. Turon. de glor. mart. c. 56.

Apud Asiam, passio sancti Maximi martyris, cuius gesta habentur.

* Romæ, sancti Quirini tribuni & martyris, de quo supra tertio Calendas Aprilis.

De Maximo Surius vltima Aprilis, Tomo 2.

* Item Sophiæ virginis.

dd 3 MENSIS

CALENDIS MAII.

Die 1.

De his Surius ex Metaphraze.



Jeremiæ Prophetæ. Et natalis Apostolorum Philippi & Iacobi. Ex quibus Philippus cum penè Scythiam ad fidem Christi conuertisset, Diaconibus, Presbyteris & Episcopis ibi constitutis, reuersus est ad Asiam. Vbi continuè prædicationi per aliquot annos insistens, multitudinem populorum, Christo laboribus pijs semper inseruiens, lucratus est. Quique apud Hierapolim Asiæ ciuitatem dormiuit cum patribus suis, beato sine sepultus. Iacobus uero, qui & frater Domini legitur cognomento Iustus, post passionem Domini natum ab Apostolis Hierosolymorum Episcopus ordinatus est. Hic de utero matris sanctus fuit, vinum & siceram non bibit, carnem nullam comedit, nunquam attonsus est, nec vnctus vnguento, nec vsus balneo, huic soli licitum erat ingredi sancta sanctorum. Siquidem vestibus laneis non utebatur, sed lineis, solusque ingrediebatur templum, & fixis genibus pro populo deprecabatur, intantum, ut calamulorum duritiem traxisse eius genua crederentur. Hic itaque cum publicè in concilio compelleretur à Iudæis, ut Christum Dei filium negaret, & ille voce maxima protestaretur ad populum, dicens: Quid me interrogatis de filio hominis? Ecce ipse sedet à dextris virtutis, & venturus est cum nubibus celi: præcipitatus de pinnâ templi, confractis cruribus, adhuc semianimis tollens ad calum manus diceret: Domine ignosce eis, quid enim faciunt, nesciunt, fullonis fuisse in cerebro percussus occubuit. Hic est de quo & Apostolus Paulus scribit ad Galatas: Alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini. Id Apostolorum suorum per hoc crebrius acta testantur. Euangelium quoque quod appellatur secundum Hebræos, & à B. Hieronymo in Græcum sermonem Latinumque translatus est, post resurrectionem Saluatoris, de eo refert: Dominus autem cum dedisset synagoga seruo sacerdotis, venit ad Iacobum Iustum, & apparuit ei. Iurauerat autem Iacobus se non comesturum panem ab illa hora qua biberat calicem Domini, donec videret eum resurgentem à dormientibus. Rursusque post paululum: Afferre, ait Dominus, mensam & panem. Statimque additur: Tulit panem, & benedixit, & fregit, & dedit Iacobo Iusto, dixitque ei: Frater mi comede panem tuum, quia surrexit filius hominis à dormientibus. Triginta itaque annis Hierosolymæ rexit Ecclesiam, id est vsque ad septimum Neronis annum, & iuxta templum ubi & præcipitatus fuerat sepultus est. Quidam in monte Oliueti eum conditum putant, sed falsæ eorum opinio est. Scripsit autem vnâ tantum Epistolam, quæ de septem canonicis est.

Fullonis fuisse occiditur Iacobus Apostolus. Gal. 1.

Epistola S. Iacobi. v. na de septem canonicis est.

In Gallijs territorio Viuariensi, in loco qui vocatus est antiquitus Gentibus, sancti Andeoli Subdiaconi, quem misit ab Oriente S. Polycarpus cum B. Benigno & Andochio presbyteris, & Tyrso diacono ad prædicandum verbum Dei in Galliam. Cuius prædicatione Cæsar Seuerus comperta, spinosis fustibus crudelissimè flagellatum in carcerem trudi præcepit: & alia die productum cum videret superari non posse, iussit ad similitudinem gladij, de ligno durissimo ensem fieri, & in crucis modum caput eius scindi. Quod cum factum fuisset, eliso in terram cerebro gloriosa morte translatus est.

De eo Surius. Tom. nouæ editionis.

Item ciuitate Sedunensi, loco Agauno, passio Sigismundi Regis filij Gundebaldi, Regis Burgundionum. Qui cum se cerneret non posse Francis resistere, solus suus, coma deposita, habitum religionis suscepit, & ieiunijs, vigilijs, die nocteque vacans ac orationibus, captus à Francis est, cum vxore ac filijs, in puteumque demersus occubuit. Post verò Abbati cuidam reuelatus, & ab eo reuerenter sepultus, etiam miraculis, clauit.

* Antisiodoro ciuitate, depositio sancti Amatoris Episcopi.

* Tolosæ, natalis sancti Orientij Episcopi. Item depositio S. Iustini Begorra ciuitate.

* Eodem

SURIUS

q. de
Nomen
RVIII
5

* Eodem die sanctæ V Valburgæ virginis.

VI NONAS MAII.

Natalis sancti Patris nostri Athanasij Alexandrinæ vrbis Episcopi & confessoris. Qui multa Arianorum perpeffus insidijs, quadagesimo & sexto anno sacerdotij sui, post multos agones, multasq; patientiæ coronas quieuit in pace. Hic vir sagacis ingenij, & ecclesiasticis negocijs apprimè vigilans fuit. Huius origo & à puero institutio, tali modo narratur. Tempore quo apud Alexandriam Petri martyris diem Alexander Episcopus agebat, cum post expleta solennia conuenturos ad conuiuium suum clericos expectaret, in loco mari vicino videt eminus puerorum super ora maris ludum, imitantium (vt fieri solet) Episcopum, atque ea quæ in ecclesijs geri mos est. Sed cum intentus utinò pueros inspectaret, videt ab his geritiam secretiora quædam & mystica. Perturbatus, ilicò vocari ad se clericos iubet, atq; eis, quid eminus ipse videret, ostendit. Tum abire eos, & comprahensos ad se adducere omnes pueros imperat. Cumq; adessent, quis is ludus, & quid egisset, vel quomodo, percõratur. Illi (vt talis habet ætas) pauidi, negare primò. Dein rem gestã per ordinem pandit, & baptizatos à se quosdam catechumenos confitentar, per Athanasium, qui ludi illius puerilis Episcopus fuerat simulatus. Tum ille diligenter inquirens ab his qui baptizati dicebantur, quid interrogari fuerint, quid responderint, simul & ab eo qui interrogauerat: vbi videt, secundum religionis nostræ ritum cuncta constare, collocutus cum concilio clericorum, statuisse traditur illis quibus integris interrogationibus & responsionibus aqua fuerat infusa, iterari baptismum non debere, sed adimpleri ea quæ à sacerdotibus mos est. Athanasium vero atque eos quibus ludus iste vel presbyteris vsus fuerat vel ministris, conuocatis parentibus, sub Dei obrestatione eos tradit Ecclesiæ nutriendos. Paruo autem exato tempore, cum à notario integrè, & à Grammatico sufficienter Athanasius fuisset instructus, continuò tanquam fidele Domini cõmendatum, à parentibus restituitur sacerdoti, ac veluti Samuel quidam in tẽplo Domini nutritur, & ab eo per gente ad patres in senectute bona, ephor sacerdotale dirigitur. Huius tanti in Ecclesia pro fidei integritate agones fuerunt, vt etiam de hoc videatur dictum esse illud quod scriptum est: Ego enim ostendam ei, quantum pro nomine meo cum patii oporteat. In huius etenim persecutione vniuersus coniuerauit orbis, & commoti sunt principes terræ: gentes, regna, exercitus, coièrunt aduersus eum. Multasq; Arianorũ perpeffus insidias, toto orbe profugus agit: nullus tutus ad latendum supererat locus. Tribuni, prapostiti, cõmites, exercitus quoque ad inuestigandũ eum mouentur: Edictis Imperialibus præmia delatoribus proponuntur, si quis viuũ maximè, sin minus, certè caput Athanasij detulisset. Ità totis regni viribus frustra aduersus eum (cui Deus aderat) certabatur. Interea sex continuis annis ità latuisse fertur in lacu cisternæ non habentis aquam, vt solem nunquam viderit. Sed cum iam sibi nullum locum tutum videret, (proditus siquidem fuerat per ancillam, quæ sola cõscia erat dominorum officijs, qui ei latebras præbuerant) ad Constantem Galliarum principem fugit, à quo satis honorificè religioseque susceptus est. Quique causa eius, quam fama compererat, diligentius cognita, scribit ad fratrem, pro certo comperisse, quòd sacerdos Dei summi Athanasius iniuste fugatus, exilia pateretur. Reuersus itaque ad Constantium cum literis, ad Ecclesiam suam permittitur ire. Et rursus post mortem illius fugatus, vsque ad Iouiniani Imperium latuit: à quo honorificè & officiosissimis literis requisitus, ecclesiarum disponendarum, iam statutus in sede sua, accepit potestatem. Moritur Valentiniãni & Valentis Imperatorum tempore.

Eodem die, natalis SS. Saturnini & Neapolis, qui in carcere requieuerunt.

Hierosolymis, inuentio sanctæ Crucis ab Helena Regina, sub Constantino Principe, cuius & ipsa extitit mater. Inventionis autè pretiosi ligni historia cognita digna ita se habet. Adrianus qui vndecimus Cæsar & Imperator Romæ erat, existimans se fidẽ Christianã loci iniuria perempturũ, in loco passionis simulacrũ locuis cõsecrauit. Et Berhleẽ Adonidis fano profanata est, vt quasi radix & fundamentum Ecclesiæ tolleretur, si in his locis idola colerentur, in quibus Christus natus est vt pateretur: passus est, vt resurgeret: surrexit, vt regnaret: iudex vel Rex iudicaret. In Berhleem quoque vbi agnouerat bos possessorẽ suũ, & asinus præsepe Domini sui, ibi Principes hominum inficiati saluatorem Domini, infames hominũ amores

dd 4

mor.

Ibidem Sarius de V Valburga. Die. 2. De eo vide Surium.

Baptizati secundum Ecclesiæ formã non debent rebaptizari.

1. Reg. 1.

Act. 9. S. Athanasius pro defensione fidei, multa ab hæreticis patitur.

Obit eius

Die 3. De inuentione S. Crucis vide Surium Tom. 3.

Esa. 1.

mortesque coluerunt. Proditā nouo sydere Regis æterni ubi cunabula supplices cum suis opibus adorauerant Chaldei, ibi barbaras libidines sacrauerunt Romani. Vbi natum saluatorem cum exercitu Angelorum concinente, caelesti gaudio saluauerant illustrata nocte pastores, ibi Veneris amantissimam mixta semiuirum planxere meretrices. Prò dolor, quæ pietas hominū hanc impietatem compensare poterit, ubi sacra nati saluatoris infantia vagierat, illic Veneris lamēta fingentium lasciuis ludibus, infamis ritus ululabat: & ubi virgo pepererat, adulteri colebantur. Mansit hoc seculi prioris nefas in tempora Constantini, qui Princeps ut esset Principibus Christianis, non magis sua quàm matris Helenæ fide meruit. Quæ diuino, ut exitus docuit, inspirata consilio, rogat filium ut sibi facultatem daret, cuncta loca illa Dominicis impressa vestigijs, & diuinorum erga nos operum signata monimentis purgare: destructis templis & idolis ab omni profanæ impietatis cōtagio, religioni suæ reddere, ut Ecclesia tandem in terra originis suæ celebraretur. Itaque prompto filij Imperatoris assensu, mater Augusta patefactis ad opera sancta thesauris, toto abusa fisco est, quantoque sumptu atque cultu Regina poterat, & religio suadebat, a diuinitatis basilicis, contexit omnia, & excoluit loca, in quibus salutaria nobis mysteria pietatis suæ, incarnationis & passionis, & resurrectionis, atque ascensionis sacramentis Dominus redemptor impleuerat. Mirum verò inter hæc, quòd in basilica ascensionis, locus ille tantum de quo in nube susceptus ascendit, captiuum in sua carne ducens captiuitatem nostram, ita sacratu diuinis vestigijs dicitur, vix nunquam regi marmore potuerit, aut pauimentum receperit: semper excussis solo respuente, quæ manus adornandi studio fētauit apponere. Itaque in toto basilicæ spatio solum in sui cespitis specie virens permanet, & impressam diuinorum pedum venerationem calcanti Deo pulueris perspicua simul & attigua venerantibus, arena conseruat, ut verè dici possit, Adorauimus ubi steterunt pedes eius. Regina illa venerabilis, ut venit Hierosolymam, diligenter & piè locis illis, & circa omnibus, diuinorum curiosa insignium, & oculis haurire gestiens fidem quam pijs auribus literisque percerperat, Crucem Domini studiosissimè inquirere adorsæ est. Sed quæ via vel ratio inueniendi subesset, cum iudex idoneus nemo inueniri posset, ubi memoriæ & ceteram religiose conscientiæ vel obseruantia, & antiquitas aui, & superstitionis impia diurnitas aboleuisset. Verùm ipso omnium & terris & animis opertorum conscio & teste Domino, fidelis mulier sanctum Spiritum per affectum pium meruit. Quo aspirante, cum rem ab humana conscientia diuinitus remotam frustra diligens requisisset, de loco tantum passionis certior fieri studuit. Itaque non solum de Christianis doctrina & sanctitate plenos viros, sed & de Iudæis peritissimos & propterea (qua miseri gloriantur) impietatis indices exquisiuit, & accitos in Hierosolymam congregauit. Tum omnium vna de loco reificatione confirmata est. Iussit illic, urgente sine dubio conceptæ reuelationis instinctu, in ipsum locum operam fossionis accingi, parataque mox ciuium pariter & militari manu, breui laborem istius molitionis hausit, & contra spem omnium, sed secundum ipsius tantum Regi-næ fidem, alta egestione referatis terræ sinibus, abdita Crucis arcana paruerunt. Sed cum tres pariter Reperta Crucis, ut quondam fixæ Domino & latronibus steterant, reperta fuissent, gratulatio repertarum, coepit anxia dubitatione confundi. Iusto piorum metu, ne forsitan aut pro Cruce Domini patibulum latronis eligerent, aut salutare lignum pro stipite latronis abijciendo violarent. Aderat quidem & titulus ille qui Græcis & Latinis atque Hebraicis literis à Pilato fuerat conscriptus, sed nec ipse satis euidenter Dominici prodebat signa patibuli. Respexit pijs fideliter astuantium curas Dominus, & ipsi potissimum quæ tam pia sollicitudinis princeps erat, huius consilij lumē infudit, ut aliquem recens mortuum inquiri & inferri iuberet. Macharius per idem tempus Ecclesiæ illius Episcopus præsens erat. Nec mora, verbum factum, cadaver illatum est: Deponitur iacenti vna de crucibus, ad moueretur & altera, sed eorum ligna mors spreuit. Postremò Dominicam Crucem prodit resurrexerit, & ad salutaris ligni tactum, morte profuga, funus excussum, & corpus erectum est. Tremefactisque viuētibus, stetit mortuus, & funebribus ut Lazarus quodam vinctus expeditus, illic inter spectatores suos rediuiuus incessit. Ergò Crux Domini tot cooperta ætatibus, & Iudæis à tempore passionis abscondita, neque gentibus in ædificatione fani, terram sine dubio ad ipsam fabricam egerentibus, reuelata nonne diuina manu latuit, ut nunc inueniatur, cum religiose quereretur: Ita ut Crucem Christi

Ezech. 8.

S. Helena
Cōstantini
mater ba-
silicæ mul-
tas ædifi-
cat.

Ephes. 4.

Miraculi.

Psal. 131.

Ecce fan-
ctæ mulie-
ris studiū
in quæ-
rēda Crucē
Domini-
ca.S. Crucis
inuentioItem titu-
l. tribus
linguis
à Pilato
cōscripti.Ad tactū
Domini-
cæ Crucis,
resurgit
mortuus
Iohan. 11.

SURIUS

q. ber
M. ber
RVIII
5

Christi decuit, experimento resurrectionis inuenta & probata Crux Christi est, dignoq; mox ambitu consecratur, condita in passionis loco basilica, qua auratis coruscant laquearibus, & aureis diues altaribus, arcano repositam sacrario Crucis partem seruat, quam thecis argenteis incomparabilis fide Regina conditam dereliquit ibi. Namq; partem ipsius ligni salutaris detulit filio, qua Episcopus vrbis eius quotannis cum Pascha Domini agitur, adorandam populo, princeps ipse venerantium promittit. Neq; praeter hanc diem qua Crucis ipsius mysterium celebratur, ipsa (qua sacramentorum causa est) quasi quoddam sacrae solennitatis infigne profertur, quod solum Episcopi beneficio obtineri ferunt. Quae quidem Crux, in materia insensata vim viuam commodat, vt detrimentum non sentiat, & quasi intacta permaneat. Nisi interdum religiosissimi postulent, qui hac tantum causa illo peregrinati aduenerint, vt sibi eius reuelatio, quasi in pretium longinquae peregrinationis deferatur, quotidie diuina su mentibus, & semper tota venerantibus. Sed istam imputribilem virtutem & in detribilem soliditatem, de illius profecto carnis sanguine bibit, qua passa, morte non vidit corruptionem. Clauos quoq; quibus corpus Dominicum fuerat affixi, eadem venerabilis Regina portauit ad filium. Ex quibus ille frenos composuit, quibus vteretur ad bellum, & ex alijs galeam, nihilominus belli vsibus aptam.

Eodem die Romae via Numentana, miliario septimo, S. Alexandri Papa, cum Euentio & Theodoro Presbyteris sub Traiano Principe, ludice Aureliano, Qui Romana Ecclesia Episcopatum quintus post Petrum, tenuit annos decem, menses duos, dies decem, & sanctitate incomparabilis, fide clarissimus, maximam partem senatorum vrbis conuertit ad Dominum. Hic constituit aquam ad dispersionem cum sale benedicti in habitaculis hominum, & passionem Domini miscuit in praedicatione sacerdotum, quando Missae celebrantur. Qui postmodum iubente Traiano Principe, ab Aureliano comite vtriusq; militiae, carceri mancipatus, post stupenda & diuina miracula, vbi per puerum, qui faculam ferebat ardentem, e carcere nocturno silentio per fenestram eductus, ad domum Quirini Tribuni, vbi B. Hermes praefectus sub custodia tenebatur, perducitur, & postquam sanata est filia ipsius Quirini, Balbina nomine, & ipse Quirinus conuersus baptismi gratiam desiderauit, postquam liberationem & baptismum eorum, quos vinculis arctatos in carcere Quirinus ipse tenuerat, inter quos duos quoque sanctissimos presbyteros constrinxerat, Euentium & Theodolum, qui de Oriente venerant: post ista omnia, & si qua sunt alia venerabiliter ab eo gesta, Aureliano comiti, Principe adhuc Traiano (siquidem Adrianus nondum imperabat) exhibitus est simul cum ipsis beatis duobus presbyteris. Primoq; in eculeum leuatus, & tortus ungulis, atq; lampadibus attractus grauissimè fuit. Cumq; nullas daret voces, dixit ei Aurelianus: Quare taces? Sanctus Alexander respondit: Quia tempore orationis Christianus homo cum Deo loquitur. Deposito autem Alexandro, iussit impius Iudex applicari Euentium, & Theodolum, & interrogauit B. Alexandrum: Qui sunt isti? Beatus Alexander dixit: Ambo viri sancti, ambo presbyteri. Tunc conuersus ad beatum Euentium Iudex, interrogauit eum: Quando factus es Christianus? Cui beatus Euentius: Ante annos lxx. & annorum viginti presbyter ordinatus fui, & nunc ago lxxx. & vnum annum aetatis, quem in carceris & vinculis compleui. Et postquam interrogauit etiam Theodolum, & in confessione manentem inuenit, iussit futurum incendi fortiter, & beatum Alexandrum atque Euentium ligatos in medium praecipitari. Cum eis & beatus Theodolus sponte in flammam profiliuit, decantans cum ipsis & pariter gratias agens: Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Quod cum nunciatum impio Aureliano esset, fecit Alexandrum punctis creberrimis per totaungi membra, donec deficeret. Huiusmodi sine vir sanctus martyrium suum compleuit. Sancti autem duo presbyteri gladio consummati sunt. Quorum corpora seuerim religio colligit, & beatum Alexandrum atque Euentium in vno sepulchro, sanctum verò Theodolum separatim in alio posuit via Numentana, in praedio suo, v. Nonas Maii.

Ipsodie, natalis S. Iuuenalis Episcopi & confessoris.

IIII. NONAS MAII.

IN Palaestina ciuitate Gaza, natalis S. Siluani eiusdem vrbis Episcopi. Qui persecutione Diocletiani cum plurimis Clericorum suorum martyrio coronatus est. Item in metallo Fanensi, sanctorum martyrum xl. qui simul capite censi sunt.

* Eodem

Crux Domini in mille diuisa partes, detrimentum non sentit.

Clauos Domini inuentio.

De S. Alexandro & socijs Surius Tom. 3.

Nota aequi iustitiae vsus.

S. Alexander cum socijs grauissimè torquetur.

Psal. 16.

S. Alexander cum socijs occiditur.

De Iuuenali Surius Tom. nouo edit.

Die 4. De Siluano vide Surium.

* Eodem die, memoria beatissimi Iusti, Viennensis Episcopi.
 * Antouina Nicomediae, natalis S. * Antoniae, quae nimium torta & varijs afflictis cruciatibus ab vno brachio tribus diebus suspensa, & in carcerem biennio detrusa, à Priscilla no praeside ad vltimum flammis exusta est.

De Floriano Surio Tom. 3. Eodem die, in Norico Ripensi loco Lauriaco, natalis S. Floriani, qui praesidis infu ligato ad collum saxo, in flumen Anisi praecipitatus est, & mox omnibus, qui circunstabant videntibus, oculi praecipitatoris eius creperunt.
 Ipso die B. Quiriaci Episcopi & martyris gloriosi, sub Iuliano Imperatore.

III. NONAS MAII.

Dic 5. **A** Pud Alexandriam, S. Euthymij Diaconi in carcere quiescentis. Thessalonicæ, natalis sanctorum Hyreici & Peregrini & Hyrenes ignibus combustorum.

In Gallijs ciuitate Arelatensi, S. Hilarij Episcopi, magni, docti, & praclarissimi viri. Qui paupertatis amator & erga inopum prouisionem, non solum mentis pietate, sed & corporis sui labore sollicitus erat. Nam pro reficiendis pauperibus, etiam rusticationem contra vires suas, homo genere clarus, & longè aliter educatus, exerceuit, sed nec in spiritalibus neglexit. Nam & in docendo gratiam habuit, & absq; personarum acceptione omnibus castigationem ingessit. Inter sua verò opera ingenio immortalis, ad multorum vtilitatem, necessario opere, vitam S. Honorati decessoris sui composuit. Moritur Valentiniano & Martiano Imperatoribus.

Item Viennæ, B. Nicetij Episcopi, venerabilis sanctitatis viri.
 Antiodoro, passio S. Iouiniani Lectoris & martyris.

PRIDIE NONAS MAII.

Dic 6. **N** Natalis S. Iohannis Apostoli ante portam Latinam Romæ: qui ab Epheso infu su Domitiani fratris Titi, secunda persecutione quam ipse post Neronem exerceuit, ad urbem Romam perductus, praesente senatu ante portam Latinam in feruentis olei dolio missus est. Agente hoc impio Principe, qui Christianorū infestissimus persecutor erat. Sed B. Apostolus tam liber à poena inde exiit, quàm à corruptionibus carnis fuerat immunis. Tunc in Patrum insulam relegatur exilium, vbi Apocalypsim vidit. Ad commendandam ergo ipsius dignam memoriam, & profide Apostolicam constantiam, Christiani ecclesiam, venerationem eius gestantem, in su praedicto loco ante portam Latinam praclaro & miro opere construxerunt.

Eodem die, B. Euodij, Antiochia Episcopi, qui primus ab Apostolis ibi est Episcopus ordinatus. De quo B. Ignatius ad Antiochenam Ecclesiam: Petri & Pauli facti estis discipuli, nolite perdere depositum, quod vobis commendauerunt. Memortote beatissimi Euodij patris vestri, qui primus vobis ab Apostolis Antistes ordinatus est. Non confundamus patrem, sed efficiamur certi filij, & non adulterini. Hic martyr apud urbem cui praesuit, sepultus est.

Item B. Lucij Cyrenensis, qui apud Cyrenen primus Episcopus à sanctis Apostolis institutus est, quem in actibus Apostolorum S. Lucas commemorat.

* In Galatia ciuitate, natalis B. Geronti confessoris.
 NONIS MAII.

Dic 7. **N** Natalis S. Iuuenalis martyris. Et beatissimæ atq; illustrissimæ Dei famulae Flauiae Domitillæ. Quæ cum esset Clementis consulis ex sorore neptis, & à S. Clemente sacro velamine ad integritatis perseuerantiam consecrata, persecutione Domitiani, anno principatus eius quintodecimo, ob testimonium quod Christo perhibebat, cum alijs plurimis in insulam Pontiam exilio deportata, longū inibi martyrium duxit. Nouissimè cum ab Aureliano sponso suo, quem pro Christo contempsit, & cuius accusatione exilio fuerat relegata, translata esset ad Terracinam urbem Campaniæ, & doctrina ac miraculis primò Euphrosynam & Theodoram constantianas & conuerginales suas, deinde etiam alios ad fidem Christi conuertisset: interque magnalia, etiã praedictus Aurelianus infestissimus persecutor eius, diuina virtute extinctus est: à Luxurio fratre eius incenso cubiculo, in quo simul praesatis cum virginalibus suis clausa morabatur, cursum gloriosi martyris sui consummauit sub persecutione Traiani. Altera nanque die veniens sanctus Diaconus nomine Celsarius, inuenit corpora sanctarum virginum illæsa. In facies enim suas prostrate orantes Dominum recesserant. Quarum corpora idem sanctus Diaconus in sarcophago nonuo simul condians, in profundo terræ infodiens sepeliuit.

Item

SURIUS

g. bar.
 honor.
 RVIII
 5

De eo Ado Viennensis anno 379.

Dic 6. De eo, Hic ron. li. 3. contra Iouinianum.

Epist. 9. ad Antiochenes.

Act. 19.

Dic 7. Gregor. homelia 37.

De ea in gestis Nerai 12. Maij. Tom. 3.

* Itē Benedīcti Pontificis, qui sedit Romę mensis decē, Imperante Constantino. Hic ab incunte etate in Ecclesia militauit, paupertatis semper amator, sepultus apud B. Petrum. Eodem die apud Nicomediam, passio sanctorum martyrum Flauij, Augusti, & Augustini fratrum.

Is fuit Benedīctus II. de quo Pontific.

VIII. IDVS MAII.

IN monte Gargano, apparitio S. Michaelis Archangeli, quando illa sagitta velut flamine retorta, cum à quo iactata est mox reuersa percussit, & dictum est ad Episcopum: Ego sum Michael Archangelus, qui in conspectu Dei semper assisto.

Die 8. De S. Michaelis infra Cal. Octob.

Mediolani, S. Victoris martyris. Qui natione Maurus, & à primæua ætate Christianus, cum esset in castris imperialibus, miles etiam canitie decoratus, compellente Maximiano, vt sacrificaret idolis, in confessione Domini fortissimè perseuerans, primò grauitèr fustibus cæsus, sed Deo protegente doloris expers. Deindè liquenti plumbo perfusus, sed nihil penitus læsus. Nouissimè gloriosi martyrij cursum capitis abscissione compleuit. Erat autē ciuis sanctorum martyrum Naboris & Felicis, qui in Africa decollati, simul cum Ianuario & Marino Mediolanum transferti sunt.

De Victore fuffius Surius Tom. 3.

VII. IDVS MAII.

IN Perfide sanctorum martyrum trecentorum decem. Item natalis S. Hermetis, cuius Apostolus Paulus ad Romanos scribens meminit, dicens: Salutate Flegontiam, & Hermem, Patrobam, Hermam, & qui cum eis sunt fratres. Hunc asserunt authorem libri qui appellatur Pastor, & apud quosdam Ecclesias Græcię etiam publicè legitur. Reuera utilis liber, multiq; de eo scriptorum veterum vsurpauere testimonia, sed apud Latinos penè ignotus est. Qui dignè Deo semetipsum sacrificans, acceptabilisq; Deo hostia factus, virtutibus clarissimè fundatus, cæli regna petiuit. Sepultus apud urbem Romanam. Titulus nomine ipsius iuxta baptisterium quod extructum est ex facultatibus S. Prædixi, & à B. Pio Apostolo. rum discipulo, operante studio consecratum, venerabiliter ei statutus est.

Die 9.

Rom. 16.

Eodem die apud Nazanum oppidum, B. Gregorij Episcopi, qui Theologus dicitur, nobilis, Athenis eruditus, collega B. Basilij Cæsareæ Cappadocię postea Episcopi. Quiq; cum se totum Dei seruitio mancipasset, tantum de collega amore præsumpsit, vt sedentem Basilium de Doctoris cathedra deponeret, ac secum ad monasterium manu iniecta perduceret, ibiq; per annos xij. omnium Græcorum secularium libris remotis, folijs diuinę scripturę voluminibus operam dabant. Igitur apud Nazanum oppidum in loco patris Episcopus subrogatus, hæreticorum turbine fideliter tulit. Reddita verò pace, Constantinopolim ad Ecclesiam docendam venire exoratus, nõ abnuuit. Vbi breui tempore intantum ad emendandum populum vetustis hæreticorum insectum venenis, profecit, vt tunc primum Christiani sibi fieri viderentur, & nouellam lucem veritatis adspicere. Sed vbi gloriam subsecuta inuidia est, obniti quidã & proscriptionibus minus sanis vti coepere, vt ipso ad propria remeante, alius ordinaretur Episcopus. Quod ille susurrari tantum & subdente sentiens ruminari, ipse profert, quia dicere ei nullus audebat. Absit, inquit, vt mei causa, aliqua similtas in Dei Sacerdotibus oriatur. Si propter me est ista tempestas, tollite & mittite me in mare, & desinet à vobis quassatio. Tum regressus, in Ecclesia sua quod superfuit vitæ tempus exegit. Et quoniam fessam iam ætate & corpore inualidus erat, successorem sibi ipse delegit, quo Ecclesiam gubernante, debilitatis & senectutis ocio frueretur.

De Gregorio Nazanzeno vi de Surius Tom. 3.

Multos ab hæresi ad fidem veram reuocat S. Gregorius.

Constantinopoli, natalis S. Timothei, quãdo ab Epheso eius sacra ossa delata sunt.

VI. IDVS MAII.

IOb Propheta. Romæ via Latina in coemeterio eiusdem, natalis sanctorum Gordiani & Epimachi, quos Iulianus Imperator Apostata, inter multos Christianos, publicis custodia mancipauit. B. verò Ianuarius senem presbyterum comprehensum, cuiusdã Vicario Gordiano ad audiendum tradidit. Qui B. Ianuarium patienter audiens, spiritu Dei illuminatus credere coepit. Quem protinus B. presbyter, cum vxore Mariana nomine, & familia, promiscui sexus numero liij. & eo amplius, baptizauit. Quod factum audiens Iulianus, plenus ira, damnauit inscriptionibus sanctum Presbyterum Ianuarium. Sanctum verò Gordianum similiter damnatum, in custodia publica posuit, atque cuidam Clementiano, quem Vicarium eius loco dederat, tradidit. Vxorem porro eius ad aquas Saluias manere præcepit in seruitio rusticorum.

Die 10. De his vi. de Surius Tom. 3.

S. Gordianus capite truncatur SS. Epimachus & Alexander ignibus consumitur.

rum. Clementianus autem pro tribunali residens, B. Gordianum vincum cathenis sibi præsentari fecit. Ille in confessione Christi fixus, diu plumbatis cæditur, in vltimo, capite truncatur. Cuius corpus iussit iniquus iudex ante templum Apollinis in tellure iactari, vt à canibus roderetur. Quod nocturno tempore Christiani rapientes, miliario plus minus vno ab vrbe Roma posuerunt in crypta, vbi iam pridem corpus beati martyris Epimachi sepultum fuerat. Hic Epimachus apud Alexandriam cum collega suo Alexandro, multo tempore in vinculis & in cruciatibus carceris tortus, cum in frequentibus & diuersis supplicijs confectus perdurasset in fide ignibus postremum consumitur, deinde reliquie eius Romam translata.

Item Romæ, natalis S. Calepodij senis Presbyteri, sub Alexandro Imperatore. Qui cum fecit occidi à Laodicio, & corpus trahi per ciuitatem, atque in Tyberim iactari, die Calendarum Maij. Quod inuentum piscatores leuauerunt, & narrauerunt hoc Calixto Episcopo. Acceptum itaque condidit illud aromatibus, & linteaminibus, & sepeliuit in cœmeterio eius, miliario ab Vrbe tertio, in crypta, v. Idus Maij. Tunc decollatus est ab Alexandro Palmatius consul cum vxore, & filijs, & alijs promiscui sexus de domo sua. xliij. Cum quibus & Simplicius senator cum vxore & filijs suis, & familia sua, ferè promiscui sexus, lxviii. & Felix similiter cum vxore sua Blanda, qui per doctrinam Calixti Papæ, & Calepodij presbyteri, nuper fuerant baptizati. Hic enim Palmatius Consul Alexandro Imperatori ad eum charus erat, quod acceperat ab eo potestatem, vt Christianos cogeret sacrificare. Erat autem multitudo Christianorum collecta in quodam loco trans Tyberim, inter quos beatus Calixtus Episcopus Vrbis cum clero suo, & senex presbyter beatus Calepodius, ad quos tenendum Palmatius consul milites direxit. Qui ingressi vbi erat sanctorum multitudo, subito cæci facti sunt. Palmatius hoc videns, timore perterritus, nunciavit Alexandro, atque milites in conspectu eius exhibuit. Tunc cepit Alexander clamare, O ciues optimi, videtis artem magicam? Respondit Palmatius: Si per magicam istud factum est, vbi sunt virtutes deorum nostrorum? Iubeat itaque pietas vestra offerri & immolari dijs, nè pereat Respublica per eorum incantationes. Statuitur itaque dies, & præconis voce iubentur omnes immolare Mercurio, qui in vrbe Roma erant. Factum esse autem, dum funderetur sanguis porcinus, & vitulinus, & sacerdotes, virginesque bacchantur per templum dæmonis, vna ex illis Iuliana nomine, spiritu arrepta cepit clamare: Deus Calixti, ipse viuus & verus, ipse indignatus est pro pollutionibus Reipublice vestre, & conteret Regem mortalem vestrum, quia non adoratis veritatem. Audiens hoc Palmatius, cucurrit ad beatum Calixtum trans Tyberim, vbi erat multitudo Christianorum, & cecidit ad pedes eius. Cognoui, inquit, Dominum Christum Deum esse verum, quem dæmones confessi sunt hodie. Per ipsum te coniuo, vt liberer me à cultura dæmonum, & baptizes me sicut prædicas. Quem beatus Calixtus indico ieiunio, catechizauit, & allata aqua baptizauit. Qui baptizatus cepit clamare: Vere vidi Dominum Iesum Christum, lumen verum, qui me illuminauit. Baptizata autem est & omnis domus eius. Ab eadem die omnem facultatem suam cepit pauperibus Christianis erogare, vbiunque inuenirentur, ministrans eis victum & tegumentum. Post dies triginta requiritur ab Alexandro. Nunciatum enim est ei quod Christianus esset. Tentus igitur à quodam Tribuno Torquato, missus est per triduum in custodia Mamertini, & vinculis præsentatur Alexandro. Quem videns Alexander iussit solui, cui & dixit: Sic amens es Palmati, vt deferas deos, & quaras hominem mortuum? Inter alia respondit Palmatius: Feci quasi infelix, modò autem cognoui quod verum est. Tunc Alexander tradidit eum cuidam senatori Simplicio, vt reuocaret eum ad culturam deorum mollibus verbis. Sed Palmatius ieiunijs, orationibus & vigilijs studens, non cessabat lachrymis Deum Patrem omnipotentem & Dominum Iesum Christum filium eius deprecari. Veniens autem ad eum quidam Felix nomine, rogabat eum pro vxore sua, quæ à quatuor annis iacebat clinica. Beatus Palmatius præsentem vxore Simplicij & omni familia, cecidit in terrâ, & cum lachrymis orare cepit: Domine Deus, qui illuminasti seruum tuum, & donasti mihi lumen æternum Dominum Iesum Christum, salua ancillam tuam Blandam, & alleua eam de lecto doloris, vt cognoscant omnes, quia tu es Creator omnium rerum. Quæ illico sana surrexit. Quod videntes Simplicius & Felix, & reliqui qui in domo Simplicij erant, ceperunt

Palmatius cum domo sua capite cæditur.

Alexander virtutē diuinā arti magicæ adscribit.

S. Palmatij cœcuratio.

Virtutum eius exercitia.

Sanat clinica ab infirmitate

SURIUS

g. bar.
u. ober.
RVIII
5

runt virgē B. Palmatium vt baptizarentur. Qui mittens vocauit sanctum Calistū,
& baptizati sunt omnes in nomine Domini Iesu Christi.

Item Romæ via Latina ad centum aulas, natalis sanctorum Quarti & Quinti, &
aliorum multorum.

V. IDVS MAIL.

Romæ via Salaria miliario xxij. natalis S. Anthimi presbyteri & martyris.
Vienna, depositio beati Mamerti Episcopi, qui ob imminentem cladem,
solennes ante Ascensionem Domini litanias instituit.

Die 11.
De Anth.
& Mamerto
vide Surium T. 3.

IIII. IDVS MAIL.

Romæ, in cœmeterio Prætextati, natalis sanctorum martyrum Nerei & Achil.
Iei fratrum, qui fuerunt eunuchi. B. Flauie Domitilla, quique cum ea apud In-
sulam Pontiam longum pro Christo duxerunt exilium. Postmodum verò ab Au-
reliano sponso Domitilla (quem ipsa ob amorem Christi spreuerat) primò verbe-
ribus grauissimis attriti, deinde Mominio Rufo consulari sunt traditi, à quo cum
eculeo & flammis compellerentur ad immolandum, & dicerent se à B. Petro Aposto-
lo baptizatos nulla ratione posse idolis immolare, capite cæsi sunt. Quorum corpo-
ra rapuit Auspicius discipulus eorum nutritor sanctæ virginis Domitilla, quæ etiã
nauiculæ imposita, adduxit, & in prædio Domitillæ in crypta arenaria sepeliuit, via
Ardeatina à muro vrbis miliario secundo.

Die 12.
De his mar-
tyribus Su-
rius T. 3.

Item via Aurelia miliario secundo, natalis S. Pancratij martyris, qui cum esset an-
norū xiiij. sub Diocletiano martyrium capitis detractione compleuit. Cuius re-
uerendum corpus Octauiilla illa stris foemina occultè noctu sublatum, aromatibus
conditum sepeliuit.

De Præra-
tio Surius
Tom. 3.

Eodem die, B. Dionysij patrum eiusdem B. Pancratij, cuius studio idem Pancrati-
us & baptizatus & in timore Domini confortatus ad martyrium animatus est. Ipse
cū præmijs cælestibus, charus & dignus Deo, in pace diem vitæ huius clausit. Sed &
tunc temporis passa est virgo sacratissima Sotheris, homine & genere nobilis, sub
Diocletiano Augusto.

De Diony-
sio in ge-
stis eiusdē
Pancratij
Tom. 3.

Eodem die apud Cyprium, sancti Patris nostri Epiphanijs Salaminæ Episcopi.

III. IDVS MAIL.

Natalis S. Mariæ ad martyres. Foca Imperatore, beatus Bonifacius Papa in vete-
ri fano quod Pantheon vocabatur, ablatis idolo iatriæ sordibus. Ecclesiã beatę
semper virginis Mariæ & omnium martyrum dedicauit. Cuius dedicationis sacra-
tissima dies agitur Romæ iij. Idus Maij.

De Epipha-
nio Surius
Tom. 3.
Die 13.

Ipso die, S. Seruatij Trugrensis Ecclesiæ Episcopi. Qui tempore quo Hunni Ger-
maniam vastabant, ne ciuitatis atque Ecclesiæ suæ videret excidium Domini reue-
lacione commonitus, transiit ad vicum Traiectensium. Ibi quæ defunctus atque in
medio publici aggeris est sepultus. Ob cuius meritū hominibus demonstrandum,
cū tempore hyemis omnia in circuitu nix replet, nunquam sepulcrum eius ope-
ruit, donec industria ciuium, basilica super ipsum ædificata est.

De Serua-
tio Surius
Tom. 3.

Miraculū.

PRIDIE IDVS MAIL.

Sancti patris nostri Pachomij, qui cum esset factis Apostolica gratiæ insignis, fun-
datorque Aegypti cœnobiorum, scripsit monachorū regulas, quas Angelo dictā
te dederat, simul & de tempore paschali.

Die 24.
De Pacho.
Surius T. 3.

Ipso die in Syria, natalis Victoris & Coronæ, sub Antonino Imperatore, Duce
Alexandriæ Sebastiano. Erat autem Victor miles à Cilicia, cui Sebastianus in con-
fessione fidei confringi digitos, & euelli iussit à cute, deinde illum in caminum
ignis mitti, vbi triduo permanens, non est læsus. Deinde venenum bibere iussus nō
est mortuus, sed veneficum potius ad fidem conuertit. Postea iussus est, neruos
corporis eius tolli. Deinde oleum bulliens mitti in pudendis eius. Post hoc iussit
lampades ardentes suspenso ad latera applicari. Post hæc acetum & calcem simul
misceri, & dari ei in ore. Deinde oculos erui. Deinde triduo iussit capite suspendi,
& dum adhuc spiraret, iussit eum excoriari. Tunc Corona cum esset vxor cuius-
dam militis, cœpit beatificare sanctum Victorem pro gloria martyrij. Et dum hoc
faceret, vidit duas coronas de cælo lapsas, vnā Victori, & alterā sibi missam. Cum
quæ & hoc cunctis audientibus protestaretur, tenta est à duce, iussusque est duas
arbores palmas curuauit adinuicem, & canabinis funibus ligari Coronam, in vtrif-
que manibus & pedibus, & sic arbores dimitti. Quod dum fieret, diuisa est Corona
in duas

S. Victor
grauissi-
mis tormē-
tis affici-
tur. Vide
Surius T. 3.

S. Corona
in duas par-
tes

cc

tes fecatur & Victor decollatur in duas partes, & sic æterna vitæ coronam accepit. Erat autem xvj. annorum. Tunc quoque Victor decollatus, & ipse victoriæ perennis triumphum meruit.
* Mediolani, Victoris, Camoris, Felicis, Rustici, & sanctorum cccc. iij. martyrum, qui cum S. Cirico passi sunt.

IDIBVS MAII.

Die 15.
De his vber-
rimè in An-
nalibus Hi-
spanicis, nu-
per editis.

A Pud Hispanias, natale sanctorum confessorum Torquati, Thesiphontis, Secundi, Indalecij, Cæcilij, Estitij, Eufraij. Qui Romæ à sanctis Apostolis Episcopi ordinati, & ad prædicandum verbum Dei ad Hispanos tunc adhuc gentili errore implicatos, directi sunt. Cumque ad ciuitatem Accitanam venissent, & propter laborem itineris modicum quiescentes, causa victus emendi discipulos in urbem mississent, mox paganorum multitudo, qui tunc fortè dijs suis festa celebrabāt, eos vsq; ad fluuium persecuta est, in quo pons miræ magnitudinis & firmitatis extructus, transeuntibus sanctis, Dei nutu, cum omni sequentium multitudine funditus corruit. Ad quod miraculum cæteri territi, & cuiusdam magnæ senatrici Lupanariæ (quæ diuinitus inspirata, eos benignè suscipiens credidit) exemplum sequuti, relictis idolis, Christo Domino crediderunt. Post hoc diuersis vrbibus euangelizantes & innumeras multitudines Christi fidei subiugantes, Torquatus Acci, Thesiphon Vergij, Secundus Abuli, Indalecius Vrci, Cæcilius Heliberri, Estitus Carceæ, Eufrasius Heliturgi quieuerunt. Extrat vsque hodiè illustre miraculum ad commendationem pretiosæ mortis eorum. Nam eadem solennitate apud præfatam Accitanam urbem, ad sepulcrum sancti Torquati arbor oliuæ diuinitus florens, maturis fructibus onustatur.

Greg. turō
de gloria
martyrum
cap. 10.

Apud insulam Chium, natalis S. Isidori martyris. In cuius basilica extat puteus, in quo & fertur iniectus. De cuius aqua energumeni, febricitantesque, vel reliqui infirmi sæpius potati saluantur.

Apud Lampasum, passio sanctorum Petri & Andrea, Pauli & Dionysij.

XVII. CALENDAS MAII.

Die 16.

A Pud Isauriam, natalis sanctorum Aquilini & Victoriani, quorum gesta habentur.

Apud Antisiodorum, passio sancti Peregrini, Episcopi primi ciuitatis ipsius. Et in pago Foroiuliensi, vico qui vocatur Calidianus, sanctæ Maximæ virginis, quæ multis clara virtutibus, in pace quieuit.

*al Episco-
pi.

* Trecaflino, depositio Fidoli * presbyteri, & confratris Brendani Abbatis.

XVI. CALENDAS Ivnii.

Die 17.
Derorpete
habetur fe-
cunda parte
aureæ legē
dæ.

In Tuscia, natale sancti Torpetis martyris sub Nerone principe. Hic magnus in officio Cæsaris Neronis fuit, & à beato Antonino baptizatus, & in fide Christi eruditus est. Hunc Nero cum cognouisset esse Christianum, tradidit cuidam pro-pinquo suo Satellico, vt impelleret eum sacrificare. Sed cum spiritu Dei confortatus, & in fide fundatus, vir beatus immobilis permaneret, fecit eum Satellicus alapis cædi, & ligatum ad columnam tandiū verberibus affici, quousque sanguis guttatim de corpore ipsius deflueret. Sed subito dum martyr caderetur, columna cadens oppressit iudicem, & quinquaginta cum eo viros. Indè tentus à ministris, positus est in rota. Postea feris obijcitur à filio Satellici, nomine Syluio, sed minime ab his est læsus. Cuius constantiâ & virtutem quidam consiliarius Neronis Euclius nomine inspiciens, Christo credidit. Ac post paululum baptizatus, decollatus est in vrbe Roma v. Calendas Maij, martyrijque honore coronatus. Sed & beatus Torpes, iubente Syluio foras ciuitatem Pisanam ductus, decollatione martyri-um suum compleuit iij. Calendas Maij. Huius corpus ministri sceleris impositum penè fractæ & cariosæ nauis, simul cum cane & gallo proiecerunt in decursum fluminis. Apparens autem Angelus Domini cuidam venerabili foemina, cuius nomen Celerina, monuit, vt perquireret martyris corpus, & sepeliret. Quod illa celerius complens, inuentum cum omni reuerentia sepeliuit, & de facultatibus suis, cessante, persecutione, ecclesiam miro opere supra cõstruxit. Agitur festiuitas martyris & conuentus ciuium xvj. Calendas Iunij.

Die 18.
S. Dioscori
laminis igni-
tis aduri-
tur.

A Pud Aegyptum, natalis sancti Dioscori Lectoris: In quem præses multa & varia tormenta exercuit, ita vt vngues eius effoderet, & lampadibus eius latera inflammeret: sed cælestis luminis fulgore territi ceciderunt ministri. Nouissime laminis

SURIUS

g. bar
Kober
RVIII
S

laminis ardentibus adustus martyrium consummavit.

XIII. CALENDAS IUNII.

Roma, natalis sancte Potentiana virginis, quae illustrissimi generis, Pudentis discipuli sancti Pauli Apostoli filia fuit. Cuius mater Sabinella, soror verò Praxedis, quae piissimus pater earum Pudens in omni religione Christi erudiuit, virgines quae Christo reliquit. Quae post obitum sancti patris in omni exercitatione pietatis ita excreuerunt, ut nocte dieque incessanter hymnis & orationibus cum familia sua Domino inferirent, beatissimo Pio urbis Episcopo cum eis in laudibus Dei participante. Remunerationem igitur pro piissimis laboribus suis percepturae, quae per gratiam Christi fructuose consummauerant, post innumeros agones, post multorum martyrum venerabiliter exhibitas sepulturas, post omnes facultates suas in visceribus pauperum inclusas, Christo quae fideliter commendatas, tandem de terris ad Christum migrauerunt. Potentiana venerabilis quarto decimo Calendas Iunii, posita in caemeterio Priscillae via Salaria: Praxedis verò virgo aequè sanctissima duodecimo Calendas Augusti, & ipsa cum sorore iuxta patrem sanctum Pudentem posita.

Eodem ipso die, beatissimi Pudentis patris supra nominatarum virginum, qui ab Apostolis, Christo in baptismo vestitus, innocentem tunicam usque ad coronam vitae immaculatè custodiuit & seruauit.

Item Roma, natalis sanctorum Calocerij & Partemij eunuchorum uxoris Decij Imperatoris: quorum cum esset vnus praepositus cubiculi, alter primicerius, nolentes sacrificare idolis, à Decio occisi sunt. Corpora eorum iuxta viam Appiam posita quartodecimo Calendas Iunii.

XIII. CALENDAS IUNII.

Roma via Salaria, natalis sanctae Basilae virginis & martyris Christi. Quae cum esset ex genere regio, & haberet sponsum illustrissimum nomine Pompeium per beatam Eugeniā & sanctos Dei viros Protam & Hyacinthum conuersa ad fidem accusata est à praefato sponso suo quod esset Christiana. Decevit continuo Gallienus Augustus, qui tunc Christi persequebatur Ecclesiam, ut aut sponsum reciperet, aut gladio interiret. Conuenta de hoc, respondit, se Regem regum sponsum habere, qui est Christus filius Dei. Et cum hoc dixisset, gladio transuerberata est.

Eodem die in Gallijs ciuitate Nemauso, natalis Baudelij martyris: Qui à paganis deorum suorum sacrificia celebrantibus, comprehensus, cum sacrificare nollet, & in fide Christi immobilis inter verbera & tormenta persisteret martyrij palmam preciosa morte percepit.

* Item passio sanctae Saturninae virginis.

XII. CALENDAS IUNII.

IN Mauritania Caesariensi, natalis sanctorum Timothei, * Pollij & Eurychij diaconorum: Qui apud praefatam regionem verbum Domini disseminantes, pariter coronari meruerunt.

* Antifiodori, depositio beati Valis presbyteri & confessoris, & Valētis martyris.

Item apud Caesaream Cappadociae, natalis sanctorum Polyeucti, Victorij, Donati.

XI. CALENDAS IUNII.

Natale sanctae Iuliae, quae cum Carthago ciuitas capta esset, ducta est captiua, & sortita in seruitutem deuenit cuiusdam Euchij ciuis Syriae Palaestinae. Cui diligenter seruiens, expleto eius seruitio, acceptaque requie, aut orationi, aut lectio. ni insistebat. nam & corpus suum ieiunijs affligebat. Vnde dominus eius quantum paganus, valde eam admirans, saepius admonebat, ne taliter se affligeret. Sed illa nec blandimentis, nec etiam monitionibus ab hoc quod inchoauerat, recedebat, excepto die Dominicae Resurrectionis. Deinde contigit ut dominus ipse vna cum ipsa veniret in Corsicam, & ibi sacrificantibus alijs, coepit & ipse dijs immolare. Sed beata Iulia videns errorem illorum, condolebat. Audiens quidam princeps Felix saxo nomine, quod illa nollet sacrificare, quae suam eam à domino suo, ut receptis in illius vice quatuor ancillis, sibi ea daretur. Cui ille pro magno eius seruitio noluit eam tribuere. Tunc praefatus Felix callidè fecit domino suo conuiuium, quatenus ipso ex nimia potatione soporato, & ignorante, de nauis ipsius eam tolleret. Quod & factum est. Nam ipso inscio, ducta est beata Iulia ante Felicem

Die 10.

SS. Potentiana & Praxedis exercitia.

Felix caris obitus.

Die 20. De Basilide habetur in gestis S. Eugenii 25. Decembris

Turone de glo. martyrum cap. 78

Die 21. Val. Polij, Polyti, Hippolyti.

Die 22.

S. Iulia corpi sum ieiunijs affligit.

SURIUS

g. ber
10. ber
RVIII
5

Multis affe-
ctis supplicij,
eadem crucifigi-
tur.

licem. Cumque blandimentis Felix ei non potuisset suadere, ut sacrificaret, præcepit eam alapis cædi, deinde crinibus torqueri, atque flagellari, ad extremum etiam crucifigi, & sic in ipso patibulo vltimum efflauit spiritum. De cuius ore sanctissimo columba exiuit, & caelum petiuit. Tunc per Angelos, diuina dispensante gratia nunciatum est hoc quibusdam monachis in insula Margarita, quæ nunc vulgo Gorgona dicitur, consistentibus. Illi hoc audito, assensus nauibus, summa cum festinatione venerunt in Corsicam, & inuenerunt sicut sibi ab Angelis fuerat reuelatum. Dein summa cum reuerentia deponentes corpus eius de cruce, iuuante Domino, celeriter ad sua reuersi sunt. Et ibi, videlicet in ipsa Margarita insula condientes corpus eius cum aromatibus, posuerunt in monumento cum gaudio. Postea autem de ipsa insula Anza Regina vxor Desiderij Regis Longobardorum, præcepit corpus eius afferri, & in monasterio, quod ad honorem ipsius construxit, Brixia mirificentissimè collocauit.

Transfertur Brixia.

Sermone.

Eodem die in Africa, SS. Casti & Aemilij, qui per ignem passionis martyrium consumpauerunt. Scribit Cyprianus in libro de lapsis.
* Romæ, natalis sanctorum Faustini & Timothei, & aliorum,
* Antiochiae, depositio & translatio sanctæ Helenæ virginis.
* In Cæsaria Cappadociæ, natalis sancti Poliocti.

X. CALENDAS IUNII

Die 23.

Veri pastoris officij, pro ouibus animam ponere.

Apud Lingones, passio sancti Desiderij Episcopi, qui cum plebem suam ab exitu Vandalorum vastari cerneret, ad Regem eorum, pro ea supplicaturus exiit: à quo statim iugulari iussus, pro ouibus sibi creditis ceruicem libenter tetendit, & percussus gladio, migravit ad Christum. Percussor verò eius mox amentia correptus interijt. Sepultus est ibidem, beatus martyr, in basilica iuxta vrbis muros quod fidelium populus à Christo ei commissus, præcipuo ipsius amore, & pia deuotione ad tutelam ciuium fieri procurauit. Passi sunt autem cum eo plures alij de numero gregis sui, & apud eandem urbem conditi.

Ado. Viennensis in Chr. anno, 582.

Apud Viennam, natalis sancti Desiderij Episcopi, qui passus est in territorio Lugdunensi, in villa Prisciniaco, super fluuium Calarona, cuius vita plena miraculis refult: qui in Viennensi ecclesia sepultus honoratur.

IX. CALENDAS IUNII

Die 24.

de coact.

Lu. 1. & 24.

Turò. cap. 50. & Surius Tom. 3. *al. Zoili Die 25. De coingestis S. Cecilie Tô 6. Surius.

Natalis sancti Manahen. Herodis tetrachæ collactanei, doctoris & propheta sub gratia noui testamenti, apud Antiochiam in Christo quiescentis.

Item beatissimæ Iohannæ vxoris Chuse procuratoris Herodis, quam commemorant Euangelistæ. Item in portu Romano, natalis sancti Vincentij martyris.

In Gallijs ciuitate Nannetis, natalis SS. martyrum Donatiani & Rogatiani fratrum In Histria, natalis sanctorum * Zoelli Seruilij, Syluani & Dioclis.

VIII CALENDAS IUNII

Die 25. De coingestis S. Cecilie Tô 6. Surius.

Romæ via Numentana, in coemeterio Prætextati, natalis sancti Urbani Episcopi & martyris. Cuius doctrina, sub persecutione Alexandri, multi martyrio coronati sunt. Hic sedit in Episcopatu annos quatuor, menses decem, dies * decem.

Ponti fca. le. cap. 41.

Item Romæ Eleuterij Papæ, qui sedit annos quindecim. Hic accepit epistolas à Lucio Britannico Rege, ut per eius madata Christianus fieret. Sepultus est iuxta corpus beati Petri Apostoli.

Amb. epist. 82. ad Ver. cell.

Mediolani, S. Dionysij Episcopi & confessoris. Qui ab Imperatore Costantino Ariano apud Cappadociam pro fide catholica damnatus exilio, ibidem requieuit. Reliquias corporis eius, per sanctum Basilium præfatæ vrbis Episcopum receptas, beatus Ambrosius condigno honore condidit.

Eodem die apud Mysiam, ciuitate Dorostoro, natalis sanctorum martyrum Paficratis, Valentionis, & aliorum duorum coronatorum.

VII. CALENDAS IUNII

Die 26.

Hier. de v. ris illust. cap. 29.

Apud Athenas, natalis sancti Quadrati, Apostolorum discipuli, qui in locum dispersam, fide & industria sua congregat. Cumque Adrianus Athenis exisset hinc, inuisens Eleusinam, & omnibus penè Græciæ sacris initiatus, dedisset occasionem his qui Christianos oderant, absque præcepto Imperatoris vexare credentes: porrexit ei libellum pro nostra religione compositum, valde vtilem, plenumque rati.

rationis & fidei, Apostolica doctrina dignum: in quo & antiquitatem suæ ætatis ostendens, ait, plurimos à se visos, qui sub Domino varijs in Iudæa oppressi calamitatibus sanati fuerant, & qui à mortuis resurrexerant. Quia vna cū filiabus Philippi & in prophetica gratia celeberrimus fuit.

Item eodem die, natalis S. Quadrati martyris, in cuius solennitate S. Augustini sermones habiti inveniuntur.

Romæ, beatorum martyrum Symmetrij presbyteri, & aliorum viginti duorum, quos Antoninus Imperator gladio pro Christo puniri fecit. Quorum corpora nocte beata Praxedis collegit, & sepeliuit in cœmeterio Priscillæ, sub die septimo Calen. Iunij. Item Tuderti Tusciæ, natalis SS. Felicissimi, Heraclij, Paulini.

In territorio Antifiodorensi, passio sancti Prisci martyris cum ingenti multitudi-

ne. In Britannijs, S. Augustini Episcopi & confessoris. Qui missus à beato Papa Gregorio, primus genti Anglorum Christi Euangelium prædicauit, atque illic virtutibus & miraculis gloriosus quieuit.

* Item natalis venerabilis Bedæ presbyteri & confessoris, ac Doctoris celeberrimi.

VI. CALENDAS IUNII.

A pud Mæsiam ciuitate Dorostorensi, natale sancti Iulij, qui tempore persecutionis cum esset veteranus, & emeritæ militiæ, comprehensus ab officialibus, & Maximo præfidi oblatu, nolens sacrificare idolis, & nomen Domini Iesu Christi constantissimè confessus capitali sententiâ punitus est. Cumq; duceretur, ad locum eadè implendæ, Estitius quidam miles, cum & ipse ob fidem Christi comprehensus detineretur, rogabat eum dicens: Memor esto mei: nam & ego subsequor te. Plurimum etiam saluta Passeratam & Valentionem famulos Dei, qui nos iam per bonam confessionem præcesserunt ad Dominum. Iulius verò osculatus Estitium dixit: Frater, festina venire, mandata enim tua iam audierunt quos salutasti. Sic accepto oratio, ligans sibi, oculos martyrij palmam, gladio cadente percepit.

In Gallijs ciuitate Arausica, S. Eutropij Episcopi cuius vitam illustrem virtutibus ac miraculis, Verus Episcopus luculentè sermone describit.

V. CALENDAS IUNII.

Natalis sancti Iohannis Papæ, quem (quia orthodoxus erat, & à Iustino Imperatore orthodoxo Constantinopolim veniens gloriôsè susceptus fuerat) Theodorico Rex Arianus reuertentem, Rauennæ in custodia retentum, ad mortem vsque, cum alijs æquè catholicis viris, perduxit. Huius meminit S. Gregorius in libro Dialogorum. Cuius corpus translatum de Rauenna, sepulchrum est in basilica S. Petri Apostoli quinto Calendarum Ianuarij, Olybrio consule.

Eodem die apud Parisios, natalis sancti Germani Episcopi & confessoris.

Item apud Sardiniam, sanctorum Aemilij, Felicis, Priami & Luciani.

* Romæ via Numentana, miliario quartodecimo, natalis sanctorum Ephycati Eustasij, Victorij, Castulæ.

III. CALENDAS IUNII.

Romæ, via Aurelia, sancti Resituti: Via Tyburtina, septem germanorum.

* In Africa, natalis sanctorum Primi, Acydie, Passiomoni, & aliorum 154. Treuiris, beati Maximini Episcopi: à quo Athanasius persecutionem Constantij fugiens honorificè susceptus est.

Item passio sancti Cononis martyris & filij eius sub Aurelio Imperatore, in Iconio, ciuitate prouinciæ Iaurie, Iudice Domitiano. Hic cum esset fide præclarus, exhibitus Iudici cum filio suo annorum duodecim, Spiritum sanctum in se habitare veraci confessione manifestauerunt. Primum itaque ignito ferro superpositi: Deinde craticulam prunis suppositis & oleo superinfuso constanter superauerunt. Inde fruxoriam: inde suspensi, & valido igne sub eis adhibito, malleo ad extremum ligneo manus eorum contrita, in laudem omnipotentis Dei, spiritum emiserunt.

Eodem die, natalis sanctorum Sisinnij, Martyrij, atque Alexandri, qui in Ananiam partibus persequentibus gentilibus viris, martyrij coronam adepti sunt. Hos Vigilius Tridentinæ vrbs Episcopus & martyr ad regionem vicinam (cui vocabulum Ananiam) ad prædicandum misit. Ex quibus vnus Sisinnius senex venerabilis, genere Græcus, ex prouincia Cappadocia fuit. Igitur dum per aliquot tempus ver-

Act. 22

Vnius meminit post diu.

De S. Aug. Surius T. 3.

Die 27.

S. Iulius cū pite cæditur.

Item S. Estitius.

Die 28.

Li. 4. ca. 30. Pofit. e. 55.

De Germania Surius Tom. 3.

Die 29.

Vita Maximini habetur 3. To. Surijs, sed videtur apocrypha.

De his Surius To. 3.

SURIUS

g. bar
Novem
RVIII
5

334 MARTYR. ADONIS ARCHIEP. TREVIREN.
bum Dei prædicarent, turba gentilium indignè ferens, aduersus sanctos Dei plu-
gnatura confurgit. Contigit autem, vt secundum gentilem consuetudinem, per
quinq; annos, ob culturam ruris sui, diabolica pompa semina sua circumirent,
luctuosos ornatibus coronati, Saturno victimas immolaturi. Tunc & ipsi appra-
hensi à multitudine gentilium, immolare iubentur. Quibus reluctantibus, tanta
cæde sunt mactati, vt vix extremum spiritum traherent. Interim vna nocte dila-
ta, mox peruenitur ad coronam martyrii. Nam sanctus Sifinnius tuba arca percuf-
sus in capite, atque securibus confossus, iuxta ipsius ecclesiæ limina decubuerat.
Sanctus verò Martyrius comprehensus stetit immobilis, & agens gratias Deo, vul-
neratus capite securibus, atque sudibus trāsforatus, ducebatur ad idolum: in quo
itinere reddidit spiritum. Multitudo autem gentilium tunc apprehendentes san-
ctorum corpora, & in collo S. Sifinnij tintinnabulum suspendentes, insultabant
dicentes: Modò te vindicet Christus. Igitur inter corpora sancti Sifinnij & Mar-
tyrii viuis Alexander trahendus apponitur, vt per iter asperum membratim cor-
pora distingerentur. Vbi ergò peruenerunt ad aram Saturni, ignem copiosum cor-
ctum, sanctorum corporibus immiserunt. Sanctum autem Alexandrum flagel-
lantes, interrogabant, si vellent euadere flammam, vt sacrificaret Saturno. Sed ille
contemnens impias voces, gloriose passionis excepit palmam. Hæc cum sexta fe-
ria acta fuissent quando Saluator sue rat crucifixus, umbra quædam nigra proxi-
ma terra, mox totam texit regionem, fulminibus creberrimis discurrentibus, vt &
ipsi impij constiterent terrore percussi, hoc sanctorum causa fieri. Quorum etiam
reliquias cum postmodum Mediolanenses summa deuotione susceperet, quidam
cæcus ex litore Dalmatino adueniens, tacto loculo lumen recepit, vt sanctus Pau-
linus scribit in vita S. Ambrosij.

88. Sifinni-
us & Mar-
tyrius à
paganis
interimū-
tur.

S. Alexan-
der ignib;
inicitur.

III. CALENDAS IVNII.

Dieso.
de Felice I.
Pontificali
cap. 27.

Romæ via Aurelia in cœmeterio, natalis sancti Felicis Papæ. Qui cum annis
quinq; rexisset Ecclesiam, sub Claudio principe, martyrio coronatus est. Hic
constituit supra memorias martyrum Missas celebrari.
Turribus Sardinia, natalis sanctorum martyrum Gabini & Crispoli.
* In Antiochia, sanctorum Syci & Palatini.
* Item in Nicomedia, natalis multorum sanctorum.

PRIDIE CALENDAS IVNII.

Dic 11.
De Petro-
nella habe-
tur 12. Ma-
risan gestis
Nerci.

Romæ, sanctæ Petronellæ virginis. Hæc fuit filia beatissimi Petri Apostoli, quæ
post multa miracula sanitarum, cum eam Flaccus Comes suo vellent coniu-
gio sociare, tridui inducias postulans, & cum sancta virgine Felicula collaudan-
cia sua continuis ieiunijs atque orationibus vacans, tertio celebra-
tionis mysterijs, mox vt Christi sacramentum accepit, reclinans se in lectulo, emi-
sit spiritum.

De his Su-
rius rō. 3.

Eodem die apud Aquileam, natalis sanctorum martyrum Cantij, Cantiani, &
Cantianillæ fratrum.
Turribus Sardinia, natalis sancti Crescentiani martyris.

IVNIUS HABET DIES XXX.

LVNAM VICESIMAM NONAM.

CALENDIS IVNII.

Dic 1.



DEDICATIO sancti Nicomedis martyris & presby-
teri apud urbem Romam, cuius martyrium celebratur
xvij Calen. Octob.

* Hi libri
non extant

De viris il-
lust. ca. 85.

Apud Cæsaream Palæstina, natalis sancti Pamphili
presbyteri, viri admiranda fidei & sanctitatis, qui sub per-
secutione Maximi, martyrio coronatus est. Huius vi-
tam Eusebius Cæsarensis Episcopus tribus libris com-
prehendit. Sed & beatus Hieronymus scribit, quædam
volumina manu eius exarata se reperisse. Quæ tanto
inquit,

inquit, amplector & seruo gaudio, vt Croesi, opes habere credam. Si enim latitiae est vnam epistolam habere martyris, quanto magis tot millia veruum, quae mihi videtur sui sanguinis signasse vestigijs?

Ipsa die, sancti Caprasij Abbatis monasterij Lirinensis. Apud Viennam, sancti Claudij xj, Episcopi.

III. NONAS IVNII

Romæ, Marcellini Presbyteri & Petri Exorcistæ, sub Diocletiano, Iudice Sereno. Factum est dum teneretur beatus Petrus in obscurissimo carcere vinculis ferreis adstrictus, vt custos carceris nomine Artemius haberet filiam dæmoniacam, quam vnicè diligebat. Cui vir Dei Petrus dixit: Audi consilium meum Artemi, & crede vnigenitum filium Dei viui Dominum nostrum Iesum Christum, qui est liberator omnium in se credentium. Si credideris, saluabitur filia tua. Cui Artemius: Miror impudentiam consilij tui. Te Deus tuus liberare non potest, cum illi credas, & quotidie pro eius nomine plagas & vincula perferas, quomodo poterit filiam meam liberare si ei credidero? Si me vis credere Deo tuo, ecce ego duplicabo super te catenas, & claustra omnia carceris muniam: te autem ipsum in ipsa ima solum includam. Si de his omnibus liberauerit te Deus tuus, credam ei. Cui beatus Petrus ascensum dedit, promittens ad domum illius se venturum, hoc inquam faciam non ad libitum tentationis tuæ, sed ad declarationem diuinitatis Domini mei Iesu Christi. Agitans caput Artemius: Iste, inquit, homo nimijs passionibus fatigatus aliena loquitur, & hæc dicens abscessit. Narravitque gesta & dicta uxori suæ Candidæ. Et ecce subito noctis initio, adest homo Dei Petrus, Artemio & Candidæ, indutus vestibus candidis, tenens in manu sua triumphum Crucis. In cuius vestigia corruentes illi, clamabant: Verè vnus Deus est, & verus Dominus noster Iesus Christus. Statimque filia eorum nomine & corpore virgo a spiritu immundo vexata curata est. Et cum hoc fieret, omnes qui in domo Artemij erant crediderunt. Conuenitque multitudo vicinorum amplius quam trecentorum, mulierum verò abundantior numerus, clamantium: Præter Christum non est alius Deus. Cumque omnes cuperent fieri Christiani, adduxit vir Dei Petrus Marcellinum Presbyterum, qui omnes vnanimiter baptizauit. Sed Artemius omnes qui in vinculis erant absoluuit, qui & omnes baptismi gratiam perceperunt. Audiens hoc iudex Serenus, iussit Marcellinum Presbyterum & Petrum Exorcistam præsentia suæ exhiberi. Et auditum beatum Marcellinum iussit pugnæ cædi in ambabus arterijs. At ubi defecerunt cadentes, ab eo Petro separato, iussit vt nudus super vitri fragmenta sternere in custodia, & victus ei & lumen negaretur. Petrus conuersus ad Serenum dixit: Cum sis nomine Serenus, totum te nubilum & tenebrosum factis ostendis. Tunc & ipsum Serenus iussit vinculis recipi, & pedes in cippo arctissimo constringi. Factum est dum separati essent, apparuit Angelus Domini Marcellino præbytero oranti nudo, & induit eum vestimentis suis, & adduxit eum ubi beatus Petrus eratin cippo & ferro. Sed & ipsum soluit, & ambos perduxit ad domum ubi nuper baptizati orabant. Non post multum verò, cum beatus Artemius cum uxore & filia sententiam capitalem suscepissent, comprehensi & illi ab his qui sanctos Dei martyres puniunt erant, alligati sanctis manibus retrò ad arborem, vsque dum nunciaretur iudici Sereno de eis. Ille iussit eos duci in syluam nigram quæ hodie in honore sanctorum sylua candida appellatur, & in eadem ambos pariter decollari. Cumque ventum fuisset in media sylua, ipsi sibi manibus suis mundaerunt locum à spinis, ubi orantes simul, & dantes sibi pacis osculum, genu posito decollati sunt. Et qui eos decollauit, vidit animas eorum splendide ornatas ab Angelis ferri ad cælos. Et pænitentiam agens, sub Iulio Papa baptizatus est in senectute sua, nomine Dorotheus. Quorum corpora, reuelantibus se beatis martyribus, tulerunt postmodum Lucilla & Firmina Christianissimæ foeminae, & iuxta sanctum Tyburtium in inferiori parte cryptæ sepelierunt quinto Calen. Septemb.

Ipsa die Lugduni, sanctæ Blandinæ cum xlvij. martyribus, temporibus Marci Aurelij Veri, & Antonini atque Lucij filiorum eius, quando permultas Romani orbis prouincias, & acclamatione & seditione vulgi, persecutiones aduersus Christi-

De Caprasij
T. j. Suriij
f. c. d. e. d. l.
tionis.

Die x.

pe his mar
tyribus Suri
us To. 3.

Eccè signū
Crucis mū
rū in expu
gnabilem:

S. Artemio
cū magna
multitudi
ne baptiza
tur.

S. Artemio
cum uxore
& filia capl
te damna
tur.

SS. Marcell.
& Petrus gl
dio cedun
tur.

pe his mar
tyribus Suri
us To. 3.

Christia-
ni dire af-
figuntur.

stianos durissima concitata sunt, ita ut millia multa martyrum per loca singula fierent. Quo tempore apud Lugdunum & Viennam vrbes Gallia, erga Deum sectuos supra omne narrationis genus, suppliciorum & cruciatuum modus exhibitus est. Ita, ut primò domorum illis prohiberetur habitatio, tum deinde vsus balnearum: post etiam processus ad publicum: ad vltimum, ne omnino in quolibet loco domi forisque publico priuatoque viderentur. Denique quodam adstante Tribuno & Primoribus ciuitatis pro solis acclamationibus populi correpti, & in carcerem trusi sunt Christiani, vsque ad presentiam Præsidis: Cuique aduenienti offeruntur. In quos ille tanta crudelitate vsus est, ut fau-

* al. Veti-

Vetius E-
pagatus
Christia-
norum ad
uocatus.

1. Iohã. a.

* al. Po-
thinus.

S. Photin
ad tribu-
nal ductus.

Multis af-
fectus po-
nis, sancti
in carcere
efficit ani-
mam.

Beatus SA-
ctus diaco-
nus Jami-
nis ignitis
aduritur.

Diuinitus
corpus ei
curatur.
S. Athali
genus &
patria.

Is carceri
mācipatur
cum mul-
tis alijs.

tia eius species singulas nemo possit exponere. * Vetius igitur Epagatus, vnus è fratribus, zelo diuino & feruore spiritus plenus, cum crudelia ferus Dei supplicia videret inferri, & contra ius fasque tot poenas humanis visceribus excogitari, indignitatem rei vltra non ferens, poposcit se audiri. Erat enim inter suos nobilissimus & cruditissimus. Verum cum defensionem eius non reciperet obstinatio Iudicis, inquit tantum ab eo si & ipse Christianus esset. Vtque Christianum se esse clarissima & libera voce testatus est: Tanquam aduocatus inquit, Christianorum, & ipse victorum numero societur. Ille verò habens in se aduocatum pro nobis Iesum, hoc nomine meruit honorari: sancti presbyteri Zacharie (qui erga sanctos plenitudinem charitatis ostenderat) secutus exemplum. Qui & ipse dum fratribus adest, & defensionem libertatis, quæ in nostra religione consistit, exequitur, Dominicum sequutus exemplum, animam suam pro omnibus suis posuit, & pro amicis. Verum beatus * Fotinus Lugdunensium Episcopus, cum nonagenario maior esset ætate & corpore, utpote illius æui inualidus, cetera iam penè mortuus, solo martyrij amore vivebat, utpote illius æui inualidus, cetera tuius defertur, senio & languore resolutus. Impiæ plebis vndique clamor attollitur, hunc ipsum esse insonant Christum. Tum verò à Præside interrogatur, quis nam esset Christianorum Deus. Respondit: Si dignus fueris, scies. Hinc verò cunctos velut rabies immensi cuiusdam furoris inuasit, ita ut qui propè adstabant, pugnis, alij calcibus subigerent senem. Illi verò qui longius erant, quicquid furentibus teli venisset in manibus, eminus iaciebant. In hoc etenim vindicandos deos suos esse credebant. Quem cum seminecem proiecissent in carcerem, incontaminatum paulò post reddidit spiritum. Diaconus quoque Sanctus nomine, etiam ipse supra quam dici potest, & supra quam humanam fas est ferre naturam, acrius insistentibus ministris dæmonum, noua genera poenarum pertulit. At ille vir Deo plenus intantum crudelitates eorum risit, & ferinam in quæstione sauitiam, vnum nunquam vel quis esset genere, vnde domo, vel patria, vel nomen saltem suum vellet eis fateri. Sed de his singulis interrogatus, nihil aliud in omnibus tormentis, nisi Christianum se esse respondit. Hoc mihi nomen, hoc genus & patria est. Aliud, inquit, omnino nihil sum quam Christianus. Ad vltimum candentes laminas aris & ferri erga inguinis loca & deliciaiora quæque membrorum instauratis ignibus adhibent. Ex quo carnes quidem eius adustæ igne, defuebant. Ipse verò permanebat immobilis, inconcussus, intrepidus: omnibus membris martyr erat, & toto corpore vnum vulnus horrebat. Perit in eo formæ humanæ agnitio, & non solum quis esset, sed & quid esset, tormentorum crudelitas, ne agnosci posset, absulerat. Christus tamen in eo solus per martyrij gloriam recognoscebatur. Sed artifices scelerum nequaquam martyris erubuere virtutem. Post paucos etenim dies tormenta rursus inferunt, & denuò iam membra putrefacta vexari incipiunt. Verum (quod vix credi potest) restitutum est in primam speciem corpus per secundam tormenta, ita ut iterata supplicia non ei iam poenam contulerint, sed medelam. Athalus quoque Pergamenus ciuis, populi vocibus postulatur. Erat enim valde nobilis, & quod cunctis nobilior est, vir optimæ conscientie, & in fide Christi per exercitia semper martyr. Cumque circumactus fuisset in amphitheatro, titulo se præcedente, in quo scriptum erat, Athalus Christianus: fremere in eum vulgi infantis furor vehementius cœpit. Sed cum Præside indicatum fuisset, esse eum Romanæ ciuitatis virum, iuber eum cum cæteris in carcerem recipi. Simul & ad Cæsarem refert, eiusque sententiam quid de eo iuberet, expectat. Ex vtraque autem Ecclesia, Lugdunensi scilicet & Viennensi, omnes qui studiosi & magni videbantur, & quo.

SURIUS

g. ber
Kober
RVIII
5

& quorum labore & industria regebantur Ecclesie, vniuersi pariter tenebantur. Talibus denique diabolus machinis oppugnare parabat famulos Dei, quò scilicet afflictione carceris, & poenali squalore consumpti, ac septimo (vt dicunt) puncto in nero pedes contra quam credi fas est distenti, in intimo tenebrarum loco, per omnia poenarum genera, quæ furentium sauitia excogitare poterat, deperirent. Quamplurimi ergo hoc genere in ergastulis consumuntur, Domino suscipiente eorum huiuscemodi exitum. Alcibiades quidam erat in numero eorum, qui pro Christo vindicti tenebantur. Hic vitam fatis arduam & austeram gerebat, nihil cibi volens accipere, sed tantum sale & pane cum aqua utebatur. Cumque hunc vitam rigorem vellet etiam in carcere positus obtinere, Atthalo (post primam confessionem suam, quam in amphitheatro confessus est) reuelatur, quia non recte faceret Alcibiades, creaturis Dei ipsum non uti, & alijs formam scandali derelinquere. Quibus cognitis Alcibiades cepit omnia cum gratiarum actione percipere. Igitur cum à Casare rescriptum fuisset, vt persistentes quidem punirentur, negantes autem dimitterentur: die quodam celeberrimo tribunal ascendens, presentari sibi iudex Christianos, & introduci ad suppliciorum pompam præbendam cunctis qui aderant, iubet. Rursum itaque cruce, rursùm poena, rursùm tormenta reparantur. Producebantur autem beatissimi martyres de supplicijs lati, & diuinum nescio quid in ipsis vultibus præferentes, vincula sua sicut monilia preciosa ducebant. Per squalorem carceris, Christi bonus odor effecti, ita vt viderentur sibi non in ergastulo, sed in myrothecio conclusi. Ingensque ab omnibus gloria Christo conferebatur, pro his qui ante negauerant, & dimitti neque negantes potuerant. Siquidem decem ferme numero fuerant, qui lapsu suo luctum illis & ingentem tristitiam reliquerant: nunc verò (cum negantibus venia non præstaretur) in confessione persisterent, & deperditionis grege reuocati in numero martyrum iungerentur. Decernit ergo iudex, vt si qui fortè ciues Romani reperirentur, capite pererentur: ceteri verò bestijs traderentur. Igitur cum erga supradictos quaestio haberetur, Alexander quidam genere Phryx, medicus disciplina, vir religiosus & prudens, & vitæ ac morum probitate cunctis charus acceptusque, amore Dei concitatus, cum assisteret tribunali, nutibus hortabatur ad confessionem in quos quaestio agitabatur, ita vt omnibus qui adstabant palam fieret quid animo gereret. Cumque id populi notauissent, indignantes clamauerunt aduersus Alexandrum. Qui iussus à Præside in medium statui, & quis esset interrogatus, Christianum se esse libera professione testatur. Quem continuo præparandum bestijs condemnauit, & postera die simul cum Atthalo producit. Quem contra præceptum Caesaris, gratificari populis volens, etiam ipsum tradi bestijs iussit. Sed cum ferarum nulla, sanctorum corpora contigisset, omnibus eos verberum cæterarumque poenarum supplicijs cruciari iubet, beato Alexandro in omnibus quæ perpeffus est poenis, ne vnum quidem penitus proferente sermonem. Atthalus verò, cum prunis subteriectis in sella ferrea torqueretur, cumque odor adustæ carnis ad nares & ora inspectantis populi perferretur, voce magna clamat ad plebem: Ecce hoc est homines comedere, quod vos facitis? Nos enim neque comedimus homines, neque aliud quid mali agimus. Siquidem serui eorum comprehensi cum tormenta pertimescerent, demonis instinctu, hoc ipsum aduersus dominos commentati sunt. Et cum interrogaretur quod nomen haberet Deus, respondit: Qui plures sunt, nominibus discernuntur. Qui vnus est, non indiget nomine. His igitur optimis & fidelissimis ducibus vsus, omnis reliquus sanctorum chorus, prompti & alacres, animas suas pro fidei libertate ponebant. Inter hos Blandina femina beatissima (per quam Christus ostendit, quia ea quæ apud homines despecta sunt, & in contemptu habentur, in magna gloria apud Dominum ducuntur) gloriosissime coronatur. Cui à prima luce ad vesperam tormenta semper innouantes, ad vltimum victos se tortores consentent. Quæ & secundo die pulsata cruciatibus, non superatur. Tertio quoque die religata ad stipitem, atque in crucis modum distenta, bestijs pabulum præparatur. Quam cum nulla ex bestijs auderet attingere, rursùm reuocatur ad carcerem. Quarto etiam, verberibus acta, craticulis exusta, & multa alia perpeffa, ad vltimum gladio iugulatur.

Tunc

S. Alcibiades in cibo & potu abstinentia.

Imbecillum aliorum post lapsum resurrectionis.

S. Alexander Phryx ad bestias condemnatur, cum sancto Atthalo. Grauius cruciatur.

S. Blandina post varios cruciatus gladio ceditur.

Tunc & Ponticus puer annorum quindecim, per omnia tormentorum genera cum ipsa circumactus, eius cohortatione roboratus, ante illam martyrium con-

*S. Pontici
pueri mar-
tyrium.*

uerfarū ad spectaculum congregatis, statuuntur in medio arena. Et rursum Matu-
rus neophytus quidem, sed in fide & patientia robustissimus, cum Sancto Diacono,
quasi nihil prius passi fuissent, ad omnia tormentorum genera renouantur. Cer-
tantibus omnino aduersarijs, quatenus eorum patientiam frangerent, & ab ipso (ut
ita dicam) vertice coronas eorum diriperent. Sed illis eò magis animos roborabat
spes vicinæ iam gloria, quam sibi iamiamque manu contingere, & contredare dex-
tris videbantur. Cumque & suppliciorum genera, & spectaculorum penè iam tem-
pus esset absumptum, nec moueri vllatenus à sententia potuissent: cum etiam fel-
læ ferreæ superpositi, consumptam verberibus carnem ignis subter ministratus

*Gladio cę-
duntur cę-
teri sãcti.*

exureret, ad vltimum infatigabiles martyrum, spiritus, ferro cassis ceruicibus effu-
gârunt. Igitur inaudito sãuitiæ genere, eorum qui necabantur in carcere, corpo-
ra canibus iubebantur exponi. Adhibita simul custodia die noctuque, ne quis
collectas reliquias humanitatis intuitu traderet sepultura. Sed & si quid forte
vel bestijs vel igni reliquum ex corporibus martyrum fuerat, ipsaque cum truncis
suis capita punitorum, insepulta per custodiam militum seruabantur. Neque ve-
rò muneribus suadere custodes, neque precibus, aut vllò alio genere copia erat:

*In initio
libri.
Sanctorũ
martyrũ
nomina.*

ita attentè & sollicitè curabant, nè daretur extremis ossibus sepultura. Hæc scripta,
in historia Ecclesiastica libro quinto. Nomina verò quadraginta octo martyrum
hæc sunt: Photinus Episcopus, Zacharius presbyter, Epagatus, Macharius, Alcibi-
ades, Siluius, Primus, Vlpus, Vitalis, Cominus, Otauber, Philominus, Geminus, Lu-
lianus, Albinus, Grata, Rogata, Aemilia, Potamia, Pompeia, Rodona, Biblis, Quar-
tia, Materna, Helves, quæ & Amnes. Hi sunt autem qui bestijs traditi sunt: San-
ctus Maturus, Athalus, Alexander, Pontius, Blandina. Hi verò qui in carcere spi-
ritum reddiderunt: Aristæus, Cornelius, Zosimus, Titus, Iulius, Zoticus, Apolloni-
us, Geminianus, Iulia, Aufonia, Aemilia, Iannica, Pompeia, Domna, Iusta, Trophi-
ma, Antonia. Hi omnes famuli Christi sub præfatis Imperatoribus pariter coro-

*Sanctorũ
cinerum
eorum in-
uentio.*

nati sunt. Reliquiæ eorum à persecutoribus incensæ, & in Rhodanum fluium dif-
fusa. Sed cum Christiani maximum mœrorem haberent, quasi deperissent sacra
reliquiæ, nocte apparuerunt sancti viris fidelibus, in eo loco quo igni traditi sunt,
stantes integri & illæsi. Et conuersi ad viros, dixerunt eis: Reliquiæ nostræ ab hoc
colligantur loco, quia nullus perijt à nobis. Sed ex hoc translati sumus ad requiem,
quam nobis promisit Rex cælorum Christus, pro cuius nomine passi sumus. Hæc
renunciantes viri illi, gratias egerunt Deo, & confortati sunt in fide: colligentel-
que sacros cineres, condigno honore sub sancto altari condiderunt. Vbi semper,
virtutibus manifestis, se cum Deo habitare declarant. Harum festiuitatem ciues
Lugdunensis vrbs, omnibus vndeque lateanter accurrentibus, per descensum
fluminis, cum hymnis & canticis gratulationis concelebantes, Missarumque so-
lennia in Apostolorum Ecclesia (vbi sancti cineres eorum conditi seruantur) fe-
stiuè Domino reddentes, ex antiquorum traditione, ipsam diem miraculorum
appellant. Locus in quo passi sunt, Athanaco vocatur: ideoque dicuntur martyres
Athanacenses.

III. NONAS IUNII.

*Die 3.
De his Su-
rius Tõ. 3.*

A Pud Aretium, ciuitatem Tusciæ, natalis sanctorum martyrum Pergentini &
Laurentini fratrum, qui persecutione Decij, sub Iudice Tratio, cum essent pu-
cri, post dura supplicia tolerata, & magna miracula ostensa, gladio cæsi sunt, & a-
pud eandem urbem conditi.

*S. Erasmi
varijs tor-
mentis af-
fectus non
læditur.*

In Campania, natale beati Erasmi Episcopi & martyris sub Diocletiano & Ma-
ximiano. Qui iussu impij Diocletiani Imperatoris primò plumbatis crudeliter cæ-
sus, deinde fustibus diutissimè maceratus, post resina, sulfure, plumbo, pice, cera,
oleoque solutis perfusus, ingenti miraculo illæsus apparuit. Quod cum multi vi-
derent, fidem Christi, reiectis idolis, susceperunt. Inde immenso pondere ferri con-
strictus, in carcere reclusus est sub dira custodia. De qua Angelica visitatione solui-
tur, atque eripitur. Verum postmodum clarissima miraculorum ipsius gesta fa-
ma vulgante, tentus est ab altero Imperatore Maximiano, à quo diuersis supplicijs
tortus fuit, intantum, vt tunica ærea ignea vestiretur. Iterumque in olla, quæ plum-
bo,

SURIUS

g. bar.
uober.
RVIII
5

bo, pice, cera, resina, & oleo seruefacta erat, missus, virtute Domini omnia superans illaesus exinde progreditur. Sicque tandem ad confirmandum ceteros à Domino seruatus, Campaniam munitus Angelico solatio peruenit. Vbi cum plurimos siue in fide roborasset, siue ad fidem Christi conuertisset, vocante Domino, martyrio clarus sancto sine quieuit.

PRIDIE NONAS IUNII.

A pud Illyricum ciuitate Sciscia, natalis sancti Quirini Episcopi. Qui persecutione Maximini pro fide Christi, ligato ad manum molari saxo (vt Prudentius scribit) in flumen precipitatus est. Et cum circumstantibus diu collocutus, nè eius tererentur exemplo: vix precibus vt mergeretur obtinuit. Huius reliquiarum translatæ sunt Romam, & positæ in Catacumbas.

NONIS IUNII.

A pud Aegyptum, natalis sanctorum martyrum Martiani, Nicandri, & Apollo. Anij, quorum gesta habentur. Die 3.

Item eodem die, sancti Bonifacii, qui de Britannijs veniens, & fidem Christi gentibus euangelizans, cum maximam multitudinem in Frisia Christiana religioni subiugasset, nouissimè à paganis, qui superuenerant, gladio peremptus, martyrium consummauit cum Eobano & Adelharo coepiscopis, & alijs feruis Dei.

* Romæ, miliario tertio, sanctarum Feliculae, Felicitatis & aliorum.

Item natale sancti Bonifacii martyris sub Diocleriano & Maximiano apud Tharsum ciuitatem passi, sed Romæ in via, quæ Latina nuncupatur, sepulti. Qui cum esset procurator rerum cuiusdam nobilis matronæ nomine Aglahes, & cum ea in stupro misceretur, tandem vtrique diuino nutu compuncti, consilium habuerunt, vt ad requirendum corpora martyrum Bonifacii mitteretur, si quo modo seruientes atque obsequentes eis, per eorum orationes saluari mererentur. Perueniens igitur post dies aliquot Tharsum ciuitatem, dicit ad eos, qui cum eo erant, Bonifacius: Requirit nobis hospitium, ego autem ibo videre eos, quos valdè desidero, martyres certantes. Festinans itaque ad locum, vider beatissimos, alium suspensum per pedes, igne subtus posito, aliū in quatuor lignis extensum, & diuissimè afflictum, alium vngulis exaratum, alium manibus abscisum, alium stipitem in collo habentem infixum, & à terra eleuatum: & sic per diuersa supplicia, martyria ab impio carnifice disposita. Cum eminus seruens amore Christi & ipse respiceret, Magnum Deum sanctorum martyrum clamare coepit. Et accurrens confedit pedibus eorum, deosculans vincula, & dicens: Certate martyres Christi, calcate diabolum, modicum perseuerate. Paruus quidem labor, sed multa requies, & ineffabilis postmodum satietas. Adspiciens autem Simplicius Iudex, iussit eum applicari ad tribunal, cui & dixit: Quis es tu? Sanctus Bonifacius dixit: Christianus sum, & Bonifacius vocor. Tunc iratus Iudex, iussit eum suspendi, & tandiu corpus eius vngulis radi, donec ossa eius apparerent. Deinde calamos acutos sub vnguibus manuum eius affigi. Cumque sanctus Dei martyr in cælum adspiciens alacriter dolores toleraret, videns impius Iudex, iussit aperiri os eius, & plumbum bulliens effundi. Sanctus autem martyr dicebat: Gratias tibi ago Domine Iesu Christe fili Dei. Deinde Iudex iussit afferri ollam, & eam pice impleri, atque sanctum martyrem verso capite in bullientem picem mitti. Sed cum nihil læsus esset, iussit impius Iudex, vt gladio caput eius abscideretur. Quo facto, terræ motus magnus factus est, ita vt multi infideles virtutem Christi in martyre cernentes crederent. Conserui verò martyris Bonifacii, circuibant vbique requirentes eum, & non inuenientes, adinuitim dicebant: Ille modo in adulterio, aut in taberna positus epulatur. Cum ergo inter se colloquerentur, contigit, vt obuiaret eis vnus de Commentariensibus, quem interrogauerunt: Vidisti aliquem virum peregrinum Romanum? Ille ait eis: Hesternò die vir peregrinus abscisus est capite in stadio. Et iterum interrogant: Qualis erat aspectus eius? At ille dixit: Vir quadratus & crassus, robusto capillo, coccinea Armilla indutus. Et dicit eis: Ille quem quæritis, apud nos hesternò die martyrio est finitus. Aiunt illi: Homo, quem nos quærimus, adulter est, & ebriosus. Dicit eis ille: Venite videre eum. Cumque ostendisset eis corpus, & pretiosum caput eius, dixerunt ei: Ille est quem quærimus, petimus vt des nobis eum. Qui respondit: Ego gratis

Die 4.
De Quirino Episcopo Surtus Tom. 2.

Die 3.

Huius Bonifacii vita habetur Tō. 3. Surrij.

De hoc Bonifacii Surtus ex Metaphra. To. 3.

S. Bonifacius listitur antea tribuit Simplicij.

Post varia tormenta capite cedidit.

340 MARTYROLOG. ADONIS ARCHIEP. TREVIR.
 gratis corpus eius dare vobis non possum. Illi autem dantes ei solidos quingentos,
 acceperunt corpus sancti martyris. & vngentes aromatibus, inuolentesq; lintea.
 minibus pretiosis, posuerunt illud in Basterna, & sic reuertebantur gaudentes, &
 glorificantes Deum. Angelus autem Domini apprensus domina: quondam ipsi.
 us, rem factam beati martyris indicauit. Quæ confestim cum omni veneratione
 obuiauit sancto corpori, & edificans ei domum dignam, reposuit illud in ea, ab vr.
 be Romæ stadijs quinque. Passus est autem sanctus martyr Bonifacius xiiij. die men.
 sis Maij apud Tharsum metropolim Ciliciæ, & sepultus est Romæ Nonis Iunij. Be.
 ata verò Aglahes abrenunciauit mundo, & pompis eius, distribuens vniuersa quæ
 possidebat egenis, ac monasterijs, relaxans vniuersam familiam suã à iugo seruitu.
 tis, & tantam gratiam à Domino promeruit, vt in eius nomine virtutum signis cla.
 resceret. Superuixit autem in habitu sanctimoniali annos xij. & sepulta est apud
 præfatum martyrem, operibus pijs consummata.

VIII. IDVS IVNII.

Die 6.

A. G. 8. &
 21. Er. Eu.
 feb. lib. 2.
 cap. 1. & 3.
 cap. 25.

Cæsareæ, natale sancti Philippi, qui fuit vnus ex diaconibus septem, qui cum
 beato Stephano statim post passionem Christi ab Apostolis sunt ordinati. De
 quo beatus Lucas in Actibus Apostolorum refert, quòd signa & prodigia facien.
 do, prædicatione sua Samarias ad fidem Christi conuertit, & Candacis Reginae
 Aethiopum studiosum in scripturis Eunuchum, in fonte, qui est in vico Bethisoro,
 in tribu Iuda, euntibus ab Elia ad Ebron in vicesimo lapide, baptizauit. Qui post.
 eam apud Cæsaream quieuit. Iuxta quem tres virgines filiae ipsius prophetissæ tumu.
 latae iacent. Nam quarta filia illius plena spiritu sancto, in Epheso occubuit. Qui.
 dam tamen putant apud Hierapolim eas tumulatas, vbi Apostolus Philippus
 vnus de duodecim quiescit. Cuius fuisse filiae ab aliquibus scriptoribus putate
 sunt.

De his
 Aug. li. 22.
 de ciuit.
 Dei ca. 8.

Eodem die apud Tharsum Ciliciæ, martyrum viginti, sub Iudice Simplicio, tem.
 poribus Diocletiani & Maximiani Imperatorum, qui per diuersa supplicia glorifi.
 cauerunt Dominum in corporibus suis.

De his in
 gestis SS.
 Marcel. &
 Petri.

Eodem die Romæ, natale sancti Arremij cum vxore sua Candida & filia Pauli.
 na. Hic Artemius cum esset custos carceris, & clausum teneret beatum Petrum ex.
 orcistam in custodia, esset quo illi filia vnica dæmonio vexata, beati Petri precibus
 mox vt sanata est, Christo cum vxore pariter & eadem filia credens, à beato Mar.
 cellino presbytero baptizatus est, omnisque domus eius & multi alij: ita vt absque
 mulieribus, virorum fieret trecentorum numerus. Hoc Iudex Serenus audiens
 factum, Artemium, Candidam, & filiam ipsorum Paulinam sibi præsentatos, im.
 menso pondere ruderum iussit obrui. Sicque sancti Dei perducti ad passionis locum,
 beatus quidem Artemius gladio percussus, sancta verò Candida atque Paulina per
 limina cryptæ precipitata, lapidibus sunt obruta.

VII. IDVS IVNII.

Die 7.
 Surius ex
 Metaphr.
 Tom. 3.

Constantinopoli, natalis sancti Pauli, eiusdem ciuitatis Episcopi, qui tempore
 Arianæ perfidiæ, à Constantio Imperatore, apud ciuitatem quandam Cappa.
 docia Cucufam nomine, ob catholicam fidem pulsus exilio, Arianorum insidijs
 crudeliter strangulatus, ad caelestia regna migravit.

In Cæsarea Cappadocia, natalis S. Luciani martyris.

VI. IDVS IVNII.

Die 8.
 De his Su.
 rius Tom.
 3. & 4.

In Gallijs Sueffionis ciuitate, natalis sancti Medardi Episcopi & Confes.
 soris.

Andegauis, sancti Lucini Episcopi & confessoris.

Item eodem die sancti Carileij confessoris.

V. IDVS IVNII.

Die 9.
 Surius Tō.
 3. 9. Iunij.

Romæ in monte Cælio, natale sanctorum Primi & Feliciani sub Diocletiano
 & Maximiano Imperatoribus. Qui gloriosissimi martyres in Domino sem.
 per viuentes, à pontificibus templorum apud Imperatores, quòd Christiani es.
 sent, accusati sunt, & inquisiti. Erant enim ciues Romani, adductique sunt in con.
 spectu Imperatorum, & iusserunt eos ferro vinctos in carcerem recludi, vbi affuit
 eis Angelus Domini, qui eos consolaretur. Post aliquot verò dies iusserunt eos
 Imperatores suis ad spectibus præsentari, & iusserunt militibus, vt ducerent eos ad
 fanum Herculis, & si sacrificare nollent, fortiter eos pœnis affligerent. Verum
 cum

SURIUS

g. bar.
 10. 10. 10.
 RVIII
 5

Sancti vir-
gis fortiter
vapulant.

cum nulla possent eos ratione mouere, sed pro Christi nomine optarent magis mori, extenderunt eos milites, & virgis fortiter mactauerunt. Et cum renuncia-
sent Imperatoribus milites quæ gestasunt, irati valde iusserunt eos tradi Promoto
præsidi ciuitatis Numentana, vt diuersis pœnis eos interficeret. Et accipientes eos
milites, duxerunt in viam, quæ dicitur Numentana, miliario xiiij. ferro vincos, &
miserunt eos in carcerem iuxta forum ciuitatis, vbi iterum Angelica visitatione
releuantur. Post multum vero temporis iussit sibi Promotus præses in foro ciui-
tatis tribunal præparari. Et cum intromissi fuissent Primus & Felicianus, & iuben-
te præside fuissent post responsionem abinuicem separati, primò beatum Felicia-
num iussit præses cum plumbatis cædi, dicens ei: Vt quid non deponis istam insani-
am peccatoris tui, vt eligas dies bonos & iocundos, & non diuersis tormentis corpus
tuum maceretur? Beatus Felicianus dixit: Octoginta annos vitæ habeo, suntque
anni triginta, ex quo agnoui veritatem Dei, & nihil de blandimentis huius mundi
cogitans, elegi seruire creatori meo aeterno omnipotenti Deo: Tunc præses ius-
sit eum ligari ad stipitem, & aculeos in manibus eius ac pedibus figi, & diu torque-
ri. Et per tres dies neque panis neque aqua, neque vllum genus cibi ei ministratum
est. Cumque per triduum continuò maneret in Dei laudibus, iussit eum præses fla-
gellis cædi, & de stipite sic deponi, & in custodia recludi, ac postmodum applicari
sibi sanctum Primum. Quem validissimis fustibus cæsum, dein eculeo leuatum, læ-
padibus circa latera vtri iussit: & deposito de eculeo, præcepit liquari plumbum su-
per beatum martyrem extensum, & bulliens in ore eius fundi. Tuncque fecit præ-
sentem esse beatum Felicianum. Sed cum inuidissimi persistenter sancti marty-
res angustiatus præses iussit eos ad Amphitheatrum duci, & duos leones eis dimit-
ti. Quibus ad pedes sanctorum ruentibus, laxati sunt & vtri ferocissimi: sed & ipsi
martyrum virtute scuitiam perdiderunt. Quod videntes hi qui ad spectaculum
venerant, penè mille quingenti viri miraculis percussi, crediderunt in Domino le-
su Christo. Verum præses cum insuperabiles eos cerneret, gladio animaduerti
præcepit. Quorum corpora noctu à Christianis fidelibus rapta, sepulta sunt ad Ar-
cus Numentanos, intra arenarium, quinto Idus Iunij, ab vrbe Roma miliario quar-
to decimo.

omnia tor-
menta Dei
virtute su-
perant.

1500. viri
firmiracu-
lis credut.
Gladio cæ-
duntur.

In Gallijs ciuitate Agenno, passio sancti Vincenti Leuitæ & martyris.

IIII. IDVS IUNII.

Roma via Aurelia miliario 13, natalis sanctorum Basilidis, Tripodis, & Mada-
lis, sub Aureliano Imperatore, præside Platone, & aliorum viginti marry-
rum.

Diero.

Eodem die, natale beati Getulij martyris, tempore Adriani Imperatoris, sub
Iudice Licinio. Hic in omni lege diuina erat doctissimus, & per eius doctrinã mul-
ti in fide Christi erudiebantur. Cuius famam Adrianus Imperator audiens, direxit
Cerealem vicarium ad tenendum eum. Qui veniens, sanctum Getulium seden-
tem, & docentem multos reperit. Fuerat autem idem Cerealis in conspectu Adri-
anicum fratre beati Getulij Amantio acceptus. Amantius verò Tribunus, ob
metum Adriani abscondus latebat: quem Cereali beatus Getulius declarauit. Il-
le co viso, gauisus est valde, & instructus diligenter de Domino Iesu ab eis, cum
iam fideliter crederet, venerunt ad urbem Romam, & accessit beato Sixto Epi-
scopo assignauerunt ei locum vbi baptizaretur. Quem beatus Sixtus verè Christia-
nam fidem amantem baptizauit. Eodem tempore quidam Vincentius nomine
nummorum arcarius, comperiens vicarium Cerealem Christianum, iratus valde
nunciauit hoc Adriano. Qui mox Licinium Consularem direxit, vt teneret Cere-
alem: qui, si immolare nolleret, incendio cremaretur. Cum quo beatus Getulius, &
Amantius, & Primitius tenti sunt. Licinius Consularis Cereali vicario dixit: Sic
desperasti de vita tua, vt præcepta principum, qui dominantur in vniuerso mun-
do, contemnere videaris? Cui beatus Cerealis: Et thesauros publicos declinatione
perfecta tradidi in publicum, & Domino Iesu Christo seruire promitto, & vita
aeterna me frui credo. Licinius dixit: Si desideras viuere, an mori, dicito. Cui beatus
Cerealis: Ego si non desiderarem viuere, Christum non confiterer. Tunc conuer-
sus ad sanctum Getulium Licinius dixit: Sacrifica deo Ioui & Marti. Cuius verba
risit beatus martyr. Licinius verò accensus ira, iussit eos expoliari & cædi, deinde
in carcerem diebus xxvij. recludi. Et veniens Romam, Adriano iterum eos inno-

de Getulio
& socijs. Su-
rius fuffius
Tomo 3.

S. Cerealis
baptizatur

ff tuit

SS. Getulij
et Cerealis
ignecremā
tur.

tuit. Qui iussit eos incendio tradi. Sanctus verò Getulius cum in igne superuiceret, fustibus illiso capite martyrium compleuit. Consummati sunt beati martyres in fundo Capreolis, via Salaria, ab vrbe Roma plus minus millario xiiij. supra fluuium Tyberim, in parte Sabinensium. Quorum corpora collegit beata Simphorosa vxor beati Getulij martyris. Quæ non longè post eundem ipsum martyrem cum vij. suis filijs fuit martyrio confecta, videlicet xxvij. die mensis Iunii. Et sepulta est in prædio suo, loco & oppido supra nominato.

III. IDVS IUNII.

Die 11.
de Barnaba
Suri To. 3.
& Act. 11.
& c.

Natalis sancti Barnabæ Apostoli, qui cum esset Cyprius, cum Paulo gentium Apostolus ordinatus est. Hic postea propter Iohannem discipulum, qui & Marcus vocabatur, separatus à Paulo, nihilominus Euagelica prædicationis inuenit sibi opus exercuit. Cuius corpus tempore Zenonis Imperatoris ipso reuelante reperit. Hic vnam ad ædificationem Ecclesiæ pertinentem epistolam composuit, quæ tamen inter apocryphas legitur.

101. 11. 11. 11.

Eodem die apud Corinthum, sancti Sosthenes discipuli S. Pauli Apostoli.

Apud Aquileiam, natale sanctorum martyrum Felicis & Fortunati, sub persecutione Diocleriani & Maximiani Imperatorum, Præfide Euphemio. Qui cum essent germani fratres fide Christi feruentes, deserente Apamio, qui erat vni ex officio præfideis, vinciti ferro, Aquileiam iudici Euphemio perduntur. Vbi cum Christum constantissimè faterentur, ab irato iudice primum in euleo sunt suffensi, ardentibus lampadibus circa latera appositis, sed mox psallentibus martyribus extinctis, inde per ventrem feruenti oleo superfusi, ad vltimum, cum in confessione Christi durarent, foràs ciuitatem ducti, ad fluuium qui ciuitati adiacet, capite truncantur. Inde nocte à religiosis viris eiusdem Aquileiæ sublatis, cum aromatis inuoluti lintheaminibus, occultè sepulti sunt. Arciues Vincentiæ superuenientes, eorum corpora perducere ad suam ciuitatem Vincentiam meditantur. Non permittentibus autem Aquileiensibus, & multum renitentibus, tandem pia contentio ita finita est nutu diuino, vt Felicem Vincentini, Fortunatum haberent Aquileienses: ita tamen, vt caput beati Felicis Aquileia, caput verò Fortunati Vincentia fortiretur. Quod factum in laudem Domini nostri Iesu Christi vsque hodiè permanet.

* Romæ, natalis SS. Basilæ & Basilissæ, & SS. Crispoli & Restituti.

PRIDIE IDVS IUNII.

Die 12.
de his Suri
Tom. 3. ex
Ambrosio.

Mediolani, natale sanctorum martyrum Nazarij, & Celsi pueri beati Nazarij pater Aphricanus, mater verò Perpetua, à beato Petro Apostolo baptizata. Ipse verò sanctus Nazarius à sancto Lino instructus & baptizatus est. Quem Anolinus sub rabie persecutionis, quæ per Neronem excitata est, diu maceratum & afflictum in carcere & cum eo beatissimum Celsum puerum, quem idem ipse nutritierat, gladio feriri iussit. Quorum corpora Christiani furati, quinto Calendas Augusti sepelierunt foràs portam, quæ dicitur Romana, in proprijs hortis: Reuelabant autem se beatissimi martyres cuidam Cereario nomine, cui vxor Fortunata, & per visum monuerant se occultari propter rabiem persecutionis, quam Nero impius excitauerat. Latuerunt verò vsque ad tempora Honorij & Arcadij Imperatorum. Quos beatus Ambrosius Domino reuelante reperit. Patefacto autem sepulcro, in quo iacebat corpus sancti Nazarij, (qui quando passus fuerit, vt scribit sanctus Paulinus, vsque tunc temporis ignorabatur) viderunt sanguinem martyris ita recentem, qui præsentem erant, quasi eodem die fuisset effusus. Caput etiam ipsius, quod ab impijs fuerat abscisum, ita integrum atque incorruptum, cum capillis capitis & barba, vt videretur eo tempore, quo leuabatur, locum, atque in sepulcro compositum. Etiam odore tanto repleti sunt, vt omnium aromatum vinceret suauitatem. Quo leuato, & in lectica composito, statim ad sanctum Celsum martyrem, qui in eodem orto positus erat, ad orationem sanctus Episcopus perrexit, & transtulit ad basilicam Apostolorum quæ est in Romana. Inuenti autem sunt pridie Idus Iunii: festiuitas verò agitur, de martyrio, quinto Calendas Augusti. Commemoratio tamen eorum publica & celebris in die sanctorum Gerasij & Protasij à fidelibus populis frequentatur, & venerabiliter excolitur.

de his Beda

Item beati Basilidis, Cyrini, Naboris: sed & Nazarij & Celsi, quos duos passos fuisse

SURIUS

alter
Naboris
RVIII
5

relix & for
tunati post
multa tormen
ta, decollantur.

vt habetur
To. 2. in vi
ta S. Amb.

SS. Nazarij
& Celsi in
uentio.

fuisse apud Ebreduenensem urbem antiquitas memoranda celebrat.

IDVS IUNII.

Romę, natalis sanctę Felicę virginis & martyris. Quam cum Flaccus Comes post excessum Perronilla vellet ducere vxorem, atque ad terrendum proponeret ei dicens, Vnum tibi ę duobus elige, aut esto vxor mea, aut dijs sacrificabo, quia dęmonia sunt. Tunc Flaccus tradidit eam Vicario, qui fecit eam in renebroso claudi cubiculo, sine cibo, per septem dies. Unde perseueratem in confessione Christi cum eiecissent, duxerunt eam ad virginę Vestę, ibique per alteros septę dies sine cibo permansit, eo quod nulla ratione de eorum manu cibum pateretur accipere. Post hoc leuata in eculeum clamabat dicens: Modö coepi videre amatorę meam, in quo amor meus fixus est. Cum que ei tortores dicerent, Nega te Christianam, & dimitteris. Illa clamabat, Ego non negabo amatorem meum, qui propter me felle cibat, & aceto potatus, spinis coronatus, & crucifixus est. Post hæc deposita est, & precipitata in cloacam. Sanctus autem Nicomedes presbyter in speluncis positus, occulte leuauit eam, & per noctem in biroto perduxit ad castellam suam vii. ab vrbe miliario, via Ardeatina, ibique eam sepeliuit.

XVIII. CALENDAS IULII.

Helisei Prophetę, qui apud Samariam Palęstina, quę postea Sebastea, id est Augusta in honorem Augusti ab Herode vocari coepit, situs est. Vbi & Abdias propheta requiescit, & quo maior inter natos mulierum non fuit Iohannes Baptista, Vbi ad sepulchra sanctorum tam tremenda sunt miracula, vt varijs illie dęmones rugiant cruciatibus, & homines ab eis obsessi audiatur ululari luporum vocibus, latrare canum fremere leonum, sibilare serpentium, mugire taurorum. Cernuntur alij rotare caput, & post tergum terram vertice tangere, suspensis pedibus eminus, vestes non defluere in faciem. Vbi etiã in monte vicino duę sunt speluncę, in quibus persecutionis & famis tempore Abdias centum prophetas aluit pane & aqua. Scribit beatus Hieronymus in libro de vita sanctę Paulę.

Suessionis ciuitate, passio sanctorum martyrum Valerij & Rufini.

Apud Cęsaręam Cappadocię, sancti Basilij Episcopi fratris Gregorij & Petri. Qui cum esset omnibus virtutibus fundatus, & quodam tempore a Valente Imperatore in exilium pro fide cogeretur: exhibitus ad tribunal pęfetti, terroribusque (vt illi moris est potestati) & minis maximis agi coepit: & nisi ęternis pęceptis principis obediret, interitum sibi iamamque speraret impedere. Tunc ille intrepidus & absque vlla animi perturbatione hæc sibi minitanti pęfecto respondisse fertur: Atque vtiã aliquid mihi esset digni muneris quod offerrem huic, qui maturius Basilium denodo follis huius absolueret. Cum que daretur ei nox, quę erat media, ad spatium deliberandi: respondisse denuo perhibetur: Ego craftinö ipse ero, qui modo. Tu te vtiã non mutares. Et illa quidem nocte vxor Imperatoris velut tortoribus tradita, cruciatur: Filius vero, qui eis erat vnicus, extinctus, paternę impietatis soluit supplicia. Ita ante lucem missi qui rogarent Basilium, vt precibus suis intercederet pro eis, ne etiam ipsi & quidem multo iustius interirent. Sic accidit, vt cum omnes Catholicos expulerit Valens, Basilium vsque ad vitę exitum intemera- to communionis sacramento in Ecclesia perduraret.

Viennę, sancti Etherij Episcopi.

XIII. CALENDAS IULII.

A pud Siciliam, natale sanctorum martyrum Viti, Modesti, & Crescentię. Qui beatus Vitus in puerili ætate virtutibus maturus, primum a patre suo sacrilego Hila, vt a cultura Dei recederet, tentatus est: deinde a Valeriano Iudice Catholicis casus in confessione permanfit. Inde redditus patri. At cum poenis affligere illum pater meditaretur, monitu Angeli nauem conscendens, comitantibus se Modesto & Crescentia nutritoribus, ad Tanagritanum territorium deuenit. Inde propter filiam Diocletiani Imperatoris a dęmonio vexatam quaesitus, & adductus ad Diocletianum, ipsam eius filiam oratione curauit. Sed cum multis donis promissis ei impius Imperator suadere vellet, vt culturam dijs impederet, eiusque animum de bono proposito mutare non posset, arctissimis vinculis ferreis adstrictum, in carcerem terribissimum induci iussit, cum quo pariter Modestum atque

ff 2

Cres.

Die 13.
De Felicula in gestis Nerei & Achil. 22. Maij.

Die 14.
De Heliseo & Sunanide Suri. T. 3. c. 6. Me. taph.

3. Reg. 18.
In epita. phio S. Paulę.

S. Basilij vi-
tahabetur
1. Ianuarij
apud Su-
rium.

Valerij Im-
peratoris
filij iusto
de iudicio
moritur.

Die 15.
De his ha-
betur T. 1.
Suri.

SURIUS

qber
Nobis
RVIII
5

344 MARTYROLOG. ADONIS ARCHIEP. TREVIR.

Dan. 3.

Saeti mar-
tyres dif-
cillis ossi-
bus eneca-
tur.

Crescentiam. Deinde circumstante populo in Amphitheatro sistuntur. Quos Diocletianus in ollam resina & pice succensam, & plumbo soluto seruefactam iactari precepit. Vbi sancti martyres psallentes in modum trium puerorum hymnum Deo dicebant. Et egressis illaeso vultu de olla, dimissus est eis leo ferocissimus. Qui mox ad pedes eorum cecidit, & lingua sua pedes martyrum lingere cepit. Ad vltimum victus per omnia sacrilegus Imperator, simul & videns multitudinem populi miraculo percussam, ad Christum verum Deum conuersam, catastam parari iussit, & seruos Dei superextendi. Cumque caderentur martyres Dei, ossibusque discernentur tonitruum magnum factum est, coruscationes, atque tam magnus terramotus, vt templa deorum corruerent, & multos opprimerent. Florentia vero foemina illustrissima, corpora sanctorum collegit, & in loco qui dicitur Marianus condita aromatis sepeliuit.

Eodem die apud Mesiam ciuitate Dorostoro, sancti Esichij militaris, qui cum beato Iulio comprehensus, sub praeside Maximiano, postea martyrio coronatus est.

XVI. CALENDAS IUIII.

Die 16.
De his Suri-
us To. 3.
ex Meta-
phr.

Apud Antiochiam, natalis sanctorum martyrum Cyrici, & Iulitte matris eius quorum prior post dira verbera etiam calicem cum aceto & sinapi in os accepit; Deinde pariter clauis confixi, euulsis oculis in carcerem trusi sunt. Post hac de caluati & excoriati super carbones in lecto aereo assati sunt. Ad vltimum ferris atricri amputatis linguis, martyrij sui cursum obruncatione capitis impleuerunt. Passi sunt cum eis & alij cccc. iij.

Saetus Fer-
reolus &
focius pi-
citis lin-
guis loqui-
tur.
Decollan-
tur.

Apud urbem Vefontionensem, sanctorum martyrum Ferreoli presbyteri, & Ferrutionis Diaconi, qui a beato Irenaeo Lugdunensi Episcopo & martyre ad praedicandum verbum Dei missi: sub Claudio Iudice ad trochleas extesi & flagellati, deinde in carcerem reclusi, & mane amputatis linguis praedicabant verbum Dei. Post hac subula xxx. vtrisque infixae in manibus & pedibus & pectore, ad vltimum gladio feriuntur.

Ciuitate Nannetis, sancti Similiani Episcopi & confessoris. Lugduni depositio sancti Aureliani Episcopi Arelatensis. Apud Viennam sancti Domnoli Episcopi.

* In Moguntia, sanctorum Aurei & Iustinae.

XV. CALENDAS IUIII.

Die 17.
De his To.
4. & 3.

Romae sanctorum martyrum ducentorum sexaginta duorum, qui positi sunt via Salaria veteri, & chium cucumeris.

Eodem die sancti VVulmari confessoris, admirandae sanctitatis viri.

* Aurelianis, sancti Auiti presbyteri & confessoris.

XIII. CALENDAS IUIII.

Die 18.
De his vi.
de gesta S.
Sebastiani
Tom. 1.

Romae via Ardeatina, natalis sanctorum martyrum Marci & Marcelliani, praclarissimi generis, Tranquillini & Mariae filiorum. Qui primo carcerem pro fide passi, postmodum a Fabiano Duce tenti, ad stipitem ligati, in pedibus clauos acutos acceperunt. Quibus cum diceret infans Iudex, Infelices ac miseri deponite amentiam, & liberate vosmetipsos a cruciatibus imminentibus: responderunt, Nunquam tam bene epulati sumus. Modò cepimus esse fixi in amore Christi. Vt nam nos sic esse, sicut sumus, tamdiu permittas, quamdiu huius tegimur corporis indumento. Cumque transisset vna dies & vna nox, & illi in psalmis & hymnis laudantes Christum perseuerarent, lanceis per latera transfixi, cum gloria martyrij ad caelestia regna migrauerunt.

* In Alexandria sanctae Mariae Virginis & martyris, & Balbinae.

XIII. CALENDAS IUIII.

Die 19.
De his &
coru inue-
tione Suri-
us To. 2.

Mediolani, natalis sanctorum Geruasij & Protasij martyrum. Qui beatissimi cum per decem annos in vno coenaculo conclusi, lectionibus & orationibus atque ieiunijs vacassent, vndecimo ad palmam martyrij peruenerunt. Tenti ab Astasio comite. Qui primum tamdiu iussit plumbatis contundi, quamdiu exhalaret spiritum. Sequentem vero, id est Protasium, fustibus caesum capite truncari. Quorum corpora Philippus vir religiosus vna cum filio suo furtim abstulit, & in domo sua, in arca marmorea sepeliuit. Quorum sepulcra multo post tempore Theodosio imperante, Domino reuelante, beatus Ambrosius reperit. Et ita incorrupta eorum

corum corpora, ac si eodem die martyres fuissent interempti. Quæ cum in urbem introducerentur, quidam diu cæcus feretri tactu lumen recepit.

Apud Rauennam, sancti Vrsicini martyris, qui sub iudice Paulino post nimia tormenta in confessione Domini immobilis permanens, capitis abscisione martyrium consummauit. Sepultusq; est in eadem vrbe à beato Vitale patre sanctorum Geruasij ac Protasij.

Cæc. videt

S. Vrsicini
vitæ huic
adiecti To.

XII. CALENDAS IULII.

Roma, S. Siluerij Papæ, qui sedit anno vno. Qui consentiente Iustiniano Imperatore à Bellifario patritio depositus, & monachus factus, in exilio confessor moritur.

Die 20.
de Siluerio
Potificali
cap. 6.

Roma, natale sancti Nouati fratris Timothei presbyteri, qui à beatis Apostolis eruditi sunt. De quo Nouato scribit Pastor ingentis Potentianæ & Praxedis virginū ad prædictum Timotheum germanum eius. Venerabilis, inquit, virgo Praxedis post transitum germanæ suæ Potentianæ, valde afflictæ erat. Ad quam consolanda veniebant multi nobiles Christiani, simul cum sancto Pio Episcopo, inter quos germanus vester Nouatus, & qui est frater noster in Domino, quique multos Christianos pauperes donis suis reficiebat, & nos frequenter cum beatissimo Pio Episcopo ad altare Domini communicabat. Post annum verò & dies viginti octo, ægritudine detentus est idem Nouatus, & absens erat à conspectu virginis Praxedis. Pio autē, Episcopo cogitante de omnibus Christianis vnà cum virgine, requiritur Nouatus vir Dei. Et dum auditum fuisset, quia ægritudine detinebatur, contristati sumus omnes. Beata Praxedis dixit ad patrem sanctum Pium: lubeat sanctitas vestra, vt eamus ad eum, & visitatione, nostra vnà cum orationibus vestris saluabitur. Et facta constitutione, nocte vnà cum Pio Episcopo & virgine Domini perreximus ad virum Dei Nouatum. Cumque audisset vir Dei Nouatus omnes congregatos ad se venisse gratias cepit agere Deo, quia meruit à sancto Pio Episcopo & virgine Domini, vnà cum nostra deuotione visitari. Et fuimus in domo eius diebus ac noctibus octo. Factumque est vt tertio decimo die ipse Nouatus vir Dei transiret ad Dominum, regni cælestis gloriam percepturus.

multos alii
Christianos
pauperes
Nouatus.Felix obitus
eius.

XI. CALENDAS IULII.

Apud Siciliam, ciuitate Syracusis, natalis sanctorum martyrum Rufini & Mar-
tia.

Die 21.

Roma, sanctæ Demetriæ virginis, quæ fuit beati Faustii filia. Hæc cum ante impium Iulianum pro fide Christi introduceretur, in confessione spiritum emisit. Sepulta à beato Iohanne presbytero iuxta matrem suam sanctam Daphrosam, & forem Viuianam, iuxta palatium Lucianum.

S. Demetriæ
parentes.

* In Casarea, depositio sancti Eusebij Episcopi.

X. CALENDAS IUNII.

In Britannia, natale sancti Albani martyris, qui tempore Diocletiani in Verolamio ciuitate, post verbera & tormenta acerba, capite plexus est: sed illo in terra cadente, oculi eius, qui cum percussit, pariter ceciderunt. Passus est cum eo, etiã vnus de militibus, eo quod eum ferire, iussus, noluerit: Dinino vtique perterritus miraculo, quia viderat beatum martyrem sibi, dum ad coronam martyrij properaret, alueum amnis interpositi orando transmeabilem reddidisse. Quo in tempore, persecutio crudelis, Oceani litus transgressa, etiam Aeron, & Iulium Britannia, cū alijs pluribus viris ac foeminis, felici cruore damnauit.

Die 22.
De Albano
Suri T. 3.

Item in ciuitate Nola Campaniæ, natalis sancti Paulini Episcopi & confessoris, qui se temporibus Vandalorum pro filio cuiusdam viduæ in seruitutem trades, & terribili visione Regi eorum quis esset agnitus, reddita sibi omni captiuitate ciuitatis suæ, & oneratis frumento nauibus, cum ingenti gloria ex Africa ad propriam sedem reuersus est. Claruit autem non solum eruditione, & copiosa vitæ sanctitate, sed etiam potentia aduersus demones.

De Pauli-
no Surius
Tom. 3.

Ipso die, depositio beati Nicæ Romatianæ ciuitatis Episcopi.

IX. CALENDAS IULII.

Genad. de
viris illust.
cap. 22.

Vigilia sancti Iohannis Baptistæ.
Eodem die sancti Iohannis presbyteri, quem impius Iulianus inauditum, via Salaria veteri, ante simulacrum Solis decollari præcepit. Cuius corpus à beato
ff 3
Con.

Die 23.

Concordio presbytero collectum, & sepulchrum est iuxta concilia martyrum. Apud Britanniam, sanctæ Edeltrudis virginis & Regine, cuius corpus cum annis vudecim esset sepulchrum incorruptum inuentum est.

VIII. CALENDAS IULII.

Natiuitas beati Iohannis Baptistæ, præcursoris Domini, Zachariæ & Elisabeth filij. Qui spiritu sancto repletus, adhuc in utero matris suæ, & antequam exiret inde, sanctificatus, vsque ad diem ostensionis suæ in Israel confortatus spiritu agebatur in desertis: vestitus pilis camelorum, habens zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autem eius erat locusta & mel syluestre. Tricesimo ætatis anno quintodecimo imperij Tyberij Cæsaris, cum procurator esset in Iudæa Pilatus, iamque regnum Iudæorum in quatuor principatus esset diuisum, venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum penitentiam in remissionem peccatorum.

* Roma, S. Fausti, cum alijs viginti tribus.

VII. CALENDAS IULII.

Apuð Byrriberceam, sancti Sosipatris, discipuli sancti Pauli Apostoli. Item apud Alexandriam, natale sancti Gallicani martyris. Qui cum trium phalibus infulis sublimatus, acceptus esset Augusto Constantino & charissimus, filiam eius sacratissimam virginem Constantiam sibi postcebat uxorem. Constantinus verò Augustus contristari cœpit, sciens filiam suam positam in sancto proposito facilius occidi posse, quam vinci. Quæ cum patris sollicitudinem studio sanctitatis conaretur excludere, certa de Deo, dixit patri: Depone omnem sollicitudinem tuam, & te daturum illi coniugem repromitte, vt si Scytharum superauerit gentem, victoriam simul & coniugem me accipiat. Facta sunt omnia sicut virgo disposuit, & velut subarrationis loco dantur duo fratres Eunuchi Iohannes & Paulus ex latere Augustæ Gallicano, & duæ sorores, Gallicani filia, Arteria & Artemia ipsi Augustæ traduntur. Quas virgo ad Dominum conuertit. Igitur Gallicanus à Scythica gente in Thraciarum Philippoli vrbe conclusus, metuens consistere cum eis, quod exigua illi esset militum manus, hostium verò esset innumerabilis multitudo, insiltebat sacrificijs, & Marti victimas offerebat. Quid multa? Ad vltimum creuit obsidio, & vniuersi tribuni eius ac milites se hostibus tradiderunt. Cumque cuperet fugiendi aditum reperire, Paulus & Iohannes, ex quibus præpositus vnus, alter primicerius erat Constantiæ Augustæ, dixerunt ei: Fac votum Deo cæli, quod si te liberauerit, Christianus fias, & eris victor melius quam fuisti. Mox vt votum ore prolatum est, apparuit illi iuuenis statura excelsus, ferens in humeris Crucem, dicens: Sume gladium tuum, & sequere me. Quem dum sequeretur, apparuerunt ei hinc & inde milites armati, confirmantes eum, & dicentes: Nos tibi præbemus officium: tu ingredere hostium castra, & dextra lauaque gladium tenens euaginatam, respice quousque peruenias ad Regem ipsorum. Quo cum peruenisset cum eis, prostratus Rex pedibus ipsius postulauit, nullum penitus ex suis occidi gladio. Quod Gallicanus nec fecit, nec iussit. Ita vniuersa Thraciæ liberata, & gens Scytharum tributaria facta est. Ipse verò ita Deo se deuouit, vt etiam coniugio se promittere abstinere. Reuertens itaque Gallicanus, non prius ingressus est Romam, quam ad sacra beati Petri Apostoli limina perrexisset. Constantinus verò Imperator misit se in amplexus eius, postquam cognouit omnia quæ Christi pietate circa illum perfecta sunt, referens ei vniuersa quæ gesta sunt circa filias eius, quomodo sunt virgines Christo vtiliter consecratae. Tunc cum Augusto intrante palatium Gallicano, occurrit Helena cum filia Constantia, & filiabus ipsius Gallicani. Fundebantur lachrymæ gaudijs plenæ. Qui cum veller priuatus abscedere, rogatus ab Augusto Consul processit: & in fascibus positus, quinque milia seruorum liberos ciuesque Romanos fecit. Quibus prædia, domosque donauit: cunctasque facultates suas, excepto iure filiarum, distrahi ac donari pauperibus iussit. Et se in Hostiensi vrbe manenti cuidam sancto viro, Hilario nomine sociavit. Cuius habitaculum ampliari fecit, ad peregrinorum susceptionem, quam ipse plurimis impendebat. Huic adhæserunt multi ex seruis suis, quos liberos fecit. Et diuulgata est fama eius per totum orbem, ita vt ab Oriente & Occidente venientes, viderentur.

Vincit Scythias.

Vouet castitatem.

Manumittit 5000. seruorum.

SURIUS

qber
Nobis
RVIII
5

rum ex patritio, & Consule, qui erat amicissimus Augustorum, lauante pedes, ponentem mensam, aquam manibus effundentem, languentibus sollicitè ministrantem, & exhibentem sanctæ seruitutis officia. Hic primus in Hostiensi vrbe extruxit ecclesiam, & ditauit officia clericorum. Huic se sanctus Leuita Laurentius reuelauit, adhortans eum, vt in eius nomine ecclesiam fabricaret in porta, quæ nunc vocatur Laurentia nuncupatur. Rogatus autem vt ibi leuaretur Episcopus non consentit, sed ex sua voluntate ipse qui ordinaretur elegit. Tantam nanque ei gratiam contulit Deus, vt dæmonibus pleni, mox vt visi fuissent ab oculis eius, protinus munda rentur: multaque in eo erant sanctitati, insignia. Sed cum à Constantio Iulianus Cæsar factus esset, dedit legem, vt Christiani nihil in hoc seculo possiderent. Hunc Gallicanus habens in Hostiensi pago quatuor casas, quarum pensiones his operibus impendebat, quæ prædiximus, ita habere Deum meruit defensorem, vt quicumque ingrediebatur in eas malitiose, aut ponere titulos fisci, aut exigere pensiones, statim à diabolo replebatur. Et quicumque actorum eius esset exactor, leprosus fiebat. Tunc interrogata dæmonia dederunt responsum, quòd, nisi sacrificare coactus fuisset Gallicanus, exactores reddituum eius ista pericula non vitarent. Et quoni- am nullus audebat conuenire Gallicanum de hoc scelere, mandauit ei Iulianus Cæsar, dicens: Aut sacrificare dijs, aut discede à sinibus Italia. Qui statim relictis omnibus Alexandriam petiit, & ibi iunctus est confessoribus Christi per continuum annum. Post etiam fecerit in eremum, ibique à Rauciano comite templorum, cum cogere tur sacrificare, & contemneret, percussus gladio in capite, Christi martyr effectus est, atque ita perrexit ad Dominum gaudens cum triumpho. Cui statim basilicam construxerunt sui nominis, in qua exuberant beneficia martyris ex eo, & nunc & vsque in secula.

Extruit ecclesias.

Capite egreditur.

Item Romæ, S. Lucie virginis, cum xxij.)

VI. CALENDAS IULII.

Romæ, sanctorum Iohannis & Pauli fratrum natale. Quorum primus præpositus, secundus fuit primicerius Constantiæ virginis, filie Constantini. Qui cum omni die turmas Christianorum recrearent ex his opibus, quas sanctissima virgo Constantia reliquerat, peruenit hoc ad Iulianum. Et misit qui eos conuenirent, dicens: Debere sibi eos adherere. Illi verò responderunt inter alia: Pro iniquitate tua destitimus à tua saluatione, & à societate Imperij tui nosmetipsos omninò subtraximus. Sumus enim nos non falsi, sed veri Christiani. Quibus Iulianus mandauit: Considerare deberis, quia vos regia aula nutriti, non debetis deesse à latere meo, vt habeam vos primos in palatio meo. Quòd si contemptus à vobis fuero, necesse mihi erit agere, vt contemni non possim. Paulus & Iohannes dixerunt: Non tibi facimus hanc iniuriam, vt præponamus tibi qualemcunque personam, Deum tibi præponimus, qui fecit calum & terram, mare, & omnia que in eis sunt. Et scire te volumus, quia nunquam ad saluationem tuam, nunquam ad culturam tuam, nunquam ad palatium tuum veniemus. Quibus Iulianus ait: Decem diebus vobis à me dantur induciæ, vt decima transacta die spontè ad me venientes, amicos vos habeam, non venientes verò tanquam hostes publicos puniam. Tunc sancti viri Iohannes & Paulus Christianos ad se inuitantes, ordinauerunt de omnibus quæ relinquere poterant, per totos decem dies incessanter die noctique elemosynis insistentes. Die verò vndecima sunt constricti intra suam domum. Missus namque est Terentianus campiductor ad eos cum militibus hora cœnandi. Qui ingressus, inuenit eos orantes, & dixit eis: Dominus noster Iulianus statunculam auream Iouis ad vos misit, vt adoretis illam, & thura incendatis. Quòd si non feceritis, ambo meo gladio feriemini. Non enim decet vos intra aulam nutritos, vt publice occidamini. Iohannes & Paulus dixerunt: Iulianus si tuus est dominus, habeto pacem cum eo: nobis autem Dominus alius non est, nisi vnus Deus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, quem ille negare non timuit. Et quia semel à facie Dei proiectus est, vult & alios secum in interitum deuenire. Tunc Terentianus tertia hora noctis transacta, fecit fieri foueam intra domum eorum, vt sine strepitu fame punirentur. Et sic decollati, statimque inuolui & reponi iussit, diuulgans, quòd iussu Cæsaris missi fuissent in exilium. Statim autem vt Iulianus in bello Persarum interfectus est, Iouiniano facto Christianissimo Imperatore, aperta sunt ecclesiæ, & coepit religio Christiana gaudere.

Die 26. De his Surtius To. vt sup.

Pal. 145.

Iohannis & Pauli Constantiar

Omnia sua dant pauperibus.

Gladio egrediuntur.

Damones autem ex obsessis corporibus intra domum Iohannis & Pauli eijcibantur, confitentes sanctam passionem eorum, ita vt vnicus filius Terentiani, qui eos decollauerat, veniret intra domum sanctorum, & clamaret per eos eius demon, quod Paulus & Iohannes incenderent eum. Tunc Terentianus veniens, prostravit se in faciem clamans, quod nesciens quid faceret homo paganissimus, iussione Casaris adimpleset. Vnde factum est, vt dato nomine, proximo die Pasche perciperet gratiam Christi, assidue orans & flens ad locum illum, in quo sanctorum corpora requiescunt, donec a sanctis Dei filius eius mundaretur. Et ab ipso Terentiano descripta est passio horum martyrum. Passi sunt autem sexto Calend. Iulij.

Terentiani filius a demonio liberatur.

V. CALENDAS IULII.

Die 27. Crescente, Tim. 4. & Ado VI. ent. anno 39. & 101.

A pud Galatiam, beati Crescentis, discipuli sancti Pauli Apostoli. Qui & in Gal. alias transitum faciens, verbo predicationis multos ad fidem Christi conuertit. Viennæ ciuitate Galliarum per aliquot annos sedit, ibique Zachariam discipulum pro se Episcopum ordinauit. Rediens verò ad gentem, cui specialiter fuerat Episcopus datus, Galatas, vsque ad beatum finem vitæ suæ in opere Domini confortauit.

S. Symphorosa cum septem filiis interimitur.

Apud Tyburtinam Italiae ciuitatem, natale sanctæ Symphorose, beati Getulij martyris vxoris, cum septem filijs, Crescente, Iuliano, Nemesio, Primitiuo, Iustino, Staeteo, Eugenio, cum quibus simul passa est sub Adriano Principe, qui ipsam Symphorosam iussit palmis cædi, deinde suspendi crinibus. Sed cum superari nullatenus posset, iussit eam alligato saxo in fluuium præcipitari. Cuius frater Eugenijs curia principalis Tyburtina, colligens corpus eius sepeliuit. Manè autem factò, Imperator iussit septem figi stipites, ibiq; filios eius ad trochleas extendi, & Crescentem in gutture transfigi, Lucianum in pectore, Nemesium in corde, Primitiuum in vmbilico, Iustinum per membra distentum scindi per singulos corporis nodos atque iuncturas, Staeteum lanceis innumerabilibus, donec moreretur, in terra configi, Eugenium scindi à pectore vsque ad inferiores partes. Altera autem die Adrianus præcepit corpora eorum simul auferri, & proijci in foueam altam. Et posuerunt pontifices sacrorum nomen loci illius, Ad septem Biothanatos. Natale verò sanctorum martyrum xv. Calendas Augusti celebratur. Quorum corpora requiescunt via Tyburtina, miliario nono.

Beda & V. suar. & A. do MS. habent V. Calend. Iulij.

Eodem die Cordubæ in Hispanijs, natalis sanctorum Zoili & aliorum decem & nouem.

* Eodem die septem dormientium.

IIII. CALENDAS IULII.

Die 28. De Leone hoc 2. Pontificale c. 12.

Vigilia Apostolorum Petri & Pauli. Ipso die, natalis sancti Leonis Papæ, qui scdit menses decem Romæ. Hic eloquentissimus, & diuinis scripturis sufficienter instructus, Græca, Latinaque lingua eruditus. Hic sanctam sextam Synodum, quæ in regia vrbe celebrata est, (vbi damnati sunt Cyrus, Sergius, Pyrrhus, Paulus, Petrus, Macarius, Stephanus & Polychronius, nouus Simon, qui vnâ voluntatem & operationem in Domino Iesu Christo prædicabant) de Græco in Latinum transtulit. Hic constituit, vt qui Archiepiscopus ordinatus fuerit, nulla cõsuetudine pro vsu pallij aliorumve officiorum quicquam persoluere debeat. * Hic cum multis Episcopis fidem Catholicam exponens, Eutylianam & Nestorianam hæresim damnauit: & sanctissimum Concilium Chalcedonense sua industria congregari fecit. Hic constituit intra actionem dicere, Sanctum sacrificium. Et monacham non accipere velamen capitis benedictum ab Episcopo, nisi prius probata illius virginitas fuerit.

* videtur author hic lapsus memoria, ga hęc postcriora de Leone scribuntur. De eo Hier. de v. ris illust. c. 45. & Euseb. lib. 5. c. 4. l. 71. 81.

Apud Lugdunum Gallia, natale sancti Irenæi Episcopi. Qui, beato Fortino propè nonagenario ob Christi fidem martyrio coronato, in locum eius successit. Quem etiam constat beatissimi Polycarpi sacerdotis & martyris fuisse discipulum, & Apostolicis temporibus vicinum. Postea verò persecutione Seueri cum omni ferè ciuitatis suæ populo gloriosè coronatur martyrio. Sepultus est à Zacharia Presbytero in crypta basilicæ beati Iohannis Baptistæ sub altari. Cui ab vno latere Epipodius, ab altero Alexander martyr est tumulatus. Huius cryptæ tam reuerenda est claritas, vt meritum martyrum signare credatur.

De his Eusebij.

Eodem die apud Alexandriam, sanctorum martyrum Plutarchi, Sereni, Eracidis

SURIUS

q. ber. noster

RVIII 5

clidis, Herois, item Sereni, Potamicenæ, Marcellæ, Cathecuminæ, & Herenomi-
na, baptismum martyrij consecuta. Inter quos præcipuè emicuit Potamicena vir-
go: quæ primò immensos & innumeros agones pro virginitate desudans, deindè
etiã pro martyrio exquisita & inaudita tormenta perpeffa, ad vltimum cum venera-
bili matre Marcella ignis supplicij consumpta, è terris migravit ad cælum.

III. CALENDAS IULIAS.

Romæ, natalis beatorū Apostolorum Petri & Pauli, qui passi sunt sub Nerone
Basso & Tusco consulibus. Petrus secundo Claudij anno post Episcopatū An-
tiochenæ ecclesiæ, & prædicationem dispersionis eorum, qui de circumcissione cre-
diderant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, & Bithynia, ad expugnandū Simonē
magum Romā missus est: ibiq; viginti quinq; annis cathedram sacerdotalem te-
nuit, vsq; ad vltimum annū Neronis, à quo affixus Cruci, martyrio coronatus est,
capite ad terrā verso, & in sublime pedibus eleuatis: afferens se indignū qui crucifī
geretur vt Dominus suus. Sepultus in eadē vrbe in Vaticano, iuxta viā triumphā-
lē, totius orbis veneratione celebratur. Scripsit duas epistolas, quæ catholica no-
minantur: quarum secunda à plerisq; eius negatur, propter styli cum priore dis-
sonantiam. Sed & Euangelium iuxta Marcum (qui auditor & interpret eius fuit) hu-
ius dicitur. Libri autem eius, è quibus vnus Actōrū eius scribitur, alius Euangelij,
tertius Prædicationis, quartus Apocalypsis, quintus Iudicij, inter apocryphas scrip-
turas reputantur. Paulus quoq; post passionem Domini vigesimo, quinto anno,
id est secundo Neronis, postquam ab Hierusalē vsq; Illyricū repleuit Euangelium
Christi, Romā vincus missus est, & sicut ipse in secunda epistola ad Timotheum
scribit, liberatus de ore leonis, videlicet ferocissimi persecutoris Neronis, Euange-
lium Christi in Occidentis quoq; partibus prædicauit. Et hic ergo quattodecimo
Neronis anno (eodē die quo Petrus) Romæ pro Christo capite trūcatur. Sepultus
que est in via Ostiensis, anno post passionem Domini tricesimo septimo. Scribit au-
tem nouem ad septē ecclesias epistolas. Ad Romanos vnam, ad Corinthios duas,
ad Galatas vnam, ad Ephesios vnam, ad Philippenses vnam, ad Colossenses vnam,
ad Thessalonicenses duas. Præterea ad discipulos suos: ad Timotheum duas, ad Ti-
rum vnam, ad Philemonem vnā. Epistola autem quæ fertur ad Hebræos, non eius
credetur, propter styli sermonisq; dissonantiam, sed vel Barnabæ iuxta Tertullia-
num, vel Lucæ Euangelistæ iuxta quosdam, vel Clementis Romanæ post Ecclesię
Episcopi, quem dicunt sententias Pauli proprio ordinasse & ornasse sermone: vel
certè quia Paulus scribebat ad Hebræos, & propter inuidiam sui apud eos nominis
titulum in principio salutationis amputauerat. Scripserat autem vt Hebræus He-
braicè, id est suo eloquio disertissimè, vt ea quæ eloquenter scripta fuerant in He-
bræo, eloquentius verteretur in Græcum. Et hanc esse causam, quod à cæteris Pauli
epistolis discrepare vidatur. Eius itaque esse non alterius, tota Ecclesia iam firmis-
simè tenet. Legunt quidam & ad Laodicenses, sed ab omnibus exploditur. Hic de
tribu Benjamin & oppido Iudææ * Giascalis fuit, quo à Romanis capto, cum pa-
rentibus suis Tharsum Ciliciæ commigravit, à quibus ob studium legis missus Hie-
rosolymā, à Gamaliele viro doctissimo eruditus est. Cū autē interfuisset neci mar-
tyris Stephani, & acceptis à pontifice templi ad persequēdos eos, qui Christo credi-
derant Damascū pergeret: reuelatione compulsus, in vas electionis de persecutore
trāsatus est. Cumq; primū ad prædicationem eius Sergius Paulus proconsul Cy-
pri credidisset, ab eo quod cum Christi fide subegerat, sortitus est nomen.

* Romæ, natalis sancti Nouatiani, cum alijs 977.

PRIDIE CALENDAS IULIAS.

Celebratio iterum sancti Pauli Apostoli.

Celebratio iterum sancti Pauli Apostoli.
Item natalis beatissimæ Lucinæ, quæ ab Apostolis baptizata est & instructa,
quæque facultatibus suis necessitatibus sanctorum communicatis, vincula & car-
ceres eorum semper subleuare studiuit, atque eorum sepultura venerabiliter in-
seruire. Quorum meritis & ipsa sociata, pretiosissimam mortem confessione
Christi adeptæ, atria Hierusalem intare, vota sua Domino persoluendo, meruit.
Ac Romæ in crypta laudabili, quam ipsa ad condendum martyrum corpora con-
struxerat, honorabiliter sepulta est.

Item Lemouicæ ciuitate, sancti Martialis Episcopi & confessoris.

MEN-

se li. 6. cap.
4. Eccl. hist
apud Suriū

Die 29.

De Apost.
Petro &
Paulo vide
T. 3. SuriijEpistole S.
Petri duæ.

2. Tim. 4.

S. Paulo ca-
pite trūc-
atur.S. mater Ec-
clesia cre-
dit & cōfi-
retur Epi-
stolā ad He-
bræos, esse
Pauli Apo-
stoli * Gi-
schalis.
Act. 7. & 9.
S. Pauli cō-
uersio.Die 30.
De Lucina
vide gesta
SS. Procef-
si & Marti-
niani 2. lu-
lij Tom. 4.
Suriij.

CALENDIS IVNII.

Die 1.
 De Mone-
 gunde Su-
 rius 2. Iu-
 lii.

De eo Ado-
 Viennen-
 in Chron.
 etate 6.



In monte Hor, depositio Aaron sacerdotis primi.
 Eodem die, sanctæ Monegundis virginis. Et in ter-
 ritorio Lugdunensi, loco qui vallis Vebronna nuncu-
 patur, depositio viri Dei, beati Domitiani Abbatis, qui
 primus illic eremiticam vitam exercuit, & plurimos in
 Dei seruitio aggregans, monasterium instituit, magnis
 que virtutibus & gloriosis miraculis valde clarus, col-
 lectus est ad patres in senectute bona.

Viennæ, beati Martini, tertij eiusdem vrbs Episcopi,
 ab Apostolis ad eandem urbem missi.

* Item octauæ sancti Iohannis Baptistæ. * Romæ
 Caij Papæ & aliorum. * Augustoduni, depositio Leontij Episcopi. * In Meso-
 potamia, Zeli cum alijs sex. * Orion cum alijs octo.

VI. NONAS IVLII.

Die 2.
 De his Su-
 rius To. 4.
 ex MS. &
 hom. S.
 Gregor.

Lapidib.
 sanctorū
 ora tundū-
 tur & fustib.
 bus cadun-
 tur.

Cadūtur
 scorpionib.
 us.

Gladio ce-
 duntur.

De his ha-
 betur in
 S. Sebastia-
 ni 1. Tom.
 Suri.
 Die 3.

De Ana-
 tho. Suri-
 us.

De Grego-
 rio Surius
 fuffius To.
 4.

Natalis sanctorum Processi & Martiniani, qui cum essent magistri Animelli
 principis, & viderent mirabilia quæ faciebat per beatos Apostolos suos Petrum
 & Paulum Dominus Iesus Christus, mirari cœperunt. Erant tunc temporis beatissi-
 mi Apostoli traditi Paulino viro clarissimo, sub custodia Mamertini, in monte Tat-
 peio, vbi de monte suis orationibus aquam manare fecerunt. Tunc sunt baptizati
 Processus & Martinianus à beato Petro Apostolo, & alij promiscui sexus, numero
 quadraginta septem. Quod cum nunciatum esset Paulino, quod Processus & Mar-
 tinianus magistri Animelli Christiani effecti essent, misit milites, & tenuit eos, in-
 sistique in custodia retrudi. Sequenti die educti, cum constantissimè Christum fate-
 rentur, iussit Paulinus, vt lapide os eorum contunderetur: sed illi gloriam in excel-
 sis Deo dicebant. A lata est & tripodā, supra quam Iouis aureus. Illi cum viderent
 risum facientes, expuerunt in Iouem & in tripodam. Iussi sunt ergo in eculeo su-
 spendi, & attrahi neruis, & fustibus cædi. Exinde iussum est vt flammæ ponerentur
 circa latera eorum. Erat autem ibi matrona nobilissima, nomine Lucina, quæ con-
 fortabat eos, dicens: Milites Christi constantes estote, & nolite metere pœnas quæ
 ad tempus sunt. Iterum appensi in eculeo, à militibus cæsi sunt scorpionibus. De-
 inde retrusi sunt in custodia, vbi venerabilis scœmina Lucina ministrabat eis. Post
 triduum verò Paulinus arreptus à dæmonio expirauit. Casareus autem præfe-
 ctus hoc Neroni intimauit. Cui Nero præcepit, dicens: Non tardetur, sed celerius
 extinguantur. Tunc educti foras muros vrbs Romæ, in via quæ Aurelia nuncupa-
 tur, gladio sunt cæsi. Corpora eorum beatissima Lucina collegit, & cum aromati-
 bus preciosis sepeliuit in prædio suo in Arenario, iuxta locum vbi decollati sunt,
 sub sexto die Nonarum Iulij.

Eodem die sanctorum trium militum, qui cum beato Apostolo Paulo passi sunt.
 Item ipso die sanctorum martyrum Aristonis, Crescentiani, Eutychni, Vrba-
 ni, Vitalis, Iusti, Felicissimi, Felicis, Martij & Simphorose: qui omnes apud Campa-
 niam glorioso martyrio coronati sunt.

Apuđ Edessam Mesopotamiæ, translatio corporis sancti Thomæ Apostoli.
 Item ipso die apud Constantinopolim natalis S. Eulogij.
 Apud Laodiciam Syriæ, beati Anatholij Episcopi & confessoris.

V. NONAS IVLII.

Item apud Neocæsaream Ponti, natalis S. Gregorij Episcopi & martyris, beati
 Anthenodori Episcopi fratris. Qui Gregorius Episcopus, doctrina & miraculis
 clarissimus fuit. Denique quoddam stagnum erat in Ponti regionibus situm, pi-
 scibus copiosum, ex quorum captura prædiuites redditus dominis præstabantur.
 Ista possessio duobus fratribus sorte hæreditatis obuenerat, sed pecuniæ cupidi-
 tas, quæ penè omnium corda mortalium superat, etiam fraternam necessitudi-
 nem violauit. Cædes ac bella mouebantur, humanus sanguis pro piscibus funde-
 batur. Sed Dei prouidentia aliquando affuit Gregorius: videt prælia & mortes v

SURIUS

qber
 nomen
 RVIII
 5

forum, furentesque germanos. Cumque honore aduentus sui utraque partes paululum siluissent, Nolite, inquit, o filii rationabiles animas pro mutis animantibus violare: fraternal pacem quaestus cupiditate dissoluere. Dei leges & natura pariter iura temerare. Et vna mecum ad oram stagni exitialis accedite, & ego iam vos per virtutem Domini ab omni certamine cruentae contentionis absoluam. Et cum haec dixisset, in conspectu omnium virgam quam tenebat in manu ad primas litoris vndas defigit, & ipse positus genibus palmas retendit ad caelum, atque Dominum supplicat. Simul ut orandi finem fecit, statim se vnda subducens, & cursu velociore refugiens, a conspectu superno iussa discedere, abyssi suis redditur, & arenam campum germanis iam concordibus derelinquit. Sed & in hodiernum frugum ferax esse dicitur. Iterum in quodam loco ruris angusti, cum res posceret ecclesiam construi, rupis quaedam vicini montis ex parte Orientis obiecta, ex alia vero praeterfluens fluuius, spatium quantum ecclesia sufficeret, denegabat. Et cum alius omnino non esset locus ad construendam ecclesiam, ille fide plenus pernoctasse in oratione dicitur. Cumque plena fide ac deuotione Dominum deprecaretur, ad lucem coeuntes populus, inuenta est rupes importuna fecerit tantum, quantum spatij ad condendam quaerebatur ecclesiam. Traduntur & huius beati viri & alia quamplurima, quae fidem & sanctitatem ipsius plurimum commendant. Sed & inter alia quae luculentissime scripsit, etiam Catholicae fidei expositionem breuiter editam dereliquit. Vnus Deus pater verbi uiuentis, sapientiae subsistentis, & virtutis suae & figurae, perfectus perfecti genitor, pater filij vnigeniti. Vnus Dominus solus ex solo Deo, figura & imago deitatis, verbum penetrans, sapientia comprehendens omnia, & virtus qua tota creatura fieri potuit. Filius verus veri, & inuisibilis ex inuisibili, incorruptibilis ex incorruptibili, immortalis ex immortalis, sempiternus ex sempiterno. Vnus Spiritus sanctus ex Deo substantiam habens. Et qui per filium apparuit, imago filij perfecti perfecta, uiuentium causa, sanctitas, sanctificationis praestatrix, per quem Deus solus super omnia & in omnibus cognoscitur, & filius per omnes. Trinitas perfecta, maiestate, & sempiternitate, & regno minime diuiditur neque abalienatur. Igitur neque factum quid, aut feruens in Trinitate, neque superinductum tanquam ante hoc quidem non subsistens, & quasi postea superingressum. Neque ita defuit vnquam filius patri, neque filio Spiritus sanctus, sed inconuertibilis & immutabilis eadem Trinitas semper manet.

III. NONAS IULII.

Osea & Aggae Prophetarum. Turonis translatio sancti Martini Episcopi & confessoris, & ordinatio Episcopatus eius, & dedicatio Basilicae ipsius.

Eodem die in Africa, natalis sancti lucundiani martyris in mare merisi. Et in territorio Bituricae ciuitatis, natalis sancti Lauriani martyris: cuius caput Hispaniam ad Hispanias deportatum est.

Apud Sirmium, sanctorum martyrum Innocentij & Sebastiae, cum alijs triginta.

* Eodem die Augustae, S. Vdalrici Episcopi & confessoris.

III. NONAS IULII.

Apuud Syriam, natalis S. Domitij martyris, qui virtutibus suis multa incolis beneficia praestat.

Item Romae, natalis S. Zoae uxoris beati Nicostri martyris, quae dum ad confessionem beati Petri Apostoli oraret, a paganis arctata, ducta est ad patronum regionis Naumachiae: a quo primum in custodiam obscuratissimam trusa, & per dies sex omni solatio lucis & victus fraudata, septimo demum die a collo & a capillis in arbore suspensa, adhibito subter horribili fumo, in confessione Domini emisit spiritum.

FRIDIE NONAS IULII.

Natalis Esaiae & Iohel Prophetarum: & Octauae Apostolorum.

Et primus beati Apostoli Pauli ingressus in urbem Romam, anno secundo Neronis Imperij, cum iam haec loca & has prouincias praedicando perlustrasset. Ab Antiochia ipse cum Barnaba praemisus a Spiritu sancto postquam iam in Arabia & Cilicia verbum Dei, alijsque prouincijs annunciauerat, peruenit Seleuciam, Cyprum, Salaminam, Paphos, Pergem Pamphyliae, Antiochiam quae est Pisidiae, Iconi-

S. Gregorius dicitur desfratres placat.

Oratione stagni in terra mutat.

Fluuium secedere facit loco, extruenda ecclesia.

Spiritus sanctus perfecta filij Dei imago.

Die 4. De Translat. S. Martini, Turonensis. ca. 14. li. 2.

+ Sabbatig

De Vdalrico Suario Tomo 4. Die 5.

De Zoae uxoribus beati Nicostri. To. 1. Surijs.

Die 6. De Esaiaha betur praesenti To. 6. Iulij.

Iconium. Indè ad ciuitates Lyconia Lystram, Derben, & vniuersam in circuitu regionem. Indè reuertentes Antiochiam Pisidia, deueniunt Pamphylia, Pergen. Hinc Antiochiam vnde missi fuerant, reuertuntur. Indè propter quæstionem Circumcisionis in gentibus, Hierosolymam proficiscuntur. Deinde rursus Antiochiam redeunt. Vnde cum inter eos dissensio propter Iohannem, qui Marcus cognominatus est, accidisset: solus Paulus assumpto Silea, à fratribus gratia Dei traditus, has regiones & insulas peragravit, prædicans Syriam, Ciliciam, Derben, Lystram, Phrygiam, & Galatiam regionem, Misiam, Troadam, Macedoniam, Samothraciam, Neapolim, Philippis, Amphipolim, Apolloniam, Thessalonice, Beroen, Athenas, Corinthum. Et indè nauigauit in Syriam, & venit Ephesum, & indè Cæsaream & Antiochiam, & Galatia regionem, & Phrygiam. Hinc cum vellet ire Hierosolymam, dixit ei Spiritus sanctus, vt reuerneretur in Asiam. Et cum peragrasset superiores partes, Ephesum venit. Hinc profectus est in Macedoniam, & accessit Philippis, Troadam, Masson, Mitilenem & contra Chium, Samon, Trogilion, Milerum, Choum, Rhodum, Patara. Et indè visa Cypro, & relicta ea ad sinistram, fretauit in Syriam. Et indè venit Tyrum, Ptolomaidem, Cæsaream, Hierusalem. Ibi ligatur à Iudæis, & traditur gentibus. Et indè destinatur ad Felicem præsidem Cæsaream. Hinc cum appellasset Cæsarem, Romam ad eundem Cæsarem, quem appellauit, mittitur: & enauigauit Sidonem, Cyprum, cui iuxta erat ciuitas Thalasla in insula Militene, Syracusas, Regium, Puteolis, Romam, & biennio in libera manens custodia: post hæc ad prædicandum dimittitur. Quo tempore, credibile est eum ad Hispanias perrexisse, necdum Nerone in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrant historia.

A. 21.

SURIUS

q. ber
Nobis
FVIII
5

De eo in gestis S. Sebastiani To. 1 Suri. De Goare To. 4 Suri. Romæ, natalis sancti Tranquillini, patris martyrum Marci & Marcelliani, qui ad prædicationem beati Sebastiani credens in Dominum Iesum Christum, die Octauarum Apostolorum, dum ad B. Pauli confessionem oraret, tentus à paganis ac lapidatus, martyrium consummauit.

Eodem die depositio beatissimi Goaris confessoris.

NONIS IULII.

Die 7. De eo Eusebius li. 5. cap. 10. Apud Alexandriam, natalis sancti Pantæni, viri Apostolici, & omni sapientia adornati, cuius tantum studij & amoris erga verbum Dei fuit, vt etiam ad prædicandum Christi Euangelium, omnibus gentibus quæ in Orientis vltimis locis, bus reconduntur, fidei & deuotionis calore profectus sit, & vsque ad Indiam circuitum prædicando peruenerit. Vbi reperit Bartholomæum, de duodecim Apostolis, aduentum Domini Iesu iuxta Matthæi Euangelium prædicasse. Quod Hebraicis literis scriptum, reuertens Alexandriam secum detulit: vbi præclaram & nobilem vitam beato sine concludit.

De his vide gesta S. Sebastiani T. 1. Suri. Romæ, natalis beatorum martyrum, Nicostrati Primsinerij, Claudij Commentariensis, Castorij, Victorini, Simphroniani, quos beatus Sebastianus credere Christum docuit, & sanctus Polycarpus presbyter baptizauit. Qui cum corpora sanctorum per ora Tyberina requirunt, tenti sunt, & ad vrbis præfectum perducti. Erat Iudex Fabianus qui eos hortabatur ad sacrificandum, per decem dies minis & blanditijs cum eis agens, & nullum penitus potuit commouere. Tunc fecit de eis suggestionem Imperatoribus, qui que iusserunt eos tertio torqueri. Cum que nulla ratione compulsi cederent, iusserunt eos in mari præcipites dari. Immenis itaque arctati ponderibus, pelagi fluctibus dati sunt, vt in loco mundo inter aquas coronam martyrij celebrarent.

Sancti in mare præcipitatur.

* Eodem die Vuilibaldi Episcopi & confessoris, & Materniani confessoris. Apud Viennam Eooldi Episcopi, cuius industria delatæ sunt reliquæ sanctorum martyrum Thebæorum ad vrbem Viennam.

VIII. IDVS IULII.

Die 8. Rom. 16. 1. Cor. 16. A. 13.

Apud Asiam minorem, sancti Aquile, & Priscille vxoris eius, de quibus in Actibus Apostolorum scribitur: apud quos beatus Paulus Apostolus, propter artificium (erant enim eiusdem artis, id est, scenofactoria, cuius & Apostolus) morabatur & operabatur, postquam ipsi in Achaia ab vrbem Roma venerunt.

De Procopio Surius ex Metaph. Tom. 4. De his Surius.

In Palæstina, natalis sancti Procopij martyris, qui ab Nicopoli ductus Cæsaream, ad primam responsum eius confidentiam, à Iudice Fabiano capite caesus est. * Apud Herbiopolim, natalis sanctorum martyrum Kilani & sociorum eius.

VII

Romæ, ad Guttam iugiter manantem, sancti Zenonis & aliorum decem mil.
lium ducentorum trium. Die 9.

In ciuitate *Tyria, natalis sanctorum Anatholia & Audacis, sub Decio Imperatore. Quorum Anatholia cum multis in Piceno infirmos, lunaticos, ac daemones eos curasset, ducta est iubente Faustiano ad ciuitatem Tyria, & diuersis plagarum generibus vexata. Deinde cum serpente tota nocte inclusa, nihil laesa est. Quin & ipsum Marsum qui serpentem dimiserat nomine Audacem, manè à suo serpente deuorandum eripuit, & ad Christi martyrium conuertit. Nam ipse post hæc ob confessionem veritatis in custodiam datus est. Ipsa quoque virgo Christi gladio transuerberata, cum staret extensis manibus in oratione, ita vt per dexterum latus gladius missus per sinistrum exiret. Quæ passa est septimo Iduum Iuliarum. Sepulta autem manè à ciuibus Tyrienibus. Audax verò, quia de Oriente erat, ab vxore sua & filijs illuc translatus est.

Eodem die, natalis sancti Cyrilli Episcopi, qui flammis iniectus, illaesus quæsit, ac stupore tanti miraculi à Iudice dimissus. Cū rursus verbum Dei alacriter prædicaret, ac plures efficacius ad fidem Christi conuerteret, Iudex pœnitentia ductus capite plecti eum iussit, atque optato martyrij sine consummauit.

In ciuitate Marrulana, sancti Brictij Episcopi & confessoris, qui sub Iudice Martiano, postquam os eius lapide cõtusum est, & in eculeo crudelissimè ex cruciatus in Domini confessione perdurans, in carcerem trusus est. Noctè autem terræ motu graui ciuitas concussa, inter alios plures, etiam Martianū occidit: Et Christi confessor ab Angelo sancto, & à beato Petro Apostolo uisitatus, atq; ad prædicandū Euangelium confortatus, magnas populorum credentium multitudines omnipotenti Deo lucrificans, quieuit in pace. Cuius animam viderunt adstantes in specie columbæ niuæ celo recipi.

Item apud Aegyptum, S. Serapionis Episcopi & confessoris.

* Eodem die natalis S. Agilolphii Archiepiscopi Colonienfis & martyris.

Romæ, septem fratrum filiorum sanctæ Felicitatis, id est: Ianuarij, Felicis, Philippi, Syluani, Alexandri, Vitalis & Martialis, sub præfecto vrbs Publico, tẽpore Antonini principis. Primum auditi, deinde per varios iudices, vt varijs supplicijs laniarentur, missi. E quibus Ianuarius post verbera virgarum & carcerè ad plumbatas occisus est. Felix & Philippus fustibus mactati. Syluanus præcipitio interemptus est. Alexander, Vitalis, & Martialis capitali sententia puniti.

Eodem die in Africa, natalis sanctorum Ianuarij, Marini, Naboris, & Felicis, de collarum, quorum corpora Mediolanum translata sunt.

Romæ miliario decimo, natale sanctarum Rufinæ & Secundæ sororum, patre clarissimo genitarum Asterio, matre clarissima Aurelia, sub persecutione Valeriani & Gallieni, iudicibus, Iunio Donato præfecto, & Archesilao comite. Harum virginum sponsi Armentarius & Verinus à fide Christianitatis recesserunt. Pro qua re volentes beatæ virginis declinare eorum persuasiones insanas, ad prædolum suum, quod in Tuscia partibus habebant, Baſternæ pergebant vehiculo. Quod audientes Armentarius & Verinus, comiti Archesilao suggererunt, quæ de causa verberem fugerēt. Tunc sceleratissimus Archesilao cum militibus suis equestribus iter agentibus, sanctas Dei virgines in via Flaminia miliario xiiii. comprehendens, atque reuocans ad vrbs Romam, Iunio Donato præfecto obtulit. Qui iussit eas in custodias redigi à se inuicem separatas, & in die tertia in secretarium duci. In quo Rufinam ingredi iubens, dixit ad eam: Cū sis nobilis nata, quid est quod ad ignobilitatem deuoluta es? Et cupis esse captiua in vinculis, magis quam libera cum marito gaudere? Rufina respondit: Captiuitas ista temporalis æternam captiuitatem excludit, & vincula temporalia perpetua vinculorum ligamenta dissolunt. Præfectus dixit: Iſtas vanas fabulas & aniles abijce, & sacrificia dijs immortalibus, vt possis tuo sponso cum gaudio perfrui, & vsque ad senectutem cum gaudio deliciarum attingere. Rufina respondit: Duo sunt inutilia, quæ persuades, & vnum dubium quod promittis. Nam dicis me debere idolis sacrificare, vt in perpetuum peream, & post hoc maritum accipere, vt gloriam virginitatis amittam. Post ista duo tam contraria promittis, quod vsq; ad senectutem cum gaudio deliciarum attingam,

val. Tyro

De his fustibus scribit Surius T. 4. ex MS.

Itē de Cyrillo, To. & die eodē

Die 10. de his Surius To. 4.

De Rufina & Secunda Surius T. 4.

S. Rufina, prudētissimè respondit iudici.

cum de te ipso incertus sis, an ad diem crastinum attingas. Prætes adduci iussit Sæcundam, vt Rufina soror eius in conpectu ipsius flagellis caderetur. Quæ cum vidisset fororem suam flagellis cædi, clamare cœpit ad Iudicem: Quid est quod agis & me exhonoras? Dicit ei Præfectus. Vt vidio, infanior sorore tua es. Secunda respondit: Nec soror mea infana est, nec ego infanio, sed amba Christianæ sumus, & iustum est vt simul cædamur, quia simul Christu Dominum confitemur. Et cum liberè fidem veritatis faterentur, tunc iussit eas Præfectus in tenebroso loco includi, & fumum stercoreum fieri. Cum hoc fuisset factum, fumus ille quasi thymiana exhalabat, & obscuritas illa quasi die medio vincebatur. Iterum iussit eas tolli, & in suis balneis includi, atque in folio ardente & non temperato iactari. Vbi cum fuissent post duas horas ingressi qui earum corpora tollerent inueniunt intus Tyberis mirri, & vno saxo ligato in collo ambarum, præcipitari. Cuius per diem diam ferè horam merferunt, & quæ nuda missa fuerant, in superiore parte fluminis siccis vestibus apparuerunt, Christi gloriam decantantes. Quod cum fuisset Iudici nunciatum, dixit Præfectus Archelilio comiti: Ista quas mihi tradidisti, aur magica arte nos superant, aut verè in eis sanctitas regnat. Vnde sicut eas mihi tradidisti, ita eas ego tibi reddo, vt tuo arbitrio vel sententiam accipiant, vel euadant. Tunc Archelilius iussit eas duci in syluam in via Cornelia, ab vrbe Roma miliario decimo, in fundo, qui vocatur Buxo, & illic eas capite percuti, & sic earum inhumata corpora derelinqui. Sed Domini gratia non defuit in Christo creditibus vel defunctis. Nam Plautilla matrona, in cuius prædio hoc factum est, vidit eas in visu sedentes gemmatas in thalamo, & dicentes sibi: Plautilla desine à flagitijs idolorum, & ab incredulitate impia cessa, & credens in Christum, veni in rem tuam, & corpora nostra inueniens, ibi sepeli. Exurgens autem Plautilla, peruenit ad locum, & inueniens sanctarum virginum corpora, adorauit, & credidit, & fabricauit sepulcrum virginu ad laudem Domini Iesu Christi.

V. IDVS IULII.

Dic. 11. **T**ranslatio sancti Benedicti Abbatis, Postq̄ enim (sicut ipse viuens prædixerat) monasterium eius à gentibus est vastatum, Domino reuelante, repertu est corpus eius, & in Gallias translatum, atque in territorio Aurelianensi monasterio quod vocatur Floriacum, condignè sepultum. Translatum est pariter etiam corpus beate Scholasticæ virginis sororis eius, atque in partibus Cenomanensium, religiosoru deuotione conditum. Cuius animam idem vir Dei è corpore egressam, vidit in columbæ specie cali secreta penetrare: corpusque eius secum in vno iussit poni sepulcro, vt quorum mens vna semper in Deo fuerat, eorum quoq; corpora nec sepultura separaret.

Eodem die in Armenia minore, ciuitate Nicopoli, natalis sanctorum martyrum Ianuarij & Pelagiæ, qui eculeo, vngulis, & testarum fragmentis diebus quatuor cruciati, martyrium impleuerunt.

De Pio. Põ Romæ in Vaticano, sancti Pij Pape, qui sedit in Episcopatu annos octodecim Sub
tificale c. 11. huius tempore Hermes librum scripsit, qui appellatur Pastor, quia in habitu pastoris ei Angelus apparuit.

Hildulphi * Item Romæ, natalis sanctorum Stephani, Leontij & aliorum.
vitam adie * Treuiris, sancti Hildulphi eiusdem vrbs Episcopi & confessoris.
ci Tom. 4.

III. IDVS IULII.

Dic. 12. **A** pud Aquileiam, natalis sancti Hermagoræ primi eiusdem ciuitatis Episcopi, discipuli beati Marci Euangelistæ.

* al. Iasonis.
Act. 21. Mediolani, translatio sanctorum martyrum Naboris & Felicis.
Apud Cyprum, natalis beati * Nasonis, antiqui Christi discipuli.
Apud Cæsaream sancti Dij.

De Clero Item eodem die, sancti Cleri Papæ, qui Romæ sedit annos duodecim. Hic ex præcepto beati Petri Apostoli viginti quinque presbyteros in vrbe Roma ordinauit:
Põtificale sepultusque est iuxta corpus beati Petri.
cap. 3.

III. IDVS IULII.

Dic. 13. **E** Sdræ & Iohel Prophetarum.
* al. Silæ. Item natalis sancti * Silæ Apostoli. Qui cum esset vnus de primis fratribus, & ab

SURIUS

q̄ber
Naboris

RVIII

5

& ab Apostolis ad ecclesias gentium destinatus, prædicationis officium, gratia Domini plenus, instanter consummauit atque apud Macedoniam in passionibus suis Christum clarificans, postmodum requieuit.

Apud Africam, natalis sanctorum confessorum Eugenij Carthaginensis Episcopi, fide & virtutibus ac miraculis gloriosi, & vniuersi Cleri eiusdem. Qui cæde inediaque macerati, ferè quingenti, vel eo amplius (inter quos quamplurimi erant lectores infantuli) gaudetes in Domino, procul exilio crudeli extrusi sunt. In quibus erant nobilissimi, Archidiaconus nomine Salutaris, & Mirata secundus in officio ministrorū. Qui plurima pro confessione catholica perpeffi supplicia, & tertio confessores effecti, gloriosæ in Christo perseuerantiæ titulo illustrati sunt.

* Eodem die sanctæ Margaritæ virginis & martyris.

PRIDIE IDVS IVLII.

Apud Pontum, natalis sancti Phocæ Episcopi ciuitatis Sinopis & martyris. Qui sub Traiano Imperatore, præfecto Africano, carcerem, vincula, ferrū, ignem etiam pro Christo superauit. Cuius reliquiæ in basilica Apostolorum in Gallia ciuitate Vienna habentur.

IDIBVS IVLII.

Nisibi, natalis sancti Iacobi, magnæ virtutis viri, ita vt ad eius preces sæpè vrbs discrimine liberata sit. Hic vnus fuit ex numero confessorum sub persecutione Maximiani, & eorū qui in Nicena synodo peruersitatē Arij homousij oppositiōne damnauerunt: atque intra muros vrbs suæ ex præcepto Imperatoris Constantini ad tutelam & munimentum sepultus, postea zelo Iuliani Imperatoris apostatæ extra vrbs elatus & conditus. Sed mox eadem ciuitate, tanti patroni orbata reliquijs, Persarum ditioni succubuit.

Romæ in portu, Eutropij, Sozimatæ & Bonosæ sororum.

Apud Alexandriam, natalis sanctorum Philippi, Zenonis, Narfei, & decem infantum.

* Eodem die Diuifio Apostolorum.

Apud Carthaginem, natalis sanctorum Philippi, Catulini diaconi, Ianuarij, Florentij, Iulix & Iustæ, qui sunt positi in basilica Faustæ.

* Itē eodem die S. Regini uindæ virginis.

XVII CALENDAS AVGVSTI.

IN Ostia, passio sancti Hilarini, qui sub persecutione Iuliani, cum nollet sacrificare, suis casibus, martyrium sumpsit.

Apud Antiochiam Syria, natalis sancti Eustachij Episcopi & cōfessoris. Qui sub Constantio principe ob catholicam fidē in Traianopolim ciuitatem Thraciæ pulsus exilio, ibidem requieuit.

* Itē SS. Monulphi & Gondulphi Episcoporum & confessorum.

* Itē alibi sancti Mammæ.

XVI CALENDAS AVGVSTI.

IN Carthagine, natalis sanctorum martyrum Scillitanorum, id est Sperati, Narthali, Cythini, Bethurij, Felicis, Aquilini, Lethatij, Ianuariæ, Generosæ, Bessie, Donatæ & Secundæ, sub Saturnino præfecto. Qui post primam Christi confessionem in carcerem missi, & in ligno confixi, manū gladio decollati sunt. Horum reliquiæ cum ossibus beati Cypriani, & capite sancti Pantaleonis martyris, ex Aphrica in Gallias translata, venerantur Lugduni in basilica beati Iohannis Baptistæ.

* Itē Antifiodoro, S. Theodosij Episcopi & confessoris.

XV CALENDAS AVGVSTI.

Apud Carthaginem, natalis sanctæ Guddenes virginis: quæ Plutiano & Zeta consulis, iussu Rufini proconsulis, quater diuersis temporibus oculi extensio- ne vexata, & vngularum horrenda laceratione cruciata, carceris etiam squalore ditissima afflicta, nouissima gladio cæsa est.

Apud ciuitatem Metensium, sancti Arnulphi Episcopi, qui sanctitate & miraculorum gratia illustris, eremiticam vitam diligens, beato fine quieuit.

Brixie, depositio sancti Philastrij, ipsius ciuitatis Episcopi. Qui cū fuisset presbyter ordinatus, ductus amore Dei, relictis omnibus, vniuersum penè ambitum circūiit orbis, quatenus sequutus vestigia Pauli Apostoli, per singula loca animas fraude diaboli deceptas, de sempiterno suis prædicationibus liberaret interitu. Vnde

gg 2

denon

Act. 15. 16.
17. 18.

De Eugen.
Surius T. 4.
ex Victor.

De Marg.
Surius 20.
Iulij.
Die 14.
Istherphocas
alij fuit ab
eo, cuius sit
mentio 12.
Septemb.

Die 15.
De eo 4. T.
Surius.

De Apo-
storū diuifio-
ne vide T.
4. Surius 30.
Iulij.

Die 16.
De Hilarino
non sit men-
tionem gestis
Iohann. &
Pauli 10. 3.
Surius.

Tügrensiū
scilicet.

Die 17.
De his ex-
tat Sermo
August. te-
ste Possi-
dio.

Die 18.

De Arnul-
pho Surius
16. August
Tom. 4.

De Phila-
strio vide

Suriū To-
mo 4.

de non solū contra gentiles, atque Iudaos, verū etiam contra omnes penē hereses, & maxime contra Arianā perfidiam, quæ tunc nimirum præualebat, fidei vigore pugnavit: & ob hoc verberibus castigatus, stigmata Domini nostri Iesu Christi suo portabat in corpore. Nam & in Mediolanensi vrbe idoneus custos Domini gre- gis fuit, & Auxentio Arianæ perfidiæ Episcopo, priusquam beatus Ambrosius eli- geretur, diuina gratia fultus nimirū repugnauit. Romæ etiam nō exiguo tempore de- moratus, multos & publica & priuata disputatione est in fide lucratus. Et quia valde hæreticos impugnabat, voluit de eorum singularū heresum errore patefacto, nullus ab eis, saltē simplex in Ecclesia constitutus, comprahendi possit. De quo beatus Augu- stinus ita dixit: Philaster Brixienfis Episcopus in prolixissimo libro, quæ de hære- bus condidit, centum viginti hereses arbitratus est computandas.

S. Philastrii
multos sua
predicatio-
ne couertit

XIII. CALENDAS AVGVSTI.

Die 19.
Ad Co. 14.
& ad Philo-
monem.

Natalis beati Epaphræ, qui à beato Paulo Colossis ordinatus Episcopus, clarus virtutibus, martyrii palmam pro ouibus sibi commendatis virili agone perce- pit: sepultus apud eandem urbem.

de Arsenio
vide Suriū
ex metaph.

Itē eodem die, sancti Patris nostri Arsenij, de quo in verbis seniorū refertur, quia propter redundationem lacrimarum tergendam, sudarium semper in sinu vel in manu habuerit.

Item de lu-
sta & Rufina
Rom. 4.

Eodem die Hispani apud Hispaniam, natalis sanctarum Iustæ & Rufinæ. Quæ à Diogeniano fraude comprahensæ, eculei extensione & vngularum lanatione vexatæ sunt, dein trusæ sunt in carcerem, inedia & doloribus afflictæ. Post hæc ius- sit Præses, vt quocunquē irer, ipsæ nudis pedibus sequerentur. Tandem Iusta in car- cere spiritum exhalauit. Corpuscicis in puteum proiectum, & à Gabino Episcopo leuatum, in Hispanensi cœmeterio conditum est. Rufinæ ceruix contracta, & corpus eius igni traditum. Cuius reliquiæ à fidelibus curatæ sunt.

S. Rufina
ceruix con-
fringitur.

* Lugduni, sancti Rustici presbyteri & confessoris.
* Item Treuiris, S. Martini Episcopi & martyris.

XIII. CALENDAS AVGVSTI.

Die 20.
De Ioseph
Act. 1.

Natalis beati Ioseph, qui cognominatus est Iustus. Hic prædicationis & sancti- tatis officijs seruiens, cum beato Mathia, vt numerum duodenum impleter, ab Apostolis statuitur. Sed Mathia locum Iudæ proditoris implente, beatus Ioseph nihilominus prædicationi inserviens, multam quæ pro Christi fide persecutionem à Iudæis sustinens, victoriosissimo sine in Iudæa quieuit. De quo refertur quod vene- num biberit, & nihil ex hoc triste pertulerit, propter Domini fidem.

Vulmari
vita inter-
grā adieci
Tom. 4.

Apud Damascum, natalis sanctorum Sabini, Maximini, Iuliani, Macrobij, Casti, Paulæ, cum alijs decem.

* Item eodem die, Vulmari & Philiberti Abbatum.

XII. CALENDAS AVGVSTI.

Die 21.
de Daniele
& tribus pue-
ris, Surius
Tomo 4.

Danielis Prophætæ. Romæ, natale sanctæ Praxedis virginis. Hæc cum sore re sua Potentiana à sanctissimo patre Pudente, qui fuit eductus in fide ab Apo- stolo Paulo, in omni castitate & lege diuina erudita, post transitum parentis, vigi- lijs & orationibus atque ieiunijs assidue vacans, omne patrimonium suum simul cū prædicta beata sorore in sustentatione pauperum & Christi sanctorum erogauit. In titulo verò quem pater earum Pudens, nomine beati Pastoris dedicauit, vna cū consilio beati Pij sedis Apostolicæ Episcopi, fontem baptismi construere soror & ipsa student, vt familia earum die sancto Paschæ baptizaretur. Quosad nonaginta sex numero manumissos, beatus Pius aquis salutaribus abluat. Inde post innumera pieratis opera post multorum martyrum sepulturas, (inter quos beatum Symmeriū presbyterum cum alijs viginti duobus apud titulum supradictum manibus suis se- peliuit) qui per martyrii palmam ad regna cælorum transierant: eadem beatissima Virgo migravit ad Dominum, coronam iustitiæ receptura, duodecimo Calendis Augusti. Sepulta in cœmeterio Priscillæ via Salaria, iuxta sororem suam atq; san- ctum patrem Pudentem posita.

Sacros fon-
tes in eccle-
sia erigere.
Apostolici
insultu est

De eo fusi
Antonin'

Eodem die in Gallijs, ciuitate Massilia, natalis sancti Victoris. Qui persecutione Diocletiani & Maximiani, cum esset miles, & nec militare, nec idolis sacrificare vellet, primum à tribuno suo Asterio in carcerem trusus, sed omni nocte ad con- solandos & visitandos infirmos ab Angelo eductus est. Deinde iussu Eutychie præ- fecti,

SURIUS

qber
Nomen
EVIII
5

fecti, retortis brachijs, loris subtilibus ligatus, & pedibus fune constrictus, per mediam tractus est ciuitatem. Post hæc fustibus crudelissimè caesus, ac suspensus & tau-
reis cruciatus, cum exhibuissent aram in qua sacrificaret, & eam nec respicere susti-
nens, de manu sacerdotis calce excussisset, pedem ei præses iussit incidere. Ad vltimū
in cōfessione persistens, missus est in molam pistoriā, in qua sparsum granum ver-
tiginè animalis macerari solet. atque ita contritus, martyrium cōsummauit. Passi
sunt cum eo tres milites, Alexander, Felicianus, & Longinus. Qui dum eum nocturno
silentio in carcere custodirent, visitantibus illum Angelis sanctis, tanto clarita-
tis fulgore oblupefacti atque ad eius gentem pronoluti, credentes in Christum,
nocte eadem in mari baptizati sunt, & sequenti die, ante consummationem beati
martyris, gladio iugulati. Puer quoque Eleutherius, qui dum ad sepulcrum eius o-
raret, emisit & spiritum.

S. Victorii
mola pisto-
ria conteritur.

Socii eius
gladio iu-
gulantur.

* Eodem die, sancti Arbogasti Episcopi & confessoris.

XI. CALENDAS AVGVSTI.

Natalis sanctæ Mariæ Magdalene, de qua, vt Euangelium refert septem dæmo-
nia eiecit Dominus. Quæ etiam, inter alia dona, insignia, Christum à mortuis
resurgentem prima videre meruit.

Et beata Syntyches, quæ Philippis dormit sepulta: de qua beatus Apostolus Pau-
lus scribit Philippensibus: Euchodiam rogo, & Syntychen deprecor id ipsum sapere
in Domino.

Ancyra Galatiæ, natalis sancti Platonis martyris: cuius gesta habentur.

X. CALENDAS AVGVSTI.

Apud Rauennam, natale sancti Apollinaris Episcopi. Hic Romæ ordinatus à
beato Petro Apostolo, Rauennam directus est. Vbi cum peruicisset non lon-
gè ab vrbe Rauenna mansit apud quendam militem Hirenum nomine, cu-
ius filius erat cæcus. Quem ad se perductum facto signo Crucis, illuminauit, ac sic
parentes illius postmodum baptizauit. Marronam verò cuiusdam tribuni militum
nomine Theclam, quæ plurimis annis grauissima tenebatur infirmitate, cum in no-
mine Domini nostri Iesu Christi, manum apprehendens eius, de lecto sanata ere-
xisset, tribunum cum vxore eadem, & filios, ac familiam ipsorum in Christum cre-
dentes baptizauit. In cuius domo postmodum intra vrbe Rauennam Missas &
baptismata agebat cum discipulis suis per xij. annos. Ordinauit autem duos presby-
teros, Adheretum, & Calocerum: Martianum verò nobilissimū virū, & Lencadium
philosophum, diaconos, & sex clericos statuit, cum quibus die noctuque psalmos
canebat. Nunciatumque est duci Saturnino. Qui producens eum, statuit ante pon-
tifices Capitolij Rauennatis. A quibus nimia cæde mactatus, eiectusque ad mare,
femiuius relinquitur. Quem discipuli eius colligentes, adhiberunt ei curam. Post
menses sex Bonifacium nobilissimū virum, qui obmutuerat, sanaturus ad domum
eius veniens, puellam immundum spiritum habentem, deinde Bonifacium, soluto
vinculo linguæ eius, sanauit. Vbi quingenti homines Christo crediderunt. Non
post multos dies à paganis tentus, & diuissimè fustibus caesus est, ac nudis pedibus
super prunas impositus, & inde ab vrbe pulsus. Sed non longè à muro habebant
Christiani tugurium, vbi Missas faciebat, in mari verò baptizabat. Ibi que timentes
Deum de facultatibus suis ministrabant ei. Post plurimos annos etiam ad Aemi-
liam perrexit, verbum Domini prædicare, faciens multas virtutes in nomine Do-
mini nostri Iesu Christi. Tempore quo reuersus est, Rufi patricij filiam à morte cor-
poris suscitauit, quam Christo virginem firmavit, matre cum familia promiscui
sexus trecentis quatuor baptizatis. Perucatum est autem ad Cæsare de beato viro,
& quod domus Rufi Patricij obediret Christo. Et mittens Ruffo successorem, scri-
psit Vicario Præfecto pratorij Messalino, vt aut dijs inclinaret Apollinarē, aut ion-
gè in exilium traderetur. Quem accersitum Vicarius, post interrogationē exutum
veste virgine cædi fecit, & aqua bulliente plagas eius infundi, & eculleo suspensum
torqueri, ac saxo os eius contundi, & cum grauissimo ferri pondere oneratum in-
cludi in carcere horribifico, atque in ligno extendi, vbi ab hominibus quidem negligi-
tur, sed ab Angelo publicè pascitur. Quarto die iudex de carcere productum, cate-
natum, in naui positum in exilium direxit. Tres autē viri eum de clero secuti sunt,
qui & ministrabant ei. Mortuis verò omnibus tempestate maris & naufragio ipse
cum clericis & duobus militibus euasit, quos Christo ilicò consecrauit lotos aqua

Die 22.

De ea Surius
Tom. 4.

Philip. 4.
De Platone
Surius ex
Meta phi.
Tomo 4.

Die 23.
De Apoll.
Surius.

Eccè Missa
sui baptis-
matis, & or-
dini eccle-
siasticorum
vsum anti-
quissimū.

Cæditur à
paganis.

Suscitæ
mortuam.

Ab Angelo
visitatur.

SURIUS

q. ber
Nobis

RVIII

5

358 MARTYROLOG. ADONIS ARCHIEP. TREVIR.
Leprosum in Christo lauit. Deinde ad ripam Danubij perueniens, multos fide sibi sociavit. Et quærentibus eum incredulis occidere in partes Thraciæ descendit. Et cum ibi di-
es aliquot fecisset, & in templo Serapis, præsentia ipsius obtinisset demon, tandem rogatus spiritus responsum dedit: Quia discipulus Petri Apostoli Iesu Christi huc venit, & ligauit me. Hic nisi fuerit ab his locis expulsus, vobis dare responsum non pos-
sum. Inquisitum inuentus est B. Apollinaris, & discussus, diutissime subilibus cæditur, & vsq; ad mare perductus à Re & ore prouinciæ, navi currenti ad Italiam cum suis hominibus superimponitur. Itaq; post tertium annum Rauennam ingreditur, de-
indè post dies aliquot subita seditione orta in ciuitate irruentibus paganis, ligatus ad forum perducitur. Ibi cæsus ac vulneratus est. Exindè pontifices Capitoliij ege-
runt, vt ad templum Apollinis duceretur. Quò cum peruenisset, facta oratione, simu- lacrum solutum, & templum destructum est. Pagani hoc videntes, clamabant: Se-
nex impius interficiatur. Et tradiderunt eum iudici, cui nomen erat Taurus, qui ha-
bebat filium naturalem cæcum natum, quem in nomine Christi sanctus Apollina-
ris illuminauit, multis stupefactis, & conuersis ad Dominum. Mansit autem in præ-
dio Tauri præsidis annis quatuor. Erat enim ab vrbe miliario sexto, vbi concurre-
bant Christiani, & docebantur ab eo. Et quacumq; infirmitate quis detinebatur, ad eum perductus sanabatur. Igitur inuidiosa relatio pontificum Capitoliij, cucurrit ad Cæsarem aduersus beatum Apollinarem. Qui mox edixit, Vt si dijs quis remeratio-
re iniuriâ inferret, aut satisfaciât, aut vrbe priueretur. Quæ iussio mox percurrit ad Demosthenem Patricium. Qui exquisitioe missa, sanctum Apollinarem sibi exhiberi iu-
bet: quæ auditum tradidit in custodia cuidam Centurioni occulte Christiano, cogitans quibus cruciatibus eum perderet. Qui medio nocte laxauit eum, vt fugeret. Cumq; fuisset paganus cognitus, sequentes eum, non longè à porta apprehenderunt, & tam diu cæsus est, quousq; æstimaretur mortuus. Exindè collectus est à discipulis, & per-
ductus est in vicum, vbi leprosi morabantur. Et septem dies superdixit, admonens semper Ecclesiam, ne à fide Christi discederet. Ità martyr gloriosissimus Apollina-
ris in laude Christi defunctus, sepultus est foris murum, & clausum in arca saxea sub terra corpus eius missum est. Hic ab Antiochia sequutus Apostolum Petrum, & ab vrbe Roma ab eodem Apostolo missus Rauennam, rexit Ecclesiam annis xxviii. mense vno, diebus quatuor. Passus vltimum martyrium sub Vespasiano Cæsare, & Demosthene Patricio, x. Calendas Augusti.

De Libo-
rio Surio
Tom. 4.
Die 24.

S. christi-
na torre-
tur ignib.

Sagittis eo-
secta obit.

Maru pa-
sionabatur
in vita S.
christoferi

Die 25.
A. 12.

* Eodem die, S. Liborij Episcopi ciuitatis Cenomannensis & confessoris.
IX. CALENDAS AVGVSTI
A pud Italiam in Tyro, quæ est circa lacum Vulsinum, natale sanctæ Christianæ virginis. Quæ in Christum credens, deos aureos Vrbanus patris sui præfecti contri-
uit, & pauperibus distribuit. Ob hoc iubente patre, alapis afflicta, verberibus dilaniata. ferro onusta, in carcerem coniecta est. Post hoc cum diutissime & crudelissime dilaniaretur, de carnibus suis patri in faciem proiecit. Cumq; alligata rotæ igni supposito, & fuso desuper oleo torreretur, erumpens flamma mille gentiliu inter fecit. Iterum carceri tradita, Angelo visitate, sanata est, & refecta. Deindè cum magno saxi pòdere in lacum Vulsinum iactata, Angelico præsidio liberata est. Quam successor patris eius Dion, multis iterum supplicijs afflixit. Sed orante illa, simulacrum Apollinis, quod adorare iubebatur, in fauillam subito redactum est. Quo miraculo tria milia hominum ad fidem Christi conuersa sunt. Nouissime successor prædicti Iulianus, post fornacem candentem, vbi quinq; diebus illæsa permansit, post serpentes à venefico immisos, sed Christi fide superatos, post abscissionem linguæ, sagittis eam configi præcepit. Sicque martyrij cursum consummavit, anno ætatis sue vndecimo.
Item Romæ via Tyburtina, miliario nono, natalis S. Vincentij martyris. Apud Emeritam Hispaniæ ciuitatē, natalis sancti Victoris, qui cum duobus fratribus Saceratio & Antipogeno diuersis examinatus supplicijs, martyrium consummavit.
Eodem die, natalis sanctarum Nicetæ & Aquilinæ. Quæ ad prædicationem S. Christofori martyris, ad Christum conuersæ, martyrij palmam capitis abscissione sumperunt.
Et apud Amiterninam ciuitatem militum octoginta trium.

VIII. CALENDAS AVGVSTI.

Natalis beati Iacobi Apostoli, fratris Iohannis Euangelistæ, qui decollatus est ab Herode Rege Hierosolymis, vt liber Actuum Apostolorum docet. Huius bea

beatissimi Apostoli sacra ossa ad Hispanias translata, & in vltimis earum finibus, videlicet contra mare Britannicum condita, celeberrima earum gentium veneratione excoluntur.

Eodem die in Lycia ciuitate Samo, sancti Christophori, qui virgis ferreis attritus, & a flammis æstantis incendij Christi virtute saluatus, ad vltimum sagittarum ictibus confosus, martyrium capitis obtruncatione compleuit.

Deo vide Surii. Tomo. 4.

In Hispanijs ciuitate Barcinona, S. Cucufatis martyris, qui ex ciuitate Scillitana oriundus fuit, & Barcinonæ sub Galerio proconsule, & Maximiano, & Rufino passus. Primò grauisimè tortus & cæsus, deinde catenis adstrictus in craticula superextensus, aceto & sinapi perfusus, assari iussus est. Cùm verò ab igne & flammarum globis illæsus apparuisset, ex præcepto impij iudicis extra ciuitatē ductus, in ignem copiosum iterum proiectus est. Quo diuino nuntio extincto, iterum ferro vincus in custodia retrusus est. Vbi diuino splendore cōsolatur. Iterum cardis ferreis, & tauris crudelissimè cæsus, in vltimò dictata sententiâ, Cucufatē rebellem principum, & dijs sacrificare nolentē gladio feriri iubemus, viij. miliario à Barcinona perductus, ferroq; animaduersus martyriū consummauit. Cuius corpus à Christianis cū reuerentia sepelitur. Vnde postmodū translatum non longè à Parisiorum ciuitate in ecclesia beatorum martyrum Dionysij & Eleutherij, cum honore tumulātū est.

De Cucufate Suriius Tomo. 4.

Capite ceditur.

trāslationem Germani Tomo adiecti.

Eodem die Parisijs, depositio sancti Germani Episcopi. Metis, natalis sanctæ Glodesindis virginis.

VII. CALENDAS AVGVSTI.

Rome in portu, natale S. Hyacinthi sub cōsulari Leontio, Luxurio primo ciuitatis Terracina tradente. Qui missus in ignē nullo modo lædi potuit. Inde precipitatus in validissimū torrentē, incolumis eiectus est ad litus. Nunciatur hoc cōsulari Leontio, & missi spiculatorē cū militibus, vt cum cōprehensum gladio ferirent. Tunc quadā matrona religiosa, nomine Iulia, veniens nocte cum seruis suis, collegit corpus eius, & cū honore sepeliuit in prædio suo iuxta urbem Romanam.

Die 26. De Hyacintho Suriius Tomo. 4. ex MS. codice

Eodem die, natalis beati Herasti, qui Philippis à beato Paulo Apostolo Episcopus relictus, ibi martyrio coronatus quieuit.

De eo Act. 19. Rom. 16. 2. Tim. 4.

* Treuiris, sancti Beati confessoris.

VI. CALENDAS AVGVSTI.

Ad fidem conuersus est. Qui tentus à Maximiano, capitali sententiâ ob confessionem Christi punitus est.

Die 27. De eo in vita S. Pantaleonis c. 3. & ceteris.

Eodem die in Sicilia, S. Simeonis monachi,

V. CALENDAS AVGVSTI.

Nicomedia, passio sancti Pantaleonis. Qui cum iubente Maximiano artē disceret Medicina, à presbytero Hermolai ad fidē Christi conuersus, multa miracula fecit, patremq; suū senatorē Eustorgiū Christi fidei subiugauit. Ob quā causā tentus ab eodē Maximiano, eculei poena & lampadarū exustione cruciatus (sed inter hæc Domino sibi apparēte refrigerat) tandē ictu gladij martyriū cōsummauit.

Die 28. Suriius de eo, Tomo. 4. ex ceteris.

Eodem die Lugduni, sancti Peregrini presbyteri, cuius beatitudinem miraculorum gloria testatur.

III. CALENDAS AVGVSTI.

Roma via Aurelia, beati Felicis Pontificis, sub Constantio filio Constantini. Idem Constantius Augustus, concilium hæreticorum, ac Valentis & Ursacij Arianorum approbans quia & ipse Arianus erat, ab Eusebio Nicomediensi rebaptizatus, eiecit sanctum Felicem Urbis Episcopum de sede Episcopatus sui. Et facta est persecutio magna in clero, ita vt presbyteri & clerici plures necarentur & martyrio coronarentur. Depositus sanctus ac beatissimus Papa Felix, habitauit in prædiolo suo, quod est via Portuensi. Et agentibus postmodum hæreticis, exindē leuatus, ductus est ad ciuitatem, & capite truncato, martyrio coronatur quarto Idus Nouembris. Exindē raptum corpus eius à presbyteris & clericis, & sepultum in basilica quam ipse construxit via Aurelia, quindecimo Calendis Octobris, in miliario secundo. Cuius natalis celebratur quarto Calendis Augusti. Sedit autem in Episcopatu anno vno, mensibus tribus, diebus duobus.

Die 29. Ille Felix fuit eius nominis 11. de quo in Pontificali namā. sic cap. 37.

capite truncatur.

Eodem die, depositio sancti Lupi Episcopi de Trecas Qui cum Germano venit in Britanniam, & quinquaginta duobus annis sacerdotio functus est. Qui tempore

De S. Lupo Suriius Tomo. 4. ex MS. codice

Regis Attilæ, qui Galliam vastabat, (sicut in eius hymno canitur, Dumbella, cuncta perderent) orando Treceas munivit.

De his in
gestis An-
thimi &
Sifinnij
mo 3. Surij

Item eodem die, natale sanctorum martyrum Simplicij, Faustini & Beatrix, temporibus Diocletiani & Maximiani. Qui post multa ac diuersa supplicia iussu sunt capitale subire sententiam. Et ligato saxo in collo eorum, iactari per pontem, qui vocatur lapideus in Tyberinis reuolutibus. Quorum corpora Dei nutu inuenta sunt à beata sorore eorum Beatrice, & à beatis presbyteris Crispo & Iohanne, & sepulta sunt in loco, qui appellatur Sextum Philippi, via Portuensi, quarto Calendas Augusti. Beatrix autem soror martyrum cum oraret apud venerabilem Lucinam, factum est, ut quidam vicinus possessor ambiret possessiunculam eius. Pro hoc itaque fecit teneri sanctam Beatricem, & duci ad sacrificandum. Tunc beata Beatrix exclamauit: Christiana sum, non sacrifico dæmonij. Ducta est itaque, & carcerali

Ambitio-
ne Lucre-
tij S. Bea-
trix prefocatur.

Lucretij
interitus.

custodiæ mancipata. Cumque in Dei nomine libere ageret, fecit eam ambitiosus Lucretius prefocari noctu. Quam venerabilis Lucina iuxta sanctos martyres germanos eius sepeliuit, quarto Calendas Augusti. Post hoc ingressus prædium sanctorum Lucretius, dum ibi epularetur, quædam mulier infantulum lactabar. Qui infantulus coram omnibus in conuiuio vocem emisit: Audi Lucreti, Occidisti, & inuasisti, ecce datus es in possessionem inimici. Ad hanc vocem inuasus est à maligno spiritu ibi in conuiuio, & per tres horas vexatus emisit spiritum.

Item Aurelianis ciuitate, depositio sancti Prosperi Episcopi.

III. CALENDAS AVGVSTI.

Die 30.
De his ha-
betur in
passione
S. Laurentij.

Romæ, natale Abdon & Sennes subregulorum, sub Decio Imperatore. Quos Decius in Corduba ciuitate Persarum sibi præsentari iussit. Quibus & dixit. Sic stulti facti estis, ut non recordemini, quia non colentes deos traditi estis in manus Romanorum, & nostras? Cui beatus Abdon: Magis nos victores facti sumus, Deo fauente, & Domino Iesu Christo, qui regnat in æternum. Iubente igitur Decio, uincti catenis reclusi sunt in arcta custodia. Tunc dixit Abdon ad Sennen: Ecce gloria quam semper sperauimus. Post menses quatuor ueniens Decius Romam, & adducens secum beatos Abdon & Sennen catenis uinctos, iussit omnem senatum conuocari, & fecit conuentum in Tellude cum Valeriano præfecto v. Calendas Augusti, & iussit sibi præsentari Abdon & Sennen maceratos diuersis poenis. Et dixit ad Senatum: Dixi quæque tradiderunt hostes ferocissimos in manus nostras. Ecce inimici Reipublicæ & Romani Imperij. Et introducti sunt ornati auro, & lapide precioso, uincti catenis. Omnisque Senatus mirari cœpit in adspiciendis eorum. Et cum constanter Christum in conspectu eorum faterentur, Decius iratus iussit Valeriano præfecto, ut si non adorarent deum Solem, ferarum moribus interirent. Qui denudauit eos, & duxit ante simulacrum Solis iuxta amphitheatrum, ut sacrificarent. Verum illi contemnentes expuerunt in simulacrum Solis. Tunc Valerianus iussit, ut plumbatis cederentur. Deinde introducti in amphitheatrum, & dimissi sunt eis leones duo, & ursi quatuor, qui rugientes uenerunt ad pedes sanctorum, & nullatenus recedentes custodiebant eos. Valerianus uero plenus furore, iussit gladiatores introire, & beatos subregulos interficere, & ligare pedes eorum, & ante simulacrum Solis iactare. Vbi iacuerunt corpora sanctorum tribus diebus. Post triduum uenit quidam Quirinus Christianus subdiaconus, qui manebat iuxta amphitheatrum, & collegit noctu corpora, & recondidit in arca plumbea in domo sua iij. Calendas Augusti, ubi latuerunt usque ad tempora Constantini. Tunc se referantes beati martyres, leuati sunt, & translati in cœmeterio Pontiani.

A feris nõ
luduntur
sancti dei.

* Eodem die ciuitate Antisiodoro, sancti Ursi Episcopi & confessoris.

Eodem die apud Aphricam in ciuitate Tuburba lucernaria, natale sanctarum virginum Maximæ, Donatillæ & Secundæ. Quæ persecutione Gallieni sub Anolino iudice passæ sunt. Qui interrogatione facta distulit audientiam, & beatas uirgines & sorores, Maximam & Donatillam, ad ciuitatem Tuburbitanam perduciiussit, quibus nec panem nec aquam subministrari præcepit, sed aceto & felle potari. Videns autem beatissimarum fiduciam, exarsit in iram, & iussit ut vrgerentur ambulare. Erat quædam puella in superioribus domus suæ constituta, annorum duodecim, nomine Secunda. Cui dum multæ nuptiarum conditiones offeruntur, omnes contempsit, & unum Deum dilexit. Hæc accensa spiritu Dei, cum uideret commartyres suas Maximam & Donatillam transeuntes, (fuit enim in superiori-

Sanctæ vir-
gines felle
potantur.

SURIUS

q. ber
Nomen

RVIII

5

bus domus eius in cœnium ubi stabat & sanctarum virginum pulchritudinem fidei oculis consideraret, cognouit & decreuit ad similem gratiam peruenire. Et ne aliquis prohiberet honeste descendere, ut impedimenta vitaret, nec opes, nec nationem suam contemplata est, nec patrem carnalem curauit: sed relictis omnibus vnum autorem castitatis Deum quaesuit, quem in aeternum possedit, & tenuit. Cum ergo egredierentur beatae martyres & procederent, Secunda festina clamabat post eas: Nolite me dimittere, veniam vobiscum. Et simul cum illis ciuitatem Turbitanam ingressa est. Alia die hora tertia Anolinus proconsul pro tribunali confedit, & Maximam & Donatillam sibi presentari precepit, & ad tormenta elidi. Et cum caderentur, iussit calcem super plagas earum spargi, & fricari. Deinde in euleo extendi & torqueri, & statim ad libandum offerri, deinde in craticula ad carbones igneos sterni, & prunas ardentibus super capita earum adijci: postmodum in theatro ad delubrum deponi, & ab omnibus conculcari. Tunc ex officio dictum est, esse cum eis puellam aliam, nomine Secundam: quam suo iudicio Anolinus proconsul applicari iussit. Camque ad esset, ait: Christiana es, an pagana? Secunda dixit: Christiana sum. Statim Anolinus ipsam cum Maxima & Donatilla ad bestias damnauit, & eas ferro vincatas ad spectaculum populi adduci precepit. Quae cum inducerentur, in media arena osculate sunt se inuicem ut martyrium pace completerent. Versus autem ferocissimus ac fœuissimus illico eis laxatus, in mansuetudinem versus, earum vestigia linxit potius quam momordit. Iratus Anolinus, quia se ferente bestias mites vidit, loquutus cum concilio, sententiam ex tabella recitauit: Maximam, Donatillam, & Secundam, in superstitione sua perdurantes, quae diuersas poenas perulerunt, & bestijs obiectae sunt, & dijs nostris sacrificare noluerunt, gladio animaduerti iussi. Maxima, Donatilla & Secunda dixerunt: Deo gratias. Et consummatae sunt tertio Calend. Augusti.

Sanctae dire cruciantur.

Dantur ab bestias.

Cedunt gladio.

Die 31.

PRIDIE CALENDAS AVGVSTI.

CAESAREA, passio sancti Fabij martyris. Qui cum ferre vexilla praesidialia recuasset, primum diebus aliquot in carcere trusus est. Deinde productus sistitur ante tribunal. Interrogatus semel & iterum, in Christi confessione perdurat. Et mox a furibundo iudice capitali sententia condemnatur. Posthac inhumatum corpus custodiri iubetur: Quod post triduum reticulo insutum, in maris profunda, seorsum caput, seorsum cadauer immergitur. Sed Domini virtute rescisso reticulo, membra capiti reuocantur, & scapulis ceruix cum indicijs passionis adiungitur. Atque ita suae integritati redditum corpus, vna blandiore ad Caternitanum litus euectum, condigno cultu a fidelibus tumulatum est.

S. Fabius capite plectitur.

De Germano iussit. me Surius Tomo 4.

* Antifiodori, natalis sancti Germani, eiusdem vrbs Episcopi & confessoris, apud Rauennam defuncti.

AVGVSTVS HABET DIES XXXI.
LVNAM VERO VIGESIMAMNONAM.

CALENDIS AVGVSTI.



ROMAE, sancti Petri ad vincula. Antiochia, natalis sanctorum Machabeorum. Apud Italiam, ciuitate Vercellis, beati Eusebij Episcopi & * confessoris, qui ob confessionem fidei a Constantio principe Scythopolim, & inde Cappadociam relegatus, sub Iuliano Imperatore ad Ecclesiam suam reuersus est. Nouissime persequentibus Arianis martyrium passus. Apud Arabiam, ciuitate Philadelphia, sanctorum martyrum Cyrilli, Aquila, Petri, Domitiani, Rufi, Menandri, vna die coronatorum.

Die 1. De vinculis Petri. Item de Machabeis, Surius To. 4. c. 4. edidit.

In Hispanijs ciuitate Gerunda, natalis sancti Felicis martyris, qui de Scillitana ciuitate oriundus, cum persecutiones in Hispanijs aduersus Christianos agi coepissent, assensa mercatorum nauis, amore martyrij ocyus accurrit. Et cum aliquandiu apud Barchinonam, Empurias, & Gerundam, verbum Dei praedicans plurimos in fide confortasset, & fama eius longe lateque crebresceret, iubente Datiano, repente

Amor martyrij in sancto Felice.

repente à Rufino officiali tentus est. Cumque nomen Christi confidentissimè fa-
teretur, primò fustibus castus, & in ima carceris trusus, deinde manibus pedibusque
ligatis, negato cibo & potu, in loco squalido proiectus, post hoc etiam catenis gra-
uioribus vinctus, per rotas plateas ab indomitis multis tractus, & penè in frustra
discerptus est. Deinde missus in carcerem, nocteque ab Angelo visitatus, factò die
ad certamina reuocatus est. Tunc unguis excoriatus, capite inuerso ab hora ter-
tia vsque ad vesperam suspensus, nullum penitus sensit dolorem. Deinde in car-
cerem Rufinus eum trudi præcepit, vbi per totam noctem splendor copiosus ef-
fulsit. Sed & voces Angelorum psallentium audita sunt. Quod cum nuntiatum
fuisset Rufino à custodibus, iussit eum manibus post tergum ligatis in maris pro-
fundum mergi. Ibi continuò vincula eius dirupta sunt, & Angelis sibi manum te-
nentibus, super vndas deambulans ad litus peruenit. Tunc Rufinus iussit iterum
cutem eius unguis detrahi, ac deinde vsque ad ossa laniari, & tam diu vulnera vul-
neribus instaurari, vsque dum inuictum Christo spiritum reddidit. Corpus eius
Gerundæ in monumento, quod ipse sibi præparauerat, conditum est, Nonis Augusti.

IIII. NONAS AVGVSTI.

Ab angelo
cōforta-
tur.

Laniatus
vng. ad of-
sa, reddit
spiritum.

Dic. 2.
De eo Suri-
us Tō. 4.

Eccē Missa
rum cele-
brationē
in Ecclesia
antiquissi-
mam.

S. Stephe-
nus Papa
orationē
templum
Martise-
uertit.

Capite ce-
ditur.

Huius mar-
tyrii fusi-
us habe-
tur 25. De-

Romæ, in cœmeterio Calixti, natale sancti Stephani Papæ & martyris, sub Va-
leriano & Gallieno Imperatoribus. Qui cum persecutio sæua grassaretur, bea-
tus Stephanus congregato vniuerso clero suo, hortabatur eos vt pro Christo coro-
nam martyrii alacriter susciperent. Ordinauerat autem tres presbyteros, & vij. di-
aconos, & clericos xvj. cum quibus de regno Dei assidue docebat. Diuina autem
gratia procurante, occurrebant multi ex gentilibus, & honesti viri, vt baptizaren-
tur ab eo. Inter quos Nemesius Tribunus cum omni domo sua, filiaque ipsius no-
mine Lucilla, quæ cæca per beatum Stephanum illuminata fuerat, & Olympius al-
ter Tribunus cum vxore sua Exuperia & filio Theodolo, & quotquot crederant
in domo Olympij, qui postea gloriosa confessione martyrium meruerunt. Cele-
brabat autem Missas atque concilia per cryptas martyrum. Factum est autem vt
Valerianus & Gallienus persecutores nominis Christi, summo requirenter stu-
dio beatum Stephanum, vt eum, & clericos eius diuersis afficerent poenis. Miserit
itaque multitudinem militum, & tenuerunt eum cum multitudine clericorum,
presbyterorum, & diaconorum. Qui veniens ad tribunal Valeriani, solus intro-
iuit. Cui Valerianus: Tu es Stephanus, qui Rempublicam conaris euertere, & per-
suasionibus atque hortationibus malis populum à deorum recedere suades cal-
tura? Beatus Stephanus dixit: Ego quidem non euerto Rempublicam, sed hortor,
vt derelictis dæmonijs, quæ adorantur in idolis, ad Deum viuum & verum redeant,
creatorem cæli & terræ, & cognoscant Christum Iesum filium Dei esse, qui cum
patre & spiritu sancto solus est sempiternus, vt non pereant cum diabolo in interi-
tum sempiternum. Tunc Valerianus iussit eum duci ad templum Martis, & ibi
dem dictata sententia, capite truncari, si non acquiesceret adorare nefandi Martis
simulacrum. Perductus beatus Stephanus à militibus foras muros Appiæ portæ
ad templum, leuatis oculis ad cælum, dixit: Domine Deus pater Domini mei Iesu
Christi, qui turrim confusionis Babylonice destruxisti, destrue nunc & hunc locum
vbi diabolica superstitione per idolorum culturam animæ pereunt populorum.
Et statim factò fragore tonitruum cum terroribus coruscationum, corruit maxima
pars templi, & milites pauesceti fugerunt. Beatus verò Stephanus perrexit cum
omnibus Christianis ad cœmeterium sanctæ Lucinæ, & multis eos consolatus ser-
monibus, obtulit pro eis sacrificium Deo omnipotenti. Quæ gesta audiens Vale-
rianus, misit plurimos militum, qui beatum Stephanum punirent. Qui venientes
inuenerunt sacrificium Deo offerentem, intrepidumque & constantem ante alta-
re solennia incepta perficientem. Et in eodem loco eum in sua decollauerunt
sede iij. Nonas Augusti. Cuius corpus Christiani populi sepelierunt in eadem cry-
pta cum ipsa sede, vbi adstans sanguis eius effusus est in loco, qui appellatur hodie
cœmeterium Calixti. Sedit autem in Episcopatu annos vij. menses v. dies duos.
Hic constituit, vt sacerdotes & Leuitæ vestes sacras in quotidiano vsu non habe-
rent, nisi tantum in ecclesia.

Eodem die, natale sanctæ Theodotæ cum tribus filijs suis in prouincia Bithyniæ
vrbe Nicæ, tempore Diocletiani, sub consulari Nicetio & comite Leocadio. Qui
hanc per multos dies blandimentis & terroribus cogere voluit, vt eius coniugio
necte

SURIUS

q. ber
nomer

RVIII

5

hæteretur. Sed cum sancta femina nullo modo consentiret, ferro vincam cum filiis consulari Bithynia Nicetio destinavit. At ille filium eius primogenitum Eudum, Christum fiducialiter consententem, in conspectu matris fecit fustibus caedi. Cui mater pia clamabat: Noli fili timere ista verbera, per ipsa enim ad æterna Christi gaudia pertinges. Tunc consularis Nicetius iussit cuidam Hirtaco, ut apprehenderet beatam Theodoten, prius illi illuderet, & postmodum inter publicas meretrices constitueret. Quam ille volens tenere, de naribus eius cœpit sanguis vehementer effluere. Qui clamans dixit Nicetio: Stat circa eam tuus pulcher, auratis vestibus indutus, ex cuius manu pugnū accepit in naribus. Consularis ergo Nicetius iussit ignem copiosum accendi, & beatam Theodoten cum tribus filiis suis immitte. Quæ gratias referens Deo dicebat: Benedictum nomen pietatis tuæ Domine, qui me nec in isto seculo a filiis meis separasti, nec in tui nominis confessione diiungi passus es, nec in martyrio dividi permisisti. Consummata est igitur cum tribus filiis suis sancta Theodora quarto nonas Augusti.

III. NONAS AVGVSTI.

Hierosolymis, inuentio corporis beatissimi Stephani protomartyris, & sanctorum Gamalielis, Nicodemi, & Abibon, sicut reuelatum est à Domino beato presbytero Luciano, septimo Honorij principis anno. Nam dum quiesceret in basilica baptisterij in stratu suo, die sexta feria illucescente, circa horam tertiam noctis, dum adhuc penè vigilaret, tanquam in excessu mentis effectus, vidit virum senem, statura procerum, vultu decorum, proluxa barba, in vestitu candido, amicum pallio, in cuius summitatibus erant tanquam aureæ cruces contextæ. Calciatum caligis, in superficie deauratis, & manu tenebat virgam auream, de qua tangens eum, dixit se esse Gamalelem, qui nutruerat Apostolum Paulum, & inter alia dixit ei: Summa cum diligentia nostros patefacito tumultos, quia indecenter despecto loco reconditi sumus. Et cum interrogasset, qui essent cum eo: Vnus est, inquit, dominus Stephanus, à Iudæis pro fide Christi Hierosolymis lapidibus oppressus torrentis: iussuque sacerdotum relictus extra portam, via quæ mittit Cedar, bestijs ac auibus deuorandus. Sed hoc omnino prohibuit ille, cui illasam idem martyr fidem seruaauit. Quo facto, rarefcente Iudæorum perfidia, conuocans accessit mihi religiosorum virorum turbam, conuentumque fidelium: ac blandiens, suadensque, affatus sum ita: Obsecro vos fratres charissimi, ut neminem reueramini, colligentes sanctum pignus beati Stephani, deserte villulæ nostræ, quam nomine suo nominauerat Caphargamela, quæ vigesimo secundo lapide ab vrbe Hierosolyma distat, & more solito, solenni cum funere sepelire. Ille verò qui huic locellæ iacet contiguus, ipse est Nicodemus nepos meus, qui ut renasceretur ex aqua & Spiritu sancto, à Saluatore audiuit: qui mox Petri & Iohannis ministerio est baptizatus. Quæ de causa postmodum indignati principes sacerdotum, subtrahendo ei principatus honore, conabantur eum tradere morti. Sed nostri gratia, nostraque propinquitatis iure repressi, non fecerunt. Veruntamen expulsus extra urbem, diripuerunt omnem suppellectilem eius, multisque afficientes plagis, semitiuum reliquerunt. Ego nimirum & hunc collegi, & curam ei adhiberi præcepi. Qui paululum facti instanti superstes vita, ad optatam & ipse quietem migravit: quem, exhibitis funeris exequijs, ad protomartyris pedes iussit sepeliri. Ille autem tertius qui mecum quiescendi possideret locum, ipse est Abibas filius meus, qui mecum Christo Iesu, vigesimum agens annum ætatis suæ, vnâ credidit, & à præfatis Apostolis æterni fontis vnda perfusus. Is dum esset legis doctrinâ plenè eruditus, templo Dei cum Paulo sedulo vacans, diuina meditando præcepta, ab illo vitio, cui se genus maxime subdere solet humanum, protectione tuente superna, extitit liber, & in hoc castitatis proposito quieuit in pace: cum quibus & ego iaceo. Coniunx quoque mea Ethna, & Selemyas primogenitus noster, nolentes credere Christo, sed religionis vnitati & fidei derogantes, in possessione Capharfelemia sunt tumulati. Veruntamen quo nos repositi sumus, cum fodere cœperis, in anes eorum reperies tumultos, quia nobiscum non fuerunt digni tumulari. Cumque venerabilis presbyter prædictum virum sciscitaretur: Vbi vos, inquiens, inueniemus Domine? ait ille: In agello nostro qui Syracæ Delamgabrica, necnon Debarhalia vocatur, id est, virorum Dei seu beatorum possessio. Quæ visio consimilis ei, iterum iterumque apparuit. Surgens autem

cemb. in
passione
S. Anasta-
siae.

S. Theodo-
ra cum tri-
bus filiis i-
gne cocre-
matur.

Die 3.
Act. 5. &
22. Ioh. 3.
19. Vide
Suriu T. 4.

Act. 7.

Iohan. 3.

S. Gamali-
el curam
superstare
habuit SS.
Stephani
& Nicode-
mi.

Item Abi-
bas filij sui.

autem venerabilis presbyter, perrexit in ciuitatem ad Antistitem Iohannem, de quo per visionem monitus fuerat. Cumque illi, cleroque eius particulam visionis per feriem retulisset, ille lachrymis præ gaudio fuis, benedixit Dominum. Reque veraciter ut erat per omnia comperta, beatus Episcopus cum omni celeritate ad fratres & coepiscopos vicinarum urbium misit. Qui cum occurrissent, & locum præ signatum fodere cœpissent, terræ motu statim facto, immensi odoris suauitas tanta exinde resperfa est, quanta nullorum ætas hominum tunc temporis meminerat se sensisset: ita ut putarent se præsentem in amœnitate paradisi sitos. Et in ipsa hora de suauitatis odore lxxij. animæ sunt curatæ à diuersis infirmitatibus. Aderant tunc temporis testes miraculorum cum beato Iohanne, Eustomius Sebastenus, & Eleutherius Hiericontinus pontifices, cum clericorum sanctissimo comitatu. Qui osculantes beati Stephani pignus, locumque claudentes, cum gaudio ad propria sunt reuerfi. Post paucos autem dies corpus protomartyris Stephani in Sion ad sanctam ecclesiam, ubi archidiaconus fuerat ordinatus, vij. Calendas Ianuarij cum psalmis & hymnis detulerunt. Tunc temporis cum prolixæ siccitatis esset immensitas, sufficiens supernæ pietatis pluuia descendit, quæ sitientem largius terram madefaciens irrigauit. Quod meritis beati martyris Stephani nullus ambigit periclitanti populo concessum fuisse. Hanc reuelationem Lucianus presbyter Græco sermone ad omnium Ecclesiarum personam descripsit, quam Auitus presbyter homo Hispanus in Latinum vertit, & per Orosium presbyterum Occidentalibus dedit: Qui etiam simul reliquias beati Stephani primus Occidenti dedit, ubi ad memorias sancti martyris innumera miracula facta sunt. De quibus plurima beatus Augustinus in libris de ciuitate Dei commemorat.

Constantinopoli, natalis sancti Hermelli martyris.

PRIDIE NONAS AVGVSTI.

Die 4.
De Aristarcho, ad Col. 4. Act. 19. 20. 27.
De Tertulino in vita Stephani, 2. Augusti.

Natalis beati Aristarchi, discipuli sancti Pauli Apostoli. Item Romæ in crypta Arenaria natale Tertulini martyris, quem beatus Pontifex Stephanus baptizatum in albis presbyterum consecrauit: cui inter cetera monita, hoc præcipue commendauit. Frater, inquit, cura sit tibi diuersorum requirere sanctorum corpora martyrum. Qui post biduum ordinationis suæ tenens à Marco præfecto, educus est ad Valerianum Imperatorem. Quem ille extensum mactari iussit. Cumque impiè cæderetur, clamabat: Gratias ago tibi Domine Iesu Christe, qui me non separasti à domino meo Olympio seruo tuo, qui me præcessit martyrio consummato. Cumque inter cædes hoc diceret, iussit Valerianus lateribus eius ignem supponi. Cumque lætus & constans perseueraret, diceretque. Fac mihi, quod facis, celerius, ut me de hoc incendio, licet peccatorem, tamen pro eius nomine, Christo offeras sacrificium: iussit Valerianus eleuari eum, & tradi præfecto Sapritio. Qui primò iussit os eius lapidibus conuassari, deinde extendi eum in eculeo, & neruis diutius torqueri, deinde ignibus concremari. Cumque perseueranter Spiritus sancti gratia roboratus, Christum Dominum fateretur, mandauit hoc factum Valeriano tyranno. Cui Valerianus remandauit, ut data sententia eius caput abscederetur. Tunc Sapritius depositum de eculeo, iussit duci via Latina, in secundo miliario, & ibidem decollari. Cuius corpus sanctus Stephanus colligens cum clericis, & hymnis redditis Deo, sepeliuit in eodem loco, in crypta Arenaria, secundo Calendas Augusti. Vbi concursus solennis fit, secundo Nonas Augusti.

8. Tertulianus post multos cruciatus & ignes decollatur.

Apud Lugdunum, aduentus corporis sancti Iusti Episcopi de eremo. Qui cum aliquot annis in eremo Angelis proximam egisset vitam, & dignus adisset finis tantis laboribus, regnum scandens calorum, beato lucro promeruit. Cuius sanctum corpusculum, venerabilem ciuium, Lugduni urbis cura requisitum, à remotis terræ partibus cum alacritate & religione reportauit, atque in urbe sacerdotij sui sepeliuit.

NONIS AVGVSTI.

Die 5.

* Eodem die, S. Iustini presbyteri, de quo ad decimum quintum Calendas Octob. Prouinciam Rhætia, ciuitate Augustana, natalis sanctæ Afræ martyris. Quæ cum esset pagana & meretrix, per doctrinam sancti Narcissi Episcopi ad fidem conuersa, & cum omni domo sua baptizata, pro confessione Domini igni tradita est.

Augu.

SURIUS

Stephanus

RVIII

5

Augustoduni, natalis sancti Cassiani Episcopi & confessoris.
Catalaunis, sancti Memmij Episcopi & Confessoris.

VIII. IDVS AVGVSTI.

Romæ via Appia in cœmeterio Calixti, natale sancti Sixti Papæ & martyris. Et in cœmeterio Prætextati, sanctorum Felicissimi & Agapiti, diaconorum eiusdem, sub Decio Imperatore, Valeriano præfecto. Qui tenuit beatissimum senem Sixtum Episcopum Romanum cum omni clero suo, & reclusit eos in custodia publica, & fuerunt ibi clausi multis diebus. Factum est autem, ut Decius Cæsar & Valerianus præfectus iuberent sibi beatum Sixtum Episcopum, cum clero suo præsentari noctu intra ciuitatem in tellude. Cui Decius Cæsar dixit: Scis cur tentus, & conuentione publica nobis præsentatus es? Respondit Sixtus: Scio, & bene scio. Decius dixit: Ergo si scis, fac ut vniuersi sciant, & tu viuas, & clerus tuus augeatur. Beatus Sixtus respondit: Verè feci & facio, ut clerus meus augeatur. Cui Decius: Ergo sacrificia dijs immortalibus, & esto princeps sacerdotum. Ad hoc sanctus Episcopus: Ego semper sacrificavi, & sacrificabo Deo Patri omnipotenti, & Domino Iesu Christo filio eius, & Spiritui sancto, hostiam puram, & immaculatam. Tunc ex præcepto Decij duxerunt eum milites ad Templum Martis, ut sacrificijs coinquinaretur. Sed contemnentem sacrificare recluserunt eum in custodia priuata, cum duobus diaconibus Felicissimo & Agapito. Cumque duceretur, his verbis beatus eum Laurentius Archidiaconus cœpit compellere: Quo progredieris sine filio pater? Quo sacerdos sancte sine diacono properas? Tu nunquam sine ministerio sacrificium offerre consueueras. Quid in me ergo displicuit tibi pater? Num degenerem probasti? Experire certè vtrum idoneum ministrum elegeris. Cui commisisti Dominici sanguinis dispensationem, cui consummandorum consortium sacramentorum credidisti, huic sanguinis tui consortium negas? Vide nè periclitetur iudicium tuum, dum fortitudo laudatur. Abiectione discipuli, detrimentum magistri est. Quid quod illustrius præstantes viri discipulorum certaminibus, quam suis vincunt? Donique Abraham filium obtulit, Petrus Stephanum præmisit. Et tu pater ostende in filio virtutem tuam, offer quem erudisti, ut securus iudicij tui comitatu nobili peruenias ad coronam. Tunc beatus Sixtus ait: Non ego te derelinquo fili, nec desero, sed maiora tibi debentur certamina. Nos quasi senes leuioris pugnae cursum recipimus, te quasi iuuenem gloriosior de tyranno triumphus expectat. Mox venies, flere desiste, post triduum me sequeris. Inter sacerdotem & Leuitam hic medijs numerus decet. Non erat tuum sub magistro vincere, quasi adiutorem quareres. Quid consortiū passionis meæ expetis? Totam tibi hereditatem dimitto. Quid præsentiam meam requiris? Helias Helisum reliquit, & virtutem non abstulit. Er dixit beatus Sixtus ad beatum Laurentium: Accipe facultates Ecclesiæ vel thesauros, & diuide pauperibus quibus tibi videtur. Accepta potestare beatus Laurentius cœpit per regiones curiosè quære, vbiunque sancti clerici vel pauperes essent absconsi, & portans thesauros, prout cuique opus erat, ministrabat. Igitur post hoc beatus Sixtus reducit in telludem, ut audiretur, & cum eo diaconi Felicissimus & Agapitus. Et sedente Decio ac Valeriano, præsentatus est beatus Sixtus. Ad quem Decius iracundia plenus: Nos, inquit, consulimus senectuti tuæ, audi præcepta nostra, & sacrificia. Respondit beatus Sixtus: Miser tu tibi consule, & noli blasphemare, sed age poenitentiam de sanguine sanctorum, quem effudisti. Tunc monente Valeriano, iussit Decius, ut ducerentur ad templum Martis, & si nollent sacrificare, in eodem loco capite truncarentur. Educti ergo foras murum portæ Appiæ, dixit beatus Sixtus ad templum Martis: Destruat te Christus filius Dei viui. Cumque respondissent omnes Christiani, Amen, subito cecidit aliqua pars templi, & comminuta est. Tunc beatus Laurentius cœpit clamare: Non me derelinquas pater sancte, quia thesauros tuos iam expendi, quos tradidisti mihi. Milites autem audientes de thesauris, tenuerunt beatum Laurentium Archidiaconum. Sanctos verò Sixtum, Felicissimum, & Agapitum duxerunt in cliuum Martis ante templum, & ibi decollati sunt viij. Idus Augusti. Noctu autè venerunt clerici, & maxima pars Christianorū, & collegerunt corpora sanctorum, & sepelierunt beatum Sixtum in crypta in cœmeterio Calixti in eadem via. Sanctos verò Felicissimum & Agapitum martyres sepelierunt in cœmeterio Prætextati. Decollati autem sunt cum eis & alij quatuor.

h h

67

De Cassiano Greg.
Turò de cō
fess. ca. 79.Dic 6.
De Sixto
hoc & lo.
cuj eius,
quere in vi
ta S. Laure
tij apud Sa
ru 10. 4.Nō vult sa
crificare
Martī Six
to Episcopo

Gen. 22.

4. Reg. 2.

S. Lauretius
thesauros
Ecclesiæ
pauperibus
erogat.S. Sixtus cū
socijs iube
tur decol
lari.

Cū socijs
sepelitur.

or, vt in gestis Pontificalibus legitur, Ianuarius, Magnus, Vincentius, & Stephanus subdiaconi. Passus & cum eis beatus Quartus, vt scribit beatus Cyprianus. Hic beatus Sixtus apud Athenas natus, & doctus, prius quidem philosophus, postea Christi discipulus fuit. Sedit in Episcopatu anno vno, mensibus decem, diebus viginti.

De eo Pontificali.

Item Romæ, sancti Hormisdæ Papæ, qui sedit annos septemdecim. Hic composuit Clerum, & psalmis erudiuit. Sub huius tempore Anastasius Imperator hereticus, percussus fulmine interiit. Sepultus est idem Pontifex in ecclesia beati Petri, vij. Idus Augusti.

De qua Eulogius li. 2. c. 11. & nos Tom. præfent.

Eodem die in Hispanijs ciuitate Compluto, sanctorum Iusti & Pastoris fratrum. Qui cū adhuc pueri literis imbuerentur, proiectis in schola tabulis, sponte ad martyrium cucurrerunt. Et mox à Daciano teneri iussi, cum se mutuis exhortationibus constantissime roborarent, extra ciuitatem producti, & in campo laudabili, à carnificibus iugulati sunt. Vbi etiam in basilica sui nominis quiescunt.

VII. IDVS AVGVSTI.

Die 7. de Donato Greg. dial. li. 1. cap. 7.

A Pud Tusciam ciuitate Aretio, natalis sancti Donati Episcopi & martyris. Qui natus à sancto Pigmenio presbytero, in titulo beati Pastoris cruditus est, non solum in diuinis, verum in humanis literis sufficientissime. Cum quo & Iulianus creuit, & subdiaconus ordinatus, reiecto postmodum gradu, inutilis factus, ad Imperium aspirauit. Quo tempore beatum Pigmenium Romæ in custodia mancipauit, & sanctos patrem & matrem Donati gladio occidit. Donatus verò Lector fuga petijt ciuitatem Aretium, & habitauit cum Hilarino gloriosissimo monacho seruens Deo continuis orationibus & ieiunijs. Factum est vt mulier nomine Syrana gentilis & pagana, capta oculis, & corde verè cæca, cum vnico filio suo Herculeo nomine cellâ beati Hilarini, cum quo beatus vir habitabat, requireret: quam fide Christi instructam, ad beatum Satyrum Episcopum Hilarinus & Donatus perduxerunt. Qui fidem ipsius vt accepit, gratias Deo agens, indixit ei ieiunium, vt humilaretur in cilico & cinere. Et sic deinde catechizauit eam, & baptizauit eam ipsam quam filium eius. Et mox aperti sunt oculi Syranæ, cepitque clamare: Verè Deus Christus est, qui illuminauit oculos meos. Quod factum audiens Apronianus, non multo post attulit filium suum demoniacum ad beatum Donatum. Quo orante simul cum Satyro Episcopo & Hilarino, expulsus demon puerum sanum reliquit. Sed & non longo tempore post vir quidam Eustasius, rector Tusciæ, & exactor fisci, dum occupatus alicubi teneretur, superuenientibus hostibus, vxor ipsius Euphrosyna pecuniam fisci abscondit, & paucis diebus succedentibus, absente adhuc viro, defungitur. Rediens autem postmodum vir eius, inuenit vxorem suam mortuam, & pecuniam fisci sibi celari. Qua de re non parùm tristis simul pro requisita pecunia cū etiam à principibus curiæ supplicia ipsi meditentur, fugiens idem Eustasius, venit ad beatum Satyrum & Donatum, & indicauit eis anxietatem animi sui. Stans itaque Donatus super sepulcrum vxoris ipsius, voce magna clamauit. Euphrosyna per Christum crucifixum tecibi iuro, vt dicas nobis quid factum sit de pecunia fisci, quia vir tuus pro ea ab exactoribus valde affligitur. Que mox de sepulcro respondit, In ingressu domus suffossa latet pecunia, quam queritis. Recepta igitur est pecunia, liberato Eustasio ab impositione calumniæ. Verū recepto beato Satyro cum patribus suis eius loco sacerdotium beatus Donatus suscepit. Cūque die quadam Missas celebrasset populo, & de corpore Christi ac sanguine ipsius populus venerabiliter recrearetur: diaconus quidam nomine Antimus tradebat sacrū sanguinem Christi, & subito paganorum impulsu cecidit, & sanctum calicem comminuit. Vnde valde tristis tam ipse quam populus Christi efficitur. Cuius tristitiam Dominus per beatum ilicō Donatum releuauit. Nam collecta sunt fragmenta Dominici calicis, & beato viro allata. Quæ stans ille suscipiens, oratione facta, vas in pristinā formam restaurauit. Quo signo percussī pagani, simul cū Christianis deitatem Christi confessi sunt, ac circiter septuagintanouem animæ in Christum credentes per baptismum saluatae sunt. Multis ergo signis Dominus glorificans sanctum suum, ad coronam martyrij prouexit. Denique tentus tempore Iuliani Imperatoris à Quardartiano Augustali, simul & cum eo Hilarinus vir Dei, iubetur idolis sacrificare. Cui fideliter reluctanti, iussit Quadratianus, os lapidibus contundi: Hilarinum verò monachum in conspectu eius tam diu sustibus cadi, donec

Syrana in baptismo recipit amicum suum.

morta ad imperium S. Donati loquitur.

S. Donatus oratio restaurat eō fractū Dominici sanguinis calicem.

SURIUS

q. ben.
Nomen
RVIII
5

spiritum emitteret. Deinde beatum Donatum in custodia recludi. Vbi cum innu-
mera miracula Dominus per feruum suum operaretur, misit Quadratianus, qui
gladio eum percuteret, septimo Idus Augusti. Cuius corpus Christiani iuxta ciuita-
tem cum veneratione sepelierunt. Martyris verò Hilarini ossa in Hostia ciuitate tu-
mulata feruantur.

Hilarinus
fustis, Do-
natus verò
gladio ce-
ditur

Roma, sanctorum martyrum Petri, Iuliani cum alijs decem & octo.

Apud Mediolanum, sancti * Faustini, tempore Aurelij Comodi martyri. * al. Faustini
zati.

VI. IDVS AVGVSTI.

Roma via Ostiensi, miliario septimo, * natale sancti Cyriaci martyris. Postquã
Maximinus Augustus iussit, vt omnes qui erant in custodia, vnã cum Cyriaco
diacono capite truncarentur, promiscui sexus numero viginti & vnus decollati
sunt via Salaria, intra thermas Salustij foras muros. Sãctorum autem corpora col-
legit noctu Iohannes presbyter, & sepeliuit in eadem via octauo decimo Calendas
Aprilis. Post dies verò septem, veniens beatus Marcellus Episcopus cum Lucina
matrona Christianissima, corpora sanctorum condiuit cum aromatibus & lintea-
minibus, deinde sustulit ea, & transtulit in pradium suum via Ostiensi, miliario ab
vrbe Roma septimo: & manu sua recondidit in sacrophagis lapideis, cum quibus &
beatum Cyriacum, octauo die Mensis Augusti. Carpasius verò vicarius petijt do-
mum beati Cyriaci, quam donauerat ei Diocletianus Augustus. Et ingressus in eam
inuenit locum vbi sanctus Cyriacus fontem edificauerat, quem consecrasset san-
ctus Marcellus Episcopus, vbi venientes ad fidem baptizabat sanctus Cyriacus. In
quo loco Carpasius balneum sibi statuit. Et dum lauissent & epulas exhibissent,
Carpasius & octodecim pariter cum ipso, ac deriderent fidem Christianam, subito
cecidit, & mortui sunt. Beatorum autem martyrum passiones, id est Cyriaci,
Largi, & Smaragdi, suis locis in præsentì Calendario notatæ sunt, sub Maximino
Augusto & Carpasio vicario.

die 8.
* Trãstatio
de cyriaco
& focijs ei
habetur in
gestis Mar-
celli Papæ.

16. Martij
scilicet.

Apud Viennam, Gallia: vrbe, natalis sancti Seueri presbyteri & confessoris.
Qui, vt eius gesta testantur, natione Indus, fide Christi feruens, causa Euãgelij præ-
dicandi, laboriosissima peregrinatione suscepta, etiam ad præfatam vrbe deue-
niens, ingentem paganorum multitudinem verbo & miraculis ad fidem Christi
conuertit. Dumq; in pace quieuisset, conditus in basilica sancti Stephani, signis præ-
clarus, mira fidelium veneratione colitur.

S. Seuerus
multos cõ-
uertit.

V. IDVS AVGVSTI.

Vigilia sancti Laurentij. Eodem die Romæ, sancti Romani militis, qui confessio-
ne sancti Laurentij compunctus petijt ab eo baptizari: & mox iubente Decio,
cum fustibus exhibitus ac decollatus est.

Die 9.
de Romão
militre ha-
bes in vita
S. Laurentij
apud Suriũ

III. IDVS AVGVSTI.

Roma, natale sancti Laurentij Archidiaconi & martyris sub Decio. Cui bea-
tus Sixtus omnes facultates Ecclesiæ & thesauros, pergens ad coronam mar-
tyrij, tradidit. Hic veniens in Cælium montem, vbi erat quædam vidua, in vi-
dualitate triginta duos annos habens, in cuius domo multi Christiani, & presbyteri,
& clerici absconsi manebant, tulit vestes & thesauros Ecclesiæ, & cœpit erogare, &
pedes omnium Christianorum lauare. Ad cuius pedes Cyriaca vidua cadens, Per
Christum, inquit, te coniuro, vt manus tuas ponas super caput meum, quia multas
infirmities capitis patior. Beatus Laurentius factò signo Crucis, posuit manus
super caput viduæ, & linteam, de quo extergebat pedes sanctorum. Transiens
autem in vicum, qui dicitur Canarius, inuenit multos Christianos in domo Nar-
cissi Christiani congregatos, & lauit pedes omnium, & dedit eis de thesauro. Erat
in eadem domo homo cæcus nomine Crescentio, qui cœpit rogare beatum Dia-
conem, vt poneret manum suam super oculos eius. Tunc beatus Laurentius la-
chrymans dixit: Dominus noster Iesus Christus, qui aperuit oculos cæci nati, ipse
te illuminet. Et factò signo Crucis, aperti sunt oculi eius. Cùm iam ergo duce-
retur beatus Sixtus cum duobus diaconibus, vt martyrium suum consummaret, &
beatus Laurentius clamaret adueniens, Non me derelinquas Pater sancte, quia
thesauros tuos iam expendi, quos tradidisti mihi, tentus est à militibus, & traditus
Parthemio, tribuno. Qui nunciauit Decio, quod Laurentius, qui habet the-
sauros

Die 10.
De Lauren-
tio vide Su-
riũ To. 4.

Sãctus Lau-
rentij signo
Crucis sa-
nat ægram

Iohan. 9.

Aperit ocu-
los cæci.

sauros reconditos, Archidiaconus Sixti in custodia teneretur. Qui ganifus, fecit eum in custodia cuidam Hippolyto. Et Hippolytus reclusit eum cum multis. Erat autem ibi homo Lucillus nomine cæcus, ad quem sanctus Laurentius Creminabit te. Respondit Lucillus: Ego semper desideravi baptizari in nomine Domini Iesu Christi. Tunc beatus Laurentius catechizauit eum, & accepta aqua baptizatum Laurentium, & ponebat manum suam super oculos cæci, veniebant ad beatur. Videns hoc Hippolytus, credidit, & catechizatus atque baptizatus est. Itaque ex mandato adductus est beatus Laurentius ante conspectum Valeriani. Qui dixit beato Laurentio: Iam depone pertinaciam, & da thesauros, quos apud te cognouimus esse reconditos. Cui sanctus Laurentius: Da mihi inducias biduo aut triduo, & proferam tibi thesauros. Ab eadem die cepit colligere cæcos, & claudos, debiles, & pauperes, & abscondit eos in domo Hippolyti. Valerianus autem nunciauerat Decio, quia promississet, datis sibi inducijs Laurentius thesauros. Complectens igitur tribus diebus, præsentauit se in palatio Salustiano. Et dixit Decius: Vbi sunt thesauri, quos pollicitus es præsentare? Beatus Laurentius collectam multitudinem pauperum introduxit in palatium, & voce magna dixit: Ecce isti sunt thesauri æterni, qui nunquam diminuuntur, nec decrescunt, qui in singulis disperguntur, & in omnibus inueniuntur. Valerianus præfatus dixit: Quid variaris per multa? Sacrifica dijs, & obliuiscere artes magicas, in quibus cõfedis. Cui cum dixisset beatus Laurentius, Quare vos coarctat diabolus, ut Christianis dicatis, Sacrificate dæmonijs? Decius iratus iussit eum expoliari, & cædi cum scorpionibus. Qui cum caderetur dicebat: Ego quidem gratias ago Deo meo, qui me dignatus est coniungere seruis suis: Tu miser torqueris in sania tua, & furore tuo. Tunc Decius, Leuate (inquit) eum, & date ante conspectum eius omne genus tormentorum. Et allatae sunt laminæ ferreae, & lecti, & plumbatae, & cardii. Post vinculus carenis ductus est beatus Laurentius in palatium Tyberij, vt ibi audiretur de gestis. Et sedit Decius pro tribunali in basilica Iouis. Et præsentato Laurentio cum dixisset, Sacrifica dijs, & noli confidere in thesauris, quos habes absconditos: beatus Laurentius liberè respondit: Verè & confido, & securus sum de thesauris meis. Vnde iracundia plenus Decius, iussit eum nudum fustibus cædi. Qui cum caderetur, clamabat ad Cæsarem. Ecce miser vel modò cognosce, quia triumpho de thesauris Christi, & non sentio tormenta tua. Adhuc Decius fustes augere, & dare ad latera eius laminas ferreas ardentis iuber. Beatus verò Laurentius dixit: Domine Iesu Christe Deus de Deo, miserere mihi seruo tuo: quia accusatus non negaui, interrogatus te Dominum Iesum Christum confessus sum. Et cum diutissimè cum plumbatis caderetur, dixit: Domine Iesu Christe, qui pro nostra salute dignatus es formam serui accipere, vt nos à seruitio dæmonum liberares, accipe spiritum meum. Et audita est vox: Adhuc multa certamina tibi debentur. Porro extensus in catasta, & scorpionibus grauissimè cæsus est. Qui subridens, & gratias agens, dicebat: Benedictus es Domine Deus pater Domini nostri Iesu Christi, qui nobis donasti misericordiam, quam meriti non sumus. Sed tu Domine propter tuam pietatem da nobis gratiam, vt cognoscant omnes circumstantes, quia tu consolaris seruos tuos. Tunc vnus ex militibus nomine Romanus credidit Domino Iesu Christo, & dixit beato Laurentio: Video ante te hominem pulcherrimum stantem cum linteo, & extergentem membra tua. Adiuro te per Christum qui tibi misit Angelum suum, ne me derelinquas. Leuatus igitur beatus martyr de catasta & solutus, redditus est Hippolyto in palatio. Veniens autem Romanus afferens aquam misit se ad pedes beati Laurentij vt baptizaretur. Qui benedicta aqua, baptizauit eum. Quod factum audiens Decius, iussit eum sibi exhiberi cum fustibus. Non interrogatus cepit clamare, Christianus sum. Et iubente Decio eductus foras muros portæ Salariae, decollatus est v. Idus Augusti. Cuius corpus noctu collegit Iustinus presbyter, & sepeliuit in crypta in agro Verano. Decius autem Cæsar perguit noctu ad thermas iuxta palatium Salustij: & exhibitus est ei iterum sanctus Laurentius, & allatae sunt omnia genera tormentorum: plumbatae, fustes, laminæ, vngues, lecti, batuli. Et dixit beato martyri: Iam deponc perfidi.

Qui verè thesauri celestes snt.

S. Laurentij fustibus cæditur.

Celitus ad maiora perferenda animatur.

S. Romanus decollatur.

SURIUS

q. den
nomen
RVIII
5

am artis magica, & dic nobis generositate tuam. Cui beatus Laurentius: Quantum ad genus, Hispanus sum, eruditus ac nutritus Roma, & à cunabulis Christianus, eruditus omnem legem sanctam & diuinam. Et Decius. Sacrifica dijs. Nam nox ista expendetur in te cum supplicijs. Mea, inquit, Laurentius, nox obscurum non habet, sed omnia in luce clarescunt. Et cum caderetur lapidibus os eius, ridebat, & confortabatur, ac dicebat: Gratias tibi ago Christe, quia tu es Deus omnium rerum. Allatus est autem lectus cum tribus costis. Et expoliatus beatus Laurentius vestimentis suis, extensus est in cratem ferream: & allati sunt batuli cum prunis, & miserunt sub cratem ferream. Qui cum furcis ferreis coarctaretur desuper, dixit Decio. Ego me obtuli sacrificium Deo in odorem suauitatis: quia sacrificium Deo est spiritus contribulatus. Carnifices tamen vrgentes ministrabant carbones mittentes sub cratem, & desuper comprimentes eum furcis ferreis. Sanctus Laurentius dixit: Disce miser, quanta est virtus Dei mei. Nam carbones tui mihi refrigerium præstant, tibi æternum supplicium: quia ipse Dominus nouit, quod accusatus non negavi, interrogatus Christum confessus sum, allatus gratias ago. Et vultu pulcherrimo dicebat: Gratias tibi ago Domine Iesu Christe, qui me confortare dignatus es. Et eleuans oculos suos in Decium, dixit: Ecce miser affasti vnam partem, regyra aliam & manduca. Gratias igitur agens, & glorificans Deum, dixit: Gratias tibi ago Domine Iesu Christe, quia ianuas tuas ingredi merui. & emisit spiritum. Mane autem primo adhuc crepusculo, rapuit corpus eius Hippolytus, & condiuit linteis, & aromatibus: & hoc factum mandauit Iustino presbytero. Tunc beatus Iustinus & Hippolytus plorantes & multum tristes, tulerunt corpus beati martyris, & venerunt in via Tyburtina, in prædium matronæ viduæ Cyriacæ in agro Verano, ad quã ipse martyr fuerat noctu, cui & linteum dedit, vnde pedes sanctorum extulerat, & illud ibi iã hora vespertina sepelierunt, iiii. Idus Augusti. Et ieiunauerunt agentes vigilias noctis triduo, cum multitudine Christianorum. Beatus autem Iustinus presbyter obtulit sacrificium laudis, & participati sunt omnes.

Eodem die Romæ, militum centum sexaginta quinque. Tunc passi sunt Claudius, Seuerus, Crescentius, & Romanus, ipso die quo beatus Laurentius, post tertium diem passionis sancti Sixti.

S. Laurentii in crate ferrea affatus

Psal. 50.

Offeres sicut as carnes Decio manducas emittit spiritum.

Corpus eius sepelitur.

III. IDVS AVGVSTI.

Romæ inter duas lauros, natalis sancti Tiburtij martyris, filij Chromatij vrbis præfati, quem erudierunt in fide B. Sebastianus & S. Tranquillinus ac gloriosus presbyter Polycarpus, qui ipsum sacro fonte baptismatis innouauit, & familiam eius promiscui sexus mille quadringentos cum eo pariter baptizauit. Huius enim filius Tiburtius, cum propter immanitatem persecutionis isdem pater eius & ingens multitudo Christianorum cum illo Campaniam ex consilio Pontificis Caij perrexisset, amore martyrij flagrans resedit in vrbe Roma. Et cum ieiunijs & orationibus ibi cum beato Caio Papa occuparetur, quadam die transiens occurrit homini qui de alto lapsus fuerat, & ita caput & omnia membra quassauerat, vt de sola sepultura eius ageretur. Iuxta quem ipse accessit, & coepit dicere super vulnera eius lentè orationem Dominicam & Symbolum: & ita factus est homo solidatis membris incolumis, quasi nihil mali contigisset ei. Tunc apprehendens parentes eius, segregauit eos à turbis, & indicauit eis virtutem nominis Christi. Et videns animum eorum fixum fortiter in timore Domini, perduxit eos ad Caium Papam. Qui iuuenem sanatum Deo gratias referentem, & parentes eius pariter baptizauit. Interea dum procella persecutionis grauius inundaret, iunxit se quidam simulata fide beato Caio. Porro hic apostata extiterat, & erat fraudulentus in omni sermone, & callidus in omni commisso. Qui dum à beato, Tiburtio viro scolasticissimo, & nobili & sancto, frequenter argueretur, quod capillos super apicem frontis tonsoris arte componeret, & quod assidue potaret, & ludendo pranderet, quod libentius foeminarum se ad spectibus daret, quod à ieiunijs & orationibus se tolleret, quod somno deditus non interesset peruigil in hymnis Dei: dum, inquam, pro his à beato Tiburtio acrius argueretur, simulabat se æquanimiter motionem accipere, & egit arte quatenus orantem sanctum Tiburtium pagani comprehenderent, in qua comprehensione seipsum fecit teneri, & simul duci ad secretarium iudicis. At vbi introducti sunt, Fabianus dixit ad eum, qui se arte tradiderat: Quis diceris? Ille respondit: Torquatus. Quid profiteris? Christianus sum,

Die 11.

nehis habetur in gestis S. Sebastiani 20. Ianua.

Curatus gerens vultu que pariete baptizatur

Ecce opera hypocrita & hereticorum.

sum, inquit. Fabianus dixit: Ignoras quod iusserunt inuictissimi Principes, ut qui sacrificare dijs noluerint, diuersis supplicijs macerentur? Torquatus ait: Hic magister meus est, & ipse me semper docuit: quod hunc video facere, necesse est ut hoc faciam. Fabianus conuersus ad Tiburtium ait: Audisti quid Torquatus asserit? Sanctus Tiburtius respondit: Torquatus diu est quod se Christianum esse mentitur, virtus enim ipsa nominis sancti, grauius fert & moleste, suum nomen a non suis

qui falsi & quere Christiani sint.

moribus vsurpari. Reuera enim, vir illustrissime, hoc Christianum vocabulum diuinae virtutis est, sectatorum scilicet Christi, qui verè philosophi facti sunt, qui verè Christiani dicti sunt, qui ad obtinendas libidines fortiter militauerunt. Ne credas vir illustrissime hunc esse Christianum, qui in lenocinio sui moliendo capitis sim- brias admittit, qui tonsorem diligit, qui in scapulis molliter gessit, qui fluxum gressum improbo nisu distendit, qui viros negligenter agit, feminas diligentius intuetur. Nunquam tales pestes Christus dignatus est habere seruos. Verum hic quoniam me se imitaturum asserit, hic in tuo conspectu probabis eum mentitum. Hic enim qualis semper fuerit, nunc euidenter ostendet. Fabianus dixit: Consultus facies, si saluti tuae consulens, principum decreta non contempnas. Tiburtius respondit: Ego salutem meam melius non consulo, quam ut daemones contempnas, vnum Deum Iesum Christum confitear. Torquatus adiecit: Non solum ipse Christianus crudelis est, verum etiam multis persuadet, & decipit, ac cum suis socijs, cum quibus magicas artes exercet, die noctuque incantationibus occupatur. Sanctus Tyburtius dixit: Falsus testis non erit impunitus: Iste quem vides, vir illustrissime, malitia sua curis aestuans, ad nihil aliud Christianus est iunctus, nisi ut cogitaret, quomodo se nobis quasi Christianum ostenderet, & quomodo alijs se fidelissimum mentiretur. Reprehēdebam tamen in eo Cyclopeam edacitatem, emersum vino putorem, & sepultam diuini nominis sanctitatem. Ebrius patiebatur sitim, & esuriam vomens, nec ut Christianus, sed ut Antonianus quondam ille coniuua, manducabat, bibebat, vomebat: & nunc Christianos arguit, Christianos accusat, in nos mitem iudicem incitat, gladium nolenti iudici porrigit, & ut daemones ceruices nostra inclinemus, hortatur. Videmus votum tuum, videmus cruenta confilia, & scelerata arte verborum venena tui pectoris intuemur. Accingere nunc o sceleratissime, utere carnificis officio, vendica tibi & ipsis iudicis vocem, applica e, culeos, appende Christianos, damna, percutere, incēde, benè nos accipis. Si exiliū munitatis, hoc philosophatibus totus est mundus. Si supplicij, euadimus mundi carcerem. Si ignes, maiora his incendia in cupiditatibus vincimus. Decerne quicquid libet. Omnis nobis vilis est poena, ubi pura comes est conscientia. Post hæc Fabianus, cum verissime iuuenis sanctissimus Christum cōfiteretur, iussit ante pedes eius carbonem ardentes effundi, dicens ad eum: Elige tibi vnum de duobus, aut thura in istis carbonibus adijce, aut pedibus super eos nudis incede. Ille autem faciens signū Crucis, constanter super eos nuda ingressus est planta, & coepit dicere: Depone infidelitatem, & disce quia hic solus est Deus, quē confitemur, & creaturis omnibus dominatur: nam mihi in nomine Domini mei Iesu Christi videtur, quod super roseos flores ingrediar, quia creatura ipsa creatoris famulatur imperio. Cui Fabianus. Quis ignorat artē magicam vos docuisse Christum vestrum? Obmutescere infelix, exclamavit Tiburtius, & noli auribus meis hanc iniuriam facere, ut audiam te rabido ore latrantē mellifluum nomen & sanctum nominare. Iratus Fabianus dictauit sententiam, ut gladio animaduerneretur. Ductus autē in via Lauicana tertio miliario ab vrbe, vno ictu gladij percussus abscessit. In eodem autem loco a quodam apparente Christiano sepultus est iij. Idus Augusti.

Falsi testis non manet impunitus. Prou. 19.

Eccē quomodo signum Crucis magnapericula ciuitantur.

Gladio percutitur S. Tiburtius. De Susanna Suri. T. 4.

Eodem die Romæ, natale sanctæ Susannæ virginis & martyris, sub Diocletiano & Maximiano Augustis, iudice Macedonio. Fuit autem filia gloriosi presbyteri & martyris Gabini, fratris Gaij Episcopi & martyris, nobili satis orta progenie, quā pater nutruerat, & diuinis literis imbuerat. Audiens itaque Diocletianus de puella, quod pulcritudine & sapientia præcelleret, misit ad Gabinium, quendam qui erat ex genere eius consobrinum suum, nomine Claudium, & petiuit eam Augustus Maximino filio suo in coniugē. Veniens deniq; Gabinius ad filiam suam Susannam, rogauit interesse Gaium Episcopum vrbis, auunculū eius, & narrauit eis quomodo Diocletianus Augustus direxisset Claudium consobrinum eorum, ut Susannam suo filio Maximino in coniugē peteret. Quæ spiritu sancto corroborata coniugium

SURIUS

q. d. ber
nomen
RVIII
5

ingium huiusmodi respuit. Et respondens patri & auunculo, dixit: Pater scio quia de ore tuo sum erudita, vt castitatem studeam seruare, & pudicitiam Domino Iesu Christo exhibere: in eius ergo timore iam constituta, nunquam coinquinabor virili commixtione, sed cui me semel tradidisti, ipsi seruiro & in ipso confido. Ipse enim nouit conscientiam meam. Proinde Claudius ipse respondens ei, & aperiens votum Diocletiani, cum nullo modo eius animum potuisset inclinare, vt coniungeretur Maximino filio eius, sed insuper eruditus & instructus in via Dei à beatis Gaio & Gabinio, poenitentiam de sanguine sanctorum, quem effuderat, poposcisset, baptizatus est vnà cum vxore sua nomine Præpedigna, & filijs Alexandro & Cutia, & intantum in fide conualuit, vt omnes facultates suas venderet, & pauperibus Christianis erogaret: & quoscunq; adire poterat, qui in custodia tenebatur, victu & vestimentis releuabat, mittens se ad pedes singulorum, atq; orationis gratiã à Diocletiano, responsum est ei quòd egritudine teneretur, misitq; fratrem eius ad eum nomine Maximū, comitem rei priuata, vt visitaret eum, & ageret cum illo de puella Susanna. Veniens igitur Maximus inuenit Claudium in cilicio orārem, & obstupuit: cumq; rem pro qua venerat per ordinem enarrasset, perduxit eum ad domum B. Gabiniij, & diligenter ei beatus Gabinius & sanctus Gaius viã Domini exposuerunt. Vnde compunctus credidit Maximus & baptizatus est. Ab eadem verò die cepit facultatem suam vendere per quendam amicū suum nomine Trafonem Christianissimū togatum, qui occultus Christianus erat, quē antè multos annos beatus Gaius baptizauerat. Qui circumiens nocturnis horis vicos & carceres, pauperibus Christianis necessaria ministrabat, & gesta eorum colligebat, memoriasq; exornabat. Post dies quindecim nota facta sunt omnia Diocletiano, & misit Iulium, qui Claudium, & Maximum, Præpedignam, & Alexandrum atque Cutiam puniret: Gabinium verò & Susannam vinculis constringeret. Et post dies quinquaginta quinque iussit Diocletianus vt beata Susanna adduceretur ad Serenam vxorem suam, quæ occultè Christiana erat. Cum itaque hymnis & orationibus cum ea vacaret, & die noctūque in laude Dei psalmos recineret, nunciatum est hoc Diocletiano. Tunc idem dixit Maximino filio suo, vt reuocaretur Susanna ad patris sui Gabiniij domum, & ibi abuteretur ea, vt ipsi liberet. Ipsa verò nocte postquam reuocata est, ingressus Maximinus in domum, vbi orabat Susanna, vidit nimiam claritatem super ipsam, & extimuit, & cursim rediit ad palatium. Diocletianus verò hoc arti magicæ deputans, misit Macedonium, qui eam constringeret infra domum eius, vt sacrificaret. Qui dum vellet eam flectere, vt dijs immolaret, expoliens eam cepit fustibus cedere. Beata verò Susanna dicebat: Gloria tibi Domine. Sicque beata virgo permanens in confessione Domini, gladio percussa est intra domum suam, & spiritum incontaminatum Deo reddidit. Eius corpus collegit Serena Augusta noctu, & manibus suis cum linteaminibus & aromatibus ornauit, & posuit iuxta corpora sanctorum in coemeterio Alexandri in arenario, in crypta, iuxta sanctum Alexandrum, tertio Idus Augusti. Sanguinem verò martyris, qui effusus fuerat in loco domus suæ, velamine deterfit, & posuit in capsula argentea in palatio suo, vbi die noctūque furtiuis orationibus semetipsam Domino effundebat. Passa est autem tertio Idus Augusti.

Eodem die in Cameraca ciuitate, natalis S. Gaugerici Episcopi & confessoris.

PRIDIE IDVS AVGVSTI.

IN Sicilia ciuitate Cathanensi, natale sancti Eupli diaconi, Diocletiano & Maximiano Augustis. Cum enim esset extra velum secretarij beatus Euplus, Christianum se confessus, inromissus est, iubente Caluisiano consulari, in auditorium. Et cum ibi fidē suam profiteretur, Caluisianus dixit: Torqueatur Euplus, quousq; confiteatur deos veros omnipotentes, Martē, Apollinē, & Aesculapiū. Beatus Euplus respondit: Bene dixisti Caluisiane, vt adorarem Trinitatem inseparabilem, vnum Deum. Audiens Caluisianus, putauit eum de dijs suis dixisse, & gaudio repletus, ait: Ergò sacrificata. Cui beatus martyr: Ego sacrifico & immolo me ipsum Patri & Filio & Spiritui sancto. Audiens hoc impius iudex, commotus ira, iussit eum amplius torqueri. Et vitimo dedit sententiã, dicens: Iubemus Euplū iusto iudicio nostro gladio interfici. Beatus verò Euplus gratias egit Domino nostro Iesu Christo. Et cum duceretur, repletus Spiritu sancto canebat: Magna est gloria tua Domine in

hh 4 seruis

Eccē quomodo patres nostri filias erudiebant ad seruandã pudiciã.

Orabat in cilicio, quã poenitentiã agebat.

Christiana non exerceat quã uia sint.

S. Susanna fustibus cesa & gladio, spiritū nec reddidit.

Deo S. ruius T. 4.

Die 12. De Euplo vide Surin To. 4. ex Metaphi.

S. Euplus iubetur gladio interfici.

Harii mar-
tyrii habet
tur in vita
S. Afræ.

seruis tuis, quos ad te vocare dignatus es. Flectens itaque genua sua, finita oratione parauit ceruicem, & decollatus est tertio Idus Augusti. Sepulcrum est corpus eius conditum aromatibus, in loco venerabili Cathanenſis ciuitatis, secundo Idus Augusti.

Eodem die, sanctæ Hilarie, matris sanctæ Afræ martyris, quæ cum ad sepulcrum illius excubaret, ibidem pro fide Christi à persecutoribus igni tradita est, cū Digna & Eumenia, & Euprepia, quæ fuerant puellæ sanctæ Afræ.

In Syria, natalis sanctorum Macharij & Iuliani.

IDIBVS AVGVSTI.

Die 13.
De Hippo-
lyto in
geſis S.
Laurentij.

Romæ, sancti Hippolyti martyris, sub Decio Imperatore, Valeriano præfecto. Hunc beatum Hippolytum vicarium sanctus Laurentius, cum apud eum esset in custodia baptizauit. Qui peractis sanctis exequijs martyris, post tertium diem ad domum suam rediens, dedit pacem omnibus seruis suis & ancillis, & communi-
nicauit de sacrificio altaris beati Laurentij martyris. Et posita mensa, priusquam cibum sumeret, venerunt milites & tenuerunt, & perduxerunt ad Decium. Quem ut vidit, subridens dixit ei: Nunquid & tu magus effectus es, quia corpus Laurentij abstulisse diceris? Sanctus Hippolytus respondit: Hoc feci non quasi magus, sed quasi Christianus. Decius furore repletus, iussit, ut cum lapidibus os eius contunderetur. Et expoliavit eum veste qua induebatur habitu Christiano, & dixit ei: Sacrifica, & viues: sin aliter, peries per tormenta sicut Laurentius. Sanctus Hippolytus dixit: Exemplum merear beati Laurentij martyris fieri, quem tu miser ausus fuisti ore polluto nominare. Extensus igitur, sustibus & cardis diu caesus est, donec cædentes deficerent. Inde leuatus est à terra, & iussit eum Decius vestiri militari veste, qua gentilis utebatur, & dixit ei: Recole militiam, & esto noſter amicus, & in conspectu nostro utere militia pristina, quam semper habuisti. Cum que beatus martyr dixisset, Militia mea hæc est, Christo Domino firmissimè militare, vnde cupio ad celerem palmam cum fructu venire: iracundia plenus Decius, dixit Valeriano: Accipe omnes facultates eius, & interfice eum crudeli examinatione. Valerianus itaque exquisita omni facultate eius, inuenit in domo Hippolyti omnem familiam Christianam, quam conspectui suo præsentari fecit. Et iussit beatum Hippolytum foras muros portæ Tyburtinæ cum familia sua duci. Beatus verò Hippolytus confortabat omnes dicens: Fratres nolite metueri, quia ego & vos vnum Deum habemus. Et decollati sunt promiscui: sexus numero xix. Beatus verò Hippolytus ligatus pedes ad colla indomitum equorum, super carderum & tribulos tractus, commisit spiritum. Nocte venit beatus Iustinus presbyter, & collegit corpora, & sepeliuit in loco eodem iuxta Nymphas, ad latus agri Verani, Idibus Augusti.

S. Hippoly-
tus sustibus
& cardis
cæditur.

Hippoly-
tus grauiori
tormento
occiditur.

Eodem die, natale sanctæ Concordiæ nutricis eiusdem beati Hippolyti. Cum Valerianus ad familiam beati Hippolyti sibi præsentatam dixisset, Considerate ætates vestras, ne simul pereatis cum Hippolyto domino vestro: respondit beata Concordia: Nos desideramus potius cum domino nostro pudicè mori, quam impudicè viuere. Ad hoc Valerianus, Genus, inquit, seruorum nisi cum supplicijs non emendatur. Et iussit ut beata Concordia cum plumbatis caderetur. Et cum caderetur, emisit spiritum, corpusque eius est in cloacam proiectum. Cumque diu quæreret illud sanctus Iustinus, & non inueniret, ita tristis redditur, ut non cessarent flere oculi eius. Tertio decimo verò die post passionem sancti Hippolyti, venit quidam miles Porphyrius nomine, ad Hirenæum Cloacarium, qui occultè Christianus erat, & dicit ei: Si secretum possis custodire, diuulgabo arti tuæ multum quantum: Ante hos dies iussit Valerianus præfectus in conspectu suo quandam narditariam Hippolyti plumbatis deficere, & corpus eius in cloacam iactari. Hæc in vestibus suis spero quòd margaritas habet absconditas, vel aurum. Audiens hæc Hirenæus, intimauit secreto beato Iustino presbytero. Qui flectens genua gratias egit Deo. Porphyrius autem noctu veniens cum Hirenæo, inuenit corpus sanctum. Sed in vestimentis eius nihil inueniunt. Beatus autem Hirenæus vocauit ad se quendam Christianum Abundium nomine, & tulerunt corpus eius, & perduxerunt ad beatum Iustinum. Qui gratias agens Deo, illud suscepit, & iuxta corpora martyrum Hippolyti & aliorum sepeliuit, octauo Calendas Septembris.

De Cassiano Prudè.

Eodem die in Foro Syllæ, natale sancti Cassiani, qui cum adorare idola nolisset, interrogatus à persecutore, quid artis haberet, respondit, quia pueros notas doceret.

SURIUS

other
names
RVIII
5

DE SANCTIS MENSIS AVGVSTI.

373

eretur. Et mox spoliatus vestibus, ac manibus post terga reuinctis, statuitur in medio. Vocatusque pueris, quibus docendo exosus fuerat factus, data est facultas cum perimendi. At illi quantum doluerant discentes, tantum se vlcisci gaudentes, alij cum tabulis ac buxis feriebant, alij stylis vulnerabant. Quorum quanto infirmior erat manus, tanto grauiorem martyrij pœnam dilata morte faciebat. Scribit hoc Prudentius Poëta.

Pictauis, sanctæ Radegundæ virginis & Reginae.

XIX. CALENDAS SEPTEMBRIS.

Vigilia assumptionis beatæ Mariæ genetricis Dei.

Eodem die Romæ, natale sancti Eusebii presbyteri & confessoris. Qui præfente Constantio cū fidem catholicam constantissimè defenderet, & Liberium Papam doleret Arianæ perfidie confensisse, ab irato Constantio Imperatore Ariano, includitur in quodam cubiculo domus suæ, habente in latitudine pedes quatuor. Vbi multis diebus in oratione constanter perseverauit. Et nonodecimo Calendas Septembris, post menses septem, adhuc tamen inclusus, dormitionem accepit. Cuius corpus collegerunt Gregorius & Orosius presbyteri, & sepelierunt in crypta, iuxta corpus beati Sixti martyris & Episcopi, via Appia in cœmeterio Calixti. Vbi & titulum ipsius scribentes, posuerunt irâ, Eusebio homini Dei. Audiens autem Constantius, quòd Gregorius & Orosius sepeliissent corpus beati Eusebii, in eadem crypta vbi illum condiderant, præcepit viuum includi Gregorium. Hunc semiuiuum noctu Orosius presbyter excepit indè. Et post paululum defunctum, iuxta corpus sancti Eusebii presbyteri sepeliuit. Factaque est grauisima persecutio in catholica ecclesia ab Arianis, sedem Apostolicam tunc tenente Liberio.

XVII. CALENDAS SEPTEMBRIS.

Dormitio sanctæ Dei genitricis & perpetuæ virginis Mariæ. Cuius sacratissimū corpus etsi non inuenitur super terram, tamen pia mater Ecclesia venerabilem eius memoriam sic festam agit, vt pro conditione carnis eam migrasse non dubitet. Quo autem illud venerabile Spiritus sancti templum iudicio & consilio diuino occultatum sit, plus elegit sobrietas Ecclesiæ cum pietate nescire, quàm aliquid friuolum & apocryphum indè tenendo docere.

Eodem die, sancti Tharsitij acolythi & martyris. Quem pagani cum inuenissent Christi corporis sacramenta portantem, cœperunt discutere quid gereret. At ille indignum iudicans porcis prodere margaritas, tam diu fustibus ac lapidibus mactatus est, quousque exhalaret spiritum. Et reuoluto eius corpore, sacrilegi discussores nihil potuerunt in eius manibus vestimentisque inuenire sacramentorum Christi. Christiani autem collegerunt corpus martyris, & sepelierunt in cœmeterio Calixti via Appia.

XVII. CALENDAS SEPTEMBRIS.

IN Nicea Bithyniæ, natalis sancti Vrsatij confessoris sub Licinio persecutore. Qui derelicta militia, solitariam vitam in quadam turre præfata vrbs egit: tantisque virtutibus claruit, vt & dæmones expulisse, & ingentem draconem orando interemisse legatur. Scriptum in libro quinto historiæ Ecclesiasticæ tripartitæ.

Romæ, sanctæ Serenæ vxoris quondam Diocletiani Augusti.

Metis, sancti Arnulphi Episcopi & confessoris.

XVI. CALENDAS SEPTEMBRIS.

APud Aphricam, natale sanctorum martyrum, Liberati Abbatis, Bonifacii diaconi, Serui & Rustici subdiaconorum, Rogati & Septimij monachorum, & Maximi pueri. Qui persecutione Vandalica iussu crudelissimi atque impiissimi Regis Hunerici, de territorio Capsensis ciuitatis, ex habitaculo monasterij abstracti, atque ad urbem Carthaginensem perducti sunt. Vbi pro confessione catholice fidei, & vnici baptismatis defensione, primò carcerali custodia, & crudelibus ferri ponderibus arctati, tenebrosi deputati sunt locis. Vbi cum die ac nocte Christianum populum in fidei constantia roborassent, iussit Tyrannus furor succensus, nauem lignorum manipulis adimpleri, atque omnes pariter alligatos, in pelago, igne supposito, accremari. Cum autem pro voluntate infandi Regis, vel crudelium ministrorum, extensis eorum manibus & pedibus eleuatis, lignis ignis fuisset iniectus, statim imperio diuino videntibus cunctis extinctus est. Et dum sæpius renouaretur, iterum atque iterum exinguebantur globi flammarum.

tius & Sularius To. 4.

De Radegunde Sularius. Die 14.

Delapsus Liberij, Hieronymus de vris illustribus.

Seruius in Ecclesiam Ariani reppore Liberij Papæ.

Die 15.

Ecclesia Assumptio. nem Mariæ celebrè agit.

De Tharsitio gesta Stephani Papæ. Miraculosa.

Die 16.

Ca. 13. & Sozom. li. 4. ca. 15. est apud Suriun. de Arnulpho Surius. Die 17. Surius To. 4. ex Vitiore Vitiensis.

Sancti martyres iubetur igne cremari.

rum.

SURIUS

Super
Nomen

RVIII

5

Remorū
ictibus in-
terimun-
tur.

libro ter-
tio.
De Mame-
te Surius
ex Meta-
ph. To. 4.

Die 8.

S Agapitus
diferis
cruciatib;
tormenta-
tur.

Gladio ce-
ditur.

Surius de
Helena.

Die 10.
De his Su-
rius ex Me-
taph.
Tom. 4.

De Iulio
& socijs ei-
us lege Vi-
tam 3. Eu-
sebij 26.
Augusti.

374 MARTYROLOG. ADONIS ARCHIEP. TREVIR.
rum. Vnde magis Tyrannus furore simul & pudore repletus, iussit eos remorum
ictibus enecari, & ita singulos in modum canum, cerebris comminutis, perimi.
Sicque speciosum cursum certaminis sui, coronante Domino, perferunt. Cor-
pora eorum in mare iactata, sub eadem hora illasa litoribus reddita, à Christiano
populo reuerenter sublata, præeunte clero, cum hymnis solennibus condita sunt
in monasterio contiguo Basilicæ, quæ dicitur Celerinæ. Scribit beatus Victor Afri-
canus Episcopus in historia eiusdem Vandalicæ persecutionis, quam & ipse cum
cæteris sustinuit, & fideli atque illustri stylo digessit.
Apud Casaream Cappadociæ, natalis sancti Mammetis martyris, qui passus est
imperante Aureliano, sub Alexandro præside.
Item Octauæ sancti Laurentij martyris.

XV. CALENDAS SEPTEMBRIS.

Agapiti martyris, sub Aureliano Imperatore, Præsidi Antiocho. Cùm esset
annorum quindecim, & amore Christi, martyrio feruere, iussu Imperatoris ten-
tus, & primo neruis crudis diu casus est, deinde Præsidi vt impelleretur sacrificare
traditus. Qui in durissimo atque obscurissimo carcere eum reclusit, & per quatuor
dies cibum omnem negauit. Inde de carcere exhibitus est præsidi: qui prunas arden-
tes super caput eius iussit imponi. Et cùm gratias Deo martyr ageret, flagellis est
caesus, & nudus suspensus, capite deorsum verso, acri subter fumo facto. Et cùm di-
ceret Præsidi, Sapientia tua & vanitas tua in fumo laborat: iterum flagellis caedi-
tur à quatuor sibi inuicem succedentibus. Deinde bullientem aquam super ventrē
eius ministri diaboli effuderunt, & maxillas eius confregerunt. Interea iudex de
tribunali suo cadens, collectus à ministris in lecto reclinatur, & sentiens Dei virtu-
tem in martyre, post modicum tristem animā emisit. De beato verò Agapito re-
nunciatum est Imperatori: qui beatum virum iussit leonibus subijci. Sed mansue-
tæ fæstæ feræ, pedibus martyris ad lambendum se inclinauerunt. Hoc videntes sce-
leris ministri, tulerunt de medio sanctum martyrem, & venerunt contra ciuitatē
Prænestinam, vbi sunt duæ columnæ, & ibi cum gladio percusserunt, quindocē-
mo Calēd. Septemb. Corpus eius noctu sublatum est à Christianis, & positum mi-
liario primo à ciuitate in agro, in sarcophago nouo, nutu diuino ibi inuento.

Eodem die Romæ, in sexto Philippi, natalis beatorum presbyterorum Iohan-
nis & Crispi, qui persecutione Diocletiani & Maximiani multa sanctorum corpo-
ra officiosissime sepeliērent. Quorum meritis & ipsi postmodum sociati, gaudia
vitæ meruerunt.

* Eodem die, sanctæ Helenæ Reginae.

XIII. CALENDAS SEPTEMBRIS.

Natalis sancti Magni, seu sancti Andreae martyris, cum socijs suis duobus mil-
libus, quingentis nonaginta septem.

In Gallijs pago Sigisterico, in monte, qui dicitur Tura, natale sancti Donati pre-
sbyteri. Qui ab ipsis infantia rudimentis mira Dei gratia præditus, ex vrbe Aureli-
anensi ad præfarum locum, vt soli Christo vacaret, adueniens, anachoreticam illic
vitam multis annis exegit, tanta miraculorum gloria clarus, vt inter cætera gesta
magnifica etiam draconem immanem atque terribilem suis exinde orationibus
effugatum extingueret. Cùmque dies vocationis eius infaret, adueniente sancto.
Abbate Mario, cui ita fuerat reuelatum, inter verba orationis migravit ad Chri-
stum. Sepultusque est ab eodem patre in loco suo.

Romæ, natale beati Iulij Senatoris & martyris, sub Commodio Imperatore. Iu-
dice Vitellio. Hunc docuerunt beati martyres Eusebius, Vincentius, Peregrinus,
& Pontianus. Per quorum manus etiam facultates suas pauperibus distribuens, à
beato Rufino presbytero baptismi gratiam percepit. Quod audiens Commodus,
iratus iussit eum teneri, & cuidam Vitellio magistro peditem tradi, vt omnes sa-
cultates eius requireret, & ad sacrificandum impelleret. Qui coniecit eum in car-
cerem, & post triduum catenis vinctum fecit sibi presentari. Et auditum iussit tam-
diu sustibus caedi, donec emitteret spiritum. Cuius corpus collegerunt noctu bea-
tus Eusebius, Pontianus, Peregrinus atque Innocentius, & sepelierunt in coemete-
rio Calepodij xiiij. Calendas Septembris.

XIII.

XIII. CALENDAS SEPTEMBRIS.

Natale Samuelis prophetae. Cuius sacra ossa Imperator Archadius de Iudæa transtulit Thraciam, portantibus Episcopis, & omnium ecclesiarum populis tanta lætitia occurrentibus, quasi præsentem, viventem quæ cernerent, atque fuscipere, ut de Palæstina usque Chalcedonem iungerentur populorum examina, & in Christi laudes vna voce resonarent. Scribit sanctus Hieronymus in libro contra Vigilantium.

Eodem die, beati Porphyrij hominis Dei, qui sanctum martyrem Agapitum erudiuit in fide & doctrina Christi.

XII. CALENDAS SEPTEMBRIS.

In territorio ciuitatis Gualitanæ vico Minatensi, natalis sancti Priuati Episcopi & martyris, qui passus est sub persecutione Valeriani & Gallieni.

Eodem die, natalis sanctorum martyrum Bonosi & Maximiani, quorum gesta habentur.

Et in ciuitate Salona, natalis Anastasij martyris. Qui cum videret S. Agapitum inter tormenta fortius Christum confitentem, exclamauit: Magnus est Deus, & non est alius præter eum. Erat autem Cornicularius miles. Ad quem Præses, Sicut video, inquit, seductus es. De quo Præses Imperatori Aureliano renunciavit. Qui mox perire illum iubet. Erat martyr factus migravit ad Dominum.

XI. CALENDAS SEPTEMBRIS.

Roma via Ostiensis in cœmeterio eiusdem, natalis sancti Timothei. Qui Antiochia veniens Romam, sub Melchiade Papa, susceptus est. Quique cum annuotum & aliquot menses ibi prædicans, multos ad fidem Christi conuertisset, tentus à Tarquinio vrbs præfecto, & longa carceris custodia maceratus, cum sacrificare idolis nolisset, terribilis casus, & grauissimis supplicijs atrectatus, ad vltimum decollatus, & iuxta beatum Apostolum Paulum sepultus est. Scriptum inuenitur in historia sancti Syluestri.

Eodem die Augustoduni, natalis sancti Simphoriani. Qui tempore Aureliani Imperatoris, sub Heraclio consulari, cum idolis sacrificare nollet, primò verberibus affectus, dein carceri mancipatus, ad vltimum cæso capite martyrium consummauit.

In portu Romano, natalis sanctorum peregrinorum martyrum, Martialis, Episcopi, Saturnini, * Aprilis, & Felicis cum socijs eorum.

Item Romæ, natale beati Antonini martyris, qui cum esset carnifex, vidit statim iuuenem cum spongia, & detergentem vulnera sanctorum martyrum Eusebij, Pontiani, Peregrini, atque Vincentij, cum suspensi in eculeo cæderentur: & mox clamare cepit, Verè Deus Christus, quem hi prædicant. fugiens occultè, à Rufino presbytero baptizatus est. Et reuersus ad Vitellium, cum se Christianum liberè faceret, capitis sententia damnatus via Aurelia, iuxta formam Traianam, vndecimo Calendis Septembris sepultus est.

Item Octaua assumptionis Mariæ Virginis.

X. CALENDAS SEPTEMBRIS.

Natalis sanctorum martyrum Donati, Restituti, Valeriani, Fructuosæ, cum alijs duodecim, qui præclarissimo confessionis honore apud Antiochiam coronati sunt.

Eodem die, beati Theonæ apud Alexandriam, venerabilis & verè Deo digni, qui beatum Petrum Episcopum, post & martyrem nutriuit. Hic in omni puritate, & animi virtutibus Episcopus claruit.

Eodem die beati Zachari Episcopi, qui quartus à Iacobo Hierosolymortum ecclesiam clarissimè rexit.

Lugduno Galliarum, natalis sanctorum martyrum Minerui & Eleazari cum filijs octo, quorum corpora in crypta, quæ vrbi ab occidente imminet, condita habentur.

In portu vrbs Romæ, natalis sancti Hippolyti, Quiriaci, & Achillei.

Eodem die, natalis sanctorum Timothei & Apollinaris, qui apud Rhemenis urbem consummato martyrio cælestia regna meruerunt.

IX. CALENDAS SEPTEMBRIS.

In India, natalis beati Bartholomæi Apostoli, qui apud Indiam Christi Euangelium prædicans, decollatione martyrium compleuit. Huius Apostoli sacratissimi.

Die 10.

Paule post principiu.

Die 21. De Priuato Grego. Turon. & Surtius To. 4. c. MS.

Die 22. martyrijs. Timothei, habetur in vita S. Syluestri vit. Decemb.

De Symph. vide Surius.

*al. Martialis.

de his in vita S. Eusebij 25. Aug.

Die 22.

De Theonæ Eusebij. 7. Ecl. hist. cap. vlt.

Turonen. de gl. martyru. ca. 35.

Die 24.

inunt

Vide Surius To. 4. de Bartholo.

delium veneratione celebratur.

Eodem die apud Carthaginem, sanctorum martyrum Massa candida, qui passus sunt tempore Valeriani & Gallieni. Ferunt enim inter alia supplicia tunc a praefide elibanum calcis accensum, & in ore illius prunas cum thure exhibitas, & Praefidem dixisse Christianis: Eligite de duobus vnum, aut thura super his carbonibus offerte Ioui, aut in calcem demergimini. Tunc trecenti viri fide armati, se scitu rapidissimo Christum Dei filium, Deum fatentes, iecerunt in ignem, & inter vapores calcis in pulverem sunt conuersi. Ex quo etiam candidatus ille exercitus beatorum, Massa candida meruit nuncupari.

De Andoeno Surius Tom. 4. Die 25. De eo Surius To. 4.

Eodem die, natalis sancti Audoeni Episcopi & confessoris.
VIII. CALENDAS SEPTEMERIS.

Romæ, natale sancti Genesij martyris. Qui prius in arte mimorum, qui stantes erant imitatores, Themela artis gnarus fuit. Et quadam die cum vellet Diocletiano Imperatori, cui Christiani utpote sauisimo, exossi erant, de mysterijs Christianæ obferuantia ludum exhibere, & huius rei gratia spectante Imperatore & omni populo, in medio theatri, quasi ægrotus decumbens se posceret baptizari, mimus in hæc verba proposuit: Eia nostri, grauem me sentio, leuem me fieri volo. Illi responderunt: Quomodo te leuem facimus si grauis es? Nunquid nos fabri sumus, & ad runcinam te missuri sumus? Hæc verba exhibuerunt populo risum. Genesius iterum: Vescani, Christianus desidero mori. Quare inquit. Quibus Genesius: Vt in illa die veluti fugitiuus à Deo inueniar. Euocato autem presbytero & exorcista, repente à Deo inspiratus credit. Nam illi iuxta lectum ipsius quasi ægrotantis cum resedissent, dicunt ei: Quid ad nos misisti filiole? Genesius autem non simulat & fidet, sed ex puro corde respondit: Quia accipere cupio gratiam Christi, per quam renatus liberer à ruina iniquitatum mearum. Cum que sacramentorum mysteria contempserent, & indutus esset vestibus albis, veluti per ludum à militibus raptus, & ad similitudinem sanctorum martyrum de Christi discutendū nomine Imperatori fuisset exhibitus, stans in editiori loco ita concionatus est. Audi Imperator, & omnes exercitus, sapientes, & populi huius vrbis. Ego quotiescunque Christianum vel nominatum audiui, exhorruui, & in confessione permanentibus insultraui. Ego etiam parentes meos, & affines causa nominis Christiani execratus sum, & in tanta derisione habui Christianos, ut mysteria eorum diligenti examinatione perquirerem, & ex eorum sanctificatione ludum vobis exhibere vellem. At vbi me aqua nudum tetigit, & interrogatus credere me respondi, vidi super me manum cælitus venientem, & Angelos Dei radiantes iuxta me stetisse, qui omnia peccata, quæ ab infantia feci recitarunt de libro, quæ mox in ipsa aqua lauerunt, in qua ego in conspectu vestro perfusus sum, & me candidiorē niue postmodum ostenderunt. Nunc igitur inelyte Imperator, & vos omnes populi, qui de his mysterijs nescitis, mecum credite Deum verum esse Christum, hunc esse lumen, hunc esse pietatem, & per ipsum vos ad indulgentiam posse pertingere. Ad hæc Imperator Diocletianus vehementissimè indignatus, statim eum fustibus crudelissimè cæsum, Plutiano Prefecto tradidit ad sacrificia compellendum: à quo in eucleo suspensus, & vngularum diuertissima laceratione fatigatus, lampadibus etiam inflammatum, cum in fide persisteret, dicens, Non est Rex præter illum, quem ego vidi, & adoro, & colo, pro cuius cultura si millies occidar, ipse ero ut capui: Christum mihi de ore, Christum mihi de corde auferre tormenta non poterunt: valde etenim poeniteo, quod ante nomen sanctum, & in hominibus sanctis exhorruui, & satis tardus ad adorandum verum Regem superbus miles accessi: martyrij coronam capitis obruncatione promeruit octauo Calendis Septembris.

Cōuersio S. Genesij.

Oratio eius ad Imperatorem.

Post varia perpeffa supplicia capite truncatur.

De hoc Genesio Surius To. 4. Tomo.

Passionem Eusebij To. adieci.

Ipsa eodem die, natalis sancti Genesij Arelatensis, qui ante tribunal Iudicis acceptoris functus officio, cum impia quibus Christiani puniri iubebatur edicta nollet excipere, proiectis in publico tabulis, se Christianum esse testatus, abscellit. Et post modicum interualum deprehensus ab apparitoribus, atque in ripa fluminis Rhodani decollatus, martyrij gloriam proprio cruore baptizatus accepit.

Eodem die Romæ, natale sanctorum quatuor martyrum, Eusebij, Pontij, Perigrini atque Vincentij, imperante Commodus, Vitellio iudice. Hi primò facultates suas

SURIUS

8
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

suas omnes pauperibus disperferunt, ac deinde prædicationibus suis, Iulium quoque senatorem, & omnem domum eius ad fidem Christi cōversos, per beatum Rufinum presbyterum, ad baptismi gratiam perduxerunt. Qui non multo post martyr factus, ab ipsodem etiam sepultus est. Pro quo maxime ipsi à Vitellio tenti, & in eculeo leuati, neruis quoque distenti, ac deinde fastibus caesi sunt: quibus & flammæ ad latera eorū postmodum appositæ. Sed cum in laude Christi fidelissime persisterent, tandem depositi ab eculeo sunt. Et cum nihilominus in cōfessione Christi permanerent, iratus Vitellius, Eusebio iussit linguam radicibus abscidi: quam tamen beatus Faustus colligens, in sinu suo abscondit, & fugit. Præcisâ lingua clamabat Eusebius: Gloria tibi Domine Iesu Christe, qui dignatus es me cū seruis tuæ ad gloriam connumerare. Reclusi in carcerē cum hymnos Dei die noctuque perfonarent, venit quidam iam quatuor annis cæcus sacerdos Capitolij nomine Lupulus ad eos, & credens, illuminatus, baptismi gratiam percepit. Hoc factum custos carceris Simplicius nomine videns, & ipse reiectis idolis baptizatus est. Quæ gesta, Vitellius Commodum cum renunciaisset, ille iussit eos puniri. Et post triduum de carcere educti, ad petram sceleratam, plumbatis vsque ad emissionem, spiritus mactati sunt. Quorum corpora collegit beatus Rufinus presbyter, & sepeliuit ad vrbe Roma miliario sexto, inter viam Aureliam & Triumphalem, octauo Calendas Septembris. Sed multo post tempore beatorum martyrum Eusebij & Pontiani (largitione Papæ Nicolai) membra ad Gallias translata, in monasterijs sancto Apostolo Petro voto religioso collatis, reuerenter tumultata venerantur.

VII. CALENDAS SEPTEMBRIS.

Romæ, sancti Zepherini Papæ, qui rexit ecclesiam annos octo, menses septem, dies decem. Hic constituit, vt præsentibus omnibus Clericis, & laicis fidelibus, siue diaconus, siue sacerdos ordinaretur & adstantibus sacerdotibus, Missæ celebrarentur.

S. Eusebius
abscisa lin
gua loqui
tur.

S. martyres
plumbatis
caesi, obdor
munt in do
mino.

Die 16.
Pôsticale
cap. 16.

Item natalis sanctorum Irenæi & Abundij, Romæ. Quos Deciana persecutione iussit Valerianus in cloacari, eo quod corpus beatæ Cōcordiæ in cloacam missum leuauerunt. Et ipsum quoque corpora leuauit Iustinus presbyter, & sepeliuit in crypta iuxta beatum Laurentium.

Vide histo
riam S. Lau
rentij T. 4.
Surij.

Apud Viciniliu castrium Italiæ, natalis beati Secundi martyris, viri spectabilis, & Ducis ex legione sanctorum Thebæorum, qui ante beatum Mauritium & ceteros, post vincula & carceris, martyrium capitis abscissione compleuit.

Apud urbem Italiæ, quæ Pergamis dicitur, natalis sancti Alexandri martyris, sub Maximiano Cæsare: qui cum esset miles vnus ex legione Thebæorum, Christianus factus est. Audiens hoc Maximianus post dies quindecim, mittens accersuit eum, dicens ei: Pro nulla re alia euocaui te, nisi vt sacrifices. Comperi enim te derelinquentem deos nostros, Christianum esse factum. Et hoc dicens, petijt sibi mensam. Eaq; apposita, & linteamine coopera, cœpit agere cum beato Alexandro, vt sacrificaret. Sanctus Alexander in cælum aspiciens, dixit: Atq; vinam tantam mihi Deus gratiam daret, qui cuncta per Iesum Christum postulantibus præstat, vt possẽm & tuâ voluntatem ad Dei agnitionem conuertere, & vanissimam istâ incredulitatem à te auertere. Sed tu quidem insanabile habes malū, & vetustate huic vanitati adhærēs, credere nos vis. Me autem vocauit ille, qui ex gentibus ad suam gratiam olim vocare promissit. Parce consilijs tuis deabolicis, plange & cognosce actus tuos malos, & crede in Deum viuum, qui fecit omnia. Tunc Maximianus, ad tantam eius fiduciam commotus, iussit adstantibus, vt de apposito sacrificio inuito ei offerrent, applicitis armatis econtrâ. At ille beatissimus, cōfundens tegiam iniquitatem, & eius præcepta fide armatus contemns calce mensam percussit, euertens eam cum omnibus suprapostis. Iracūdia repletus Maximianus, iussit tradi vni ex ministris. Qui euaginato gladio, stetit stupidus, ferire nō valens. Cui Maximianus. Adhuc stas male miles? At ille respondit: Caput eius sicut mons est ante me, vndè totus contremifco. Tunc Maximianus tradidit eum alijs vt occideretur. Gaudio itaque repletus martyr, aquā petijt, & manus suas lauit flectensq; genua, & ceruicem in terra humilians, oratione fusa ad Dominum, animaduersus est. Post aliquot dies quadam matrona castissima, nomine Gratia collegit corpus eius, & posuit illud in predio suo, non longè à muro ciuitatis Pergamensis. Cuius passio completa est vij. Calendas Septembris.

Oratio S.
Alexandri
ad Impera
torem.

Stupēdum
miraculū.

S. S. glā
dio anim.
auertitur.

Diei 27.
de Rufo vi
ta Apolli
natis 23. lu.

Apus Capuam, natalis sancti Rufi martyris, quem docuit & baptizauit beatus Apollinaris, Petri Apostoli discipulus, cum esset idem Rufus patricia dignitatis.

Tomis, natalis sanctorum martyrum, Marcellini tribuni & uxoris eius Mameæ, & filij ipsius Iohannis, & Seraphionis clerici, & Petri militis.

Gennadii,
Catalogi
cap. 86 &
Suri To. 4.

In Gallijs ciuitate Arelatenfi, sancti Cæsarij Episcopi & confessoris, mira sanctitatis & pietatis, & studij viri.

Apud Augustodunum, sancti Syagrii Episcopi & confessoris.
Nola ciuitate, natalis sancti Felicis Episcopi.

Die 28.
De Hermē
te & facie
eius, que
in vita S. A
lexandri 3.
Maii To. 3.
Suri.

Roma, natale beatissimi Hermetis martyris. Hunc illustrissimū virum B. Alexander Pontifex & martyr, cum esset præfectus vrbis Romæ, baptizauit cum vxore, & filijs, ac sorore Theodora, cumque eo pariter mille ducentos quinquaginta seruos eius, vxores quoque & filios eorum, prius ingenuitate illis concessa. Et non multo post ab Aureliano Imperatore trusus in carcerem, ac beato etiam Alexandro in custodia posito, Tribuno Quirino commendatur. Qui dixit ad beatum Hermem: Quæ ratio est vir illustris, vt vice sacra iudicans, non solum ad istam iniuriam te redigi velis, verum etiam præfecturæ honore expoliatum, in vinculis te tanquam priuatum trudi æquanimiter feras? Sanctus Hermes ait: Ego Præfecturam non perdi, sed mutauit. Nam dignitas terrena à terris tollitur, ac mutatur, dignitas verò cælestis æterna sublimitate subsistit. Dicit ei Quirinus: Miror te prudentem virum ad tantam stultitiam deuenisse, vt credas extra istam vitam te aliquid habiturum, postquam cineres humani corporis ita ad nihilum redigantur, vt nec ossa ipsa subsistant. Cui beatus Hermes: Et ego ante hos annos illam deridebam, & istam carnalem vitam vtilem esse dicebam. Et Quirinus: Fac & me probare, vt si ita est, sicut tu credidisti, & ego credam. Beatus Hermes dixit: Sanctus Alexander, qui habetur in vinculis, hæc me docuit. Audiens hæc Quirinus, coepit maledicere Alexandro, & dixit ad Hermem: Ego te rogavi dicens, Fac me probare iuste te credidisse, & tu mihi nominasti hominem magum, quem in vinculis habeo, & in carceris ima conclusum. Si verum est ergo quod dicis, vado ad eum ipse, & triplicabo illi vincula & custodes, si potuerit hora cœnandi ad te venire, credam quæ docuerit. Iuit, triplicauit vincula, custodes apposuit. Primo igitur noctis initio, venit puer, qui videbatur esse, non amplius quam quinque annorum, ferens faculam ardentem in carcere, & flectens genua sua cum beato Alexandro orauit, dicens orationem Dominicam, & apprehēdens manum eius eduxit per fenestram, & perduxit eum ad beatum Hermem in domum Quirini. Quirinus factum hoc vt vidit, exterritus est. Cui post talia beatus Hermes dixit: Ecce nos vides in vnum, quos custodijs mancipasti. Causa cur ego sancto Alexandro crediderim, ista est. Vnicus cum mihi esset filius in nimio languore positus, qui adhuc ambulabat ad literarum studia, hicque in Capitolium cum esset ductus à me, & mater sua & ego sacrificaremus dijs, & pontificibus præmia dedissemus, mortuus est. Tunc increpare me cepit nutrix eius, dicens: Si cum ad limina sancti Petri duxisses, & credidisses Christo, filium tuum incolumentem haberes. Cui ego respondi: Dum tu ipsa cæca sis facta, & non sis curata, quomodo filium meum reddet incolumentem? Si ante istos, inquit, quinque annos credidissem Christo, redditi mihi essent oculi. Cui dixi: Vade, & crede: & si tibi oculos aperuerit Alexander, credam, quod & mihi reddat filium meum. Abijt ad ipsum cæca, & ecce reuersa est ad me sana, imponensque humeris suis filium meum mortuum, cucurrit, & iactauit eum ante pedes beati Alexandri. At ille oratione facta resuscitauit eum. Ego confestim misi me ad pedes eius, & rogavi me fieri Christianum. Patrimonium verò matris eius ipsi contuli: aliquanta etiā de meo addidi. Cætera verò aut pauperibus erogavi, aut seruis meis, qui mecum facti sunt Christiani, dedi. Hæc & his similia cum egisset circa Quirinum beatus Hermes, credidit Quirinus cum omni domo sua, & baptizatus est. Aurelianus cuncta hæc audiens, dictauit in vltimo sententiam, vt beatus Hermes puniretur. Qui decollatus, à beata sorore sua Theodora collectus, in Salaria vetere non longè ab vrbe Roma, quinto Calendas Septembris sepultus est.

S. Alexander
vinculus per
Angelū ad
S. Hermē
miraculo
se ducitur.

Cæcā illu
minat, &
mortuū pu
erū resuscit
at.

S. Hermes
gladio ca
ditur.

Ipso

SURIUS

Her
metus

RVIII

5

Ipsa die in Aphrica, depositio sancti Augustini Episcopi. Ex provincia ergo hic Africana ciuitate Tagastensi, de numero Curialium parentibus honestis & Christianis progenitus, alitrusque est ac nutritus eorum cura ac diligentia, impensisque, secularibus artibus eruditus apprimè, omnibus videlicet disciplinis imbutus, quas liberales vocant. Nam & Grammatica prius in sua ciuitate, & Rhetoricam in Africæ capite Carthagine postea docuit: consequenti etiam tempore trans mare in Roma, & apud Mediolanum. In qua vrbe tunc Episcopatum administrabat acceptissimus Deo, & in optimis viris præclarissimus sacerdos Ambrosius. Huius interea verbi Dei prædicatoris frequentissimis in Ecclesia disputationibus adstant in populo, intendebat suspensus, atque affixus. Et factum est diuina præstante opitulatione, vt per beatum Ambrosium, & doctrinam salutarem Ecclesie catholicæ, & diuina perciperet sacramenta. Moxque ex intimis cordis medullis spem omnem, quam habebat in seculo, dereliquit. Iam verò non vxorem, non filios carnis, non diuitias, non honores seculi quærens, Deo cum suis seruire statuit. Vnde cum his qui eidem adhærebant, Deo viuebat, ieiunijs, orationibus, bonis operibus in lege Domini meditans die ac nocte. Et de his, quæ sibi Deus cogitanti atque oranti intellecta reuelauit, & præsentis & absentis sermonibus ac libris ditabat. Factumque est, vt ordinaretur presbyter in Ecclesia Hipponensi, omnibus id vno consensu & desiderio fieri perficique petentibus, magnoque studio flagitantibus. Mox sibi monasterium intra Ecclesiam instituit, & cum Dei seruis viuere cepit secundum modum & regulam sub sanctis Apostolis constitutam: maximè vt nemo quicquam proprium in illa societate haberet, sed essent omnia communia, & distribuereur vnicuique sicut opus erat. Interiecto autem tempore, sancto Episcopo Valerio id agente, omnibus gratulantibus, atque id fieri ingenti desiderio clamantibus, Episcopatum suscipere suo viuente Episcopo, coactus est. Atque ita factum est, vt Episcopus multo instantius ac feruentius maiore autoritate verbum salutis æternæ, alacriter pullulanti, atque crescenti Domini Ecclesie, prædicaret. Vixit in clericatu vel episcopatu annis ferme quadraginta, ætatis verò illius annis septuaginta sex. Verbum Dei vsque ad extremam ægritudinem imprætermisè, sana mente, sanoque consilio in Ecclesia prædicauit. Membris omnibus sui corporis incolumis, integro adspectu, atque auditu, & adstantibus, & videntibus, & orantibus fratribus, obdormiuit cum patribus suis, enutritus in senectute bona. Testamentum nullum fecit, quia vnde faceret pauper Dei non habebat. Tertio obsidionis mense (Nam ciuitas eius quatuordecim conclusa & obsessa est à Vuandalis mensibus, Alanis, alijsque commixtis gentibus) decubuit febribus, & illa vltima exercitatur ægritudine. Hic beatus Episcopus spiritu diuino tactus, in sancta Ecclesia catholica ad instructionem animarum fecit libros, tractatus, epistolas, numero mille triginta, exceptis qui numerari non possunt, quia nec numerum designauit eorum. Huius corpus venerabile, primò de sua ciuitate propter barbaros Sardiniam translatum, nupèr à Leo prando Rege Longobardorum, dato magno precio, Ticinis relatum, & honorificè conditum est.

de Augusti
no Surius
Tomo. 4.

Conuersio
eius ex S.
Ambrosij
prædicatio
ne.

Fit presby
ter.

Fit mona
chus.

Fit Episco
pus.

Iam senex
obdormit
in domino

Requies
cit Papia.

Briuate, natale sancti Iuliani martyris. Qui tempore persecutionis hortatu beati Ferreoli, cuius in militia comes erat, ex Viennensi vrbe clandestino discessu ad præfatam Aruernæ vrbis territorium commigrauit. Vbi ab insequentibus persecutoribus tentus, defecto guttore, morte horribili necatus est.

Surius de
Iuliano ex
Greg. Tur
ronens.

Constantinopoli, sancti Alexandri Episcopi & Confessoris, gloriosi senis, cuius virtute orationis Arius diuino iudicio cõdemnatus, crepuit medius, & effusa sunt viscera eius. Dormiuit verò idem beatus pōtifex, vitæ suæ anno nonagesimo octauo, Episcopatus trigesimo tertio.

De Bibiano
seu Vitião
Greg. Tur
ronens. de
glor. Con
fess. cap. 38.

Eodem die apud Santonas, sancti Bibiani Episcopi & confessoris.

VIII. CALENDAS SEPTEMBRIS.

Roma in Auentino, in oppido Vindinensi ad arcum Faustini, natale beatissimæ & illustrissimæ Sabinæ martyris, quæ fuit vxor præclarissimi quondam Valentini, & filia Herodis Metallarij, quæ passa est Adriano imperante, sub præfecto Helydio. Hanc beata virgo Seraphia, cum in domo eius conuersaretur, persuasit in fide Domini nostri Iesu Christi. Quæ postmodum eandem virginem vsque ad locum passionis secuta est. Et cum ei præses Berillus diceret: Quid tibi

Die 29.

S. Sabina à
beata Sera
phia insti
tuitur.

ii 2 ipsa

ipſa derogas, aut quare temetipſam vilem reddis, aut quare non conſideras, quæ eſ, aut cuius filia eſ? Coniunxiſti enim te Chriſtianiſ, & oblita eſ natales tuos, & me- moriam tanti viri cuius fuiſti, & deorum, quorum irâ vereor nê in curras. Reverte re magis ad domum tuam, & dimitte hanc nefandam, quæ maleficiſ te & plures de mutavit à deorum, cultura. Beata Sabina reſpondit: Illius ſanctæ puellæ, de qua di- cis maleficiſ vrinam & tu ſuadereris, ſicuti & ego ſuaſa ſum, vt ab immundis rece- deres idolis, & verum & certiffimum agnoſceres Deum, qui bonos ad æternam vo- cat vitâ, & malos in pœnam relinquit perpetuam. Quod præſes audiens, reuerſus illam dimiſit. Vt verò beata Seraphia glorioſiſſimo martyrio coronata eſt, illuſtriſ- ſima Sabina colligēs reliquias eius, celebratiſ venerabilibus exequiſ, vt theſaurum ſempiternum, vel preciouſam margaritâ repoſuit in monumento ſuo, quod ipſa ſi- bi cum ſummo ſtudio & ornatu fecerat. Deindè interpoſitiſ aliquot diebus, cõpre- hæſa iudici Helpidio præſentatur. Quâ ille videns, Tu eſ, inquit, Sabina vxor quon- dam Valentini illuſtriſſimæ memoriæ, & filia Herodis: Cui ſanctâ matrona reſpon- dit: Ego ſum, & gratias ago Domino meo Ieſu Chriſto, qui me peccatricem per ſan- ctam famulam ſuam Seraphiam de multis fordibus & poteſtate demonum libera re dignatus eſt. Commotus poſtmodum Præfectus, cum videret in confeſſione Chriſti conſtantiam eius dictauit ſententiam, dicens: Sabina m diſiſ inobedientem, dominos quoq; & Auguſtos noſtros blaſphemantem, gladio percuti decreuiſmus, atque omnes facultates eius publicis titulis deſignari. Paſſa eſt autem beata famula Chriſti Sabina quarto Calendis Septembris. Etâ Chriſtianiſ ſublatur corpus eius ſepultum eſt in monumento, vbi ipſa venerabiliter repoſuerat magiſtram fidei ſuæ virginem Seraphiam, ad arcum Fauſti, iuxta aream Vidiciani, in oppido Vin- dinenſi.

Vide hie ve-
nerabilium
exequiarum
celebratio-
nem.

S. Sabina
gladio ca-
ditur.

Mar. 6.
Luc. 3.
Matth. 14.

S. Iohannes
Baptiſta de-
collatur.

De his om-
nibus ſuſius
apud Suriuſ
4. Tom. 29.
Auguſti.

Eodem die, paſſio & decollatio, vel potius inuentio capitiſ beatiffimi Iohannis Baptiſtæ, quem Herodes Tetrarcha (vt Euangeliſtæ referunt) renens, ligauit in carce re propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat eam. Dicebat e- nim Iohannes: Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Hac de cauſa inſidabatur ei Herodias, & querebat occidere eum, & non poterat. Herodes enim metuebat Io- hannem, ſciens eum virum iuſtum & ſanctum eſſe. Sed cum Herodes ipſe diem na- talis ſui ageret, filia Herodiadis ſaltanti in medio, ſauiente matre, inter deliciis & conuiuia laſciuientium, temerè ab Herode iuratur & impiè, quod iuratur, in nec prophetæ impletur. Non enim poterat veritas æquo animo tolerari, quam homo Dei monebat, quia vicerat Regem libido. Vincſtus autem erat ſanctus Iohannes Baptiſta in Arabia, caſtello Macherunta. Miſſo itaque ſpiculatore, decollatur in carcere, & allatum eſt caput eius in diſco, puellæ quæ datur. Quod audientes diſci- puli eius, venerunt & tulerunt corpus eius, & poſuerunt illud in monumento, apud Sebaſten Palæſtinæ, quæ quondam Samaria dicta eſt. Vbi per aliquot annos ia- cuit, vſque ad tempora Iuliani impiſſimi Cæſaris. Qui cum eſſet Chriſtianiſ in ſeſſi- ſſimus, paganj apud Sebaſten Palæſtinæ ſepulcrum eiufdem Iohannis Baptiſtæ in- uadunt, & oſſa diſpergunt. Eadem rursus collecta, & cremata latius diſpergunt: ſed Dei prouidentia aſſuère quidam ex Hieroſolymis monachi, qui mixti colligenti- bus, quæcunque ipſi potuerunt, ablata ad Patrem ſuum Philippum pertulère. Ille conſeſſim hæc (ſupra ſe enim ducebat, tantum theſaurum proprijs ſeruare vi- gilijſ) ad Pontificem maximum, tunc Athanaſium, per Iulianum diaconem ſuum mittit. Quæ ille ſuſcepta, paucis arbitriſ, ſub cauato ſacraſij pariete incluſa, pro- phetico ſpiritu profutura generationi poſteræ conſeruauit. Cuius præſagium ſub Theodoſio principe, per Theophilum eiufdem vrbiſ Episcopum completur. Qui deſtructo Serapiſ ſepulcro ſancti Iohannis ibidem conſecrauit eccleſiam. Porrò caput ſuum duobus monachis Orientalibus, qui cauſa orationiſ venerant Hieroſolymam, idem beatus Iohannes iuxta Herodis quondam Regiſ habitacu- lum reuelauit, quod deinceps Emefaſ Phœniciaſ vrbeſ perlatum, & digno hono- re cultum eſt.

III. CALENDAS SEPTEMBRIS.

Dieſo. paſſionem Feliciſ & Adauctij, ſub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, Præ- ſeſto & Iudice Draco. Fuère autem duo fratres nomine & opere Felices, ambo præbyteri. Horum ſenior Felix ex iuſſione Imperatorum cum ad ſecretarium Iudi,

SURIUS

7
10
11

RVIII
5

Judicis esset perductus iuxta templum Serapis, dum cogeretur ad sacrificandum, exflavit in faciem statuae grae, & statim cecidit. Item ductus ad Mercurij statuam in aliam aediculam, simili modo in illa exflavit, & mox cecidit. Item ad simulacrum Dianae, quod pari modo deiecit. Reductus ad Praefectum imponitur eculo, & inquisitus quibus haec maleficijs fecisset, beatus Felix respondit: Non maleficijs diaboli, sed beneficijs omnipotentis Dei hoc egi. Futore itaque accensus Praefectus, iussit eum duci extra urbem via Ostiensis, quia illic arbor excelssima stabat daemonebus consecrata, iuxta quam erat templum, ut ibi ad sacrificandum impelleretur. Quo perductus, oratione facta, dixit ad arborem: Praecipio tibi in nomine Domini mei Iesu Christi, ut radicibus corruas, & templum ac simulacrum, vel aram eius funditus comminas, ut amplius cultu tuo animae non decipiantur. Quae statim ad verba ipsius ita eversa est, ut & templum ac simulacrum comminueret, & quod fuerat, non appareret. Quod cum nuntiatum fuisset Praefecto, statim iussit eum decollari, & corpus eius in humatum canibus & lupis derelinqui. Data sententia, obuius fuit ei quidam vir Christianus, hominibus quidem abscondus, Deo vero manifestus. Hic cum didicisset, quod beatus Felix duci fuisset iussus, coepit clamare, & dicere: Ego ex eadem lege sum, & ipsum, quem hic sanctus presbyter confitetur, Dominum Iesum Christum colo. Mox & ipse ab officio Praefecti comprehensus, pariter dato sibi osculo, cum beato Felice decollatus est. Huius nomen quia non inuenerunt Christiani, postmodum Aduertum eum appellauerunt, quod sancto martyri Felici auctus sit ad coronam, ipsique pro fidei confessione corona martyrij aucta. Christiani, itaque noctu venientes, in eodem loco, ubi arbor steterat, quae cadens nimia terra altitudinem aperuerat, eos sepelierunt. Quorum corpora volentes pagani exinde effodere, cum manus apposuerunt, a diabolo correpti sunt. Vbi postea pacis tempore basilica fabricata est, & martyrum memoria digne exulta. Compleuerunt autem martyrium suum iij. Calendas Septembris.

Templum & aras praecipue evertit S. Felix.

decollatur una cum Aduerto.

FRIDIE CALENDAS SEPTEMBRIS.

Treuiris, natalis sancti Paulini Episcopi * confessoris. Qui tempore Arianæ in festationis, à Constantio Imperatore, ob catholicam fidem exilio relegatus, & usque ad mortem, etiam extra Christianum nomen, mutando exilia fatigatus, ad vltimum apud Phrygiam defunctus, beatæ passionis coronam percepit à Domino.

Die 31. +martyria Gregorius martyrium T. 6. in vita S. Maximi Episcopi Mo. c. 15.

Eodem die Apud Athenas, beati Aristidis, fide sapientiaq; clarissimi. Qui Adriano Principi de religione Christiana libros obtulit, & quod Christus Iesus, solus esset Deus, praesente ipso Imperatore, luculentissime perorauit.

Hic de vic illust. c. 30.

SEPTEMBER HABET DIES XXX.
LVNAM VERO TRICESIMAM.

CALENDAS SEPTEMBRIS.



ESV Naue & Gedeon prophetarum.

Apud Capuam, via Aquaria, natalis sancti Prisci martyris, qui vnus fuit de illis antiquis Christi discipulis.

Die 4.

Eodem die natalis beatissimæ Annæ prophetissæ, filiae Phaniel, de tribu Aser, cuius sanctitatem Euangelicus sermo prodit. Hæc processerat in diebus multis & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua, & hæc vidua usque ad annos octoginta quatuor, quæ non discesserat de templo, ieiunijs & orationibus seruiens nocte ac die.

Luc. 2.

Item eodem die apud Senonas, beati Lupi Episcopi, sanctitate & signis miraculorum illustrissimi.

De Lupo Episcopo Suri. To. 5.

Item apud Cæsaream Cappadociæ, beati Longini militis & martyris, quem tradunt illum esse, qui lancea latus Domini Iesu Christi pendens in Cruce aperuit. Hic postmodum baptizatus ab Apostolis, cum apud Cappadociam sanctitate

Iohan. 19.

† Loginus capite truncatur. præcipuus degeret. tandem ab Octauio Præsede comprehensus, post confessionem fidei, lingua abscisa, & dentibus excussis, capite truncatus est. Simul cum eo coronatus est Aphrodisius commentariensis, cui & Præsides linguam abscidi iusserat: qui post abscisionem expedite Christum clara voce loquebatur.

* Sinicij * Item sanctorum confessorum Sixti & *Sisinnij.

III. NONAS SEPTEMBRIS.

Die 2. **N**atale sancti Iusti Lugdunensis Episcopi, miræ sanctitatis & prophetici spiritus viri. Hic clam Episcopatum suum relinquens, ascensa naue, comitante se vno tantum puero, qui officio Lectoris in ecclesia erat, nomine Viatoris peruenit ad Aegyptum. Vbi per aliquot annos, sanctis monachis calum tantum spectantibus cõsociatus, humilitate ac sanctitate vitæ incomparabilis vixit. Cursu itaque temporis consummato, ipse quoque virtutibus consummatus, repositam sibi coronam iustitiæ percepturus migravit ad Dominum pridie Idus Octobris. Corpus eius à religiosis ciuibus Lugdunum cum ossibus beati Viatoris ministri eius relatum, & cõdigno cultu in basilica beatorum septem fratrum Machabæorum & martyrum gloriosissimorum, conditus est quarto Nonas Septembris.

Eodem die, beati Helpidij Episcopi apud præfatam urbem venerabilis depositio. Cuius sacrum corpus honorifice sepultum, in ipsa eademque ecclesia, ubi sancti cõfessoris Iusti tumulata sunt sacratissima membra, quiescit.

Apud Apamiam, beati Antonini martyris.

III. NONAS SEPTEMBRIS.

Die 3. **N**atalis sanctæ Phœbes, de qua beatus Apostolus Romanis scribit. Cõmendo autem vobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio Cenchris, ut cõsuscipiatis in Domino dignè sanctis, & assistatis ei in quibuscunque desiderauerit. Etenim ipsa quoque adstitit multis & mihi ipsi.

Romæ, pallio beatæ Seraphiæ virginis, sub Adriano Imperatore, Iudice Berillo. Hæc Antiochena genere cum in domo Sabinae præclarissime femine apud Urbem commaneret, raptâ ab officio Præsidis, exhibita est in conspectu ipsius. Cui Præsides dixit: Sacrifica dijs immortalibus, quibus sacrificant domini Imperatores.

Beata Seraphia respondit: Timeo & colo omnipotentem Deum, qui fecit celum & terram, & omnia quæ in eis sunt. Nam dii quos iubes adorare, non sunt dii, sed sunt dæmonia, & idè non licet mihi adorare eos, quia Christiana sum. Cumque perseverantissimè fidem veritatis prosequeretur, iussit eam Præsides duobus iuuenibus lasciuissimè, ut ei nocturno furto insultarent. A quibus perducam in cubiculum obscurissimum, cum vellent eam tangere, subito terræ motus factus est magnus, cecideruntque exanimis in terram, membris omnibus resoluti. Diluculo autem cum venissent à Præsede missi, qui requirerent, seu deiuuenibus, seu de virgine, ingressi inuenerunt sanctam Dei orantem, iuuenes verò impudicos volut mortuos terræ prostratos. Itaque ad rei factum cum plurimi concurrerent, iterum Præsides iussit pro tribunali eam sibi adduci. Et imperante Præsede deportati sunt idem iuuenes, & positi ante conspectum ipsius. Ad quos beata virgo, facta oratione, accedens, tetigit illos, dicens: In nomine Domini mei Iesu Christi erigite vos in statu vestro. Ad cuius vocem mox illi steterunt super pedes suos. Quos Præsens interrogauit: Quid faciendo hæc mulier dementes vos fecit, & resolutos?

Ingressus est, inquit, quidam iuuenis decorus, miræque magnitudinis, qui votus splendebat sicut sol, stansque inter nos & puellam hanc, tremore & defectione claritate sua concussit. Præsides ad Beatam Seraphiam conuersus, Sacrifica dijs, inquit, ne morte plectaris. Cui virgo: Non facio voluntatem patris tui Satanæ, quia Christiana sum. Tunc Præsides iussit lampades ardentes lateribus eius apponi. Sed statim qui eas tenebant, ceciderunt retrorsum. Præsides verò iterum beatæ virgini dixit: Biothanata & malefica, audi imperiale præceptum, sacrificifica dijs immortalibus, & libera te de cruciatibus & morte. Beata Seraphia hoc illi reddidit: Biothanati & malefici vos estis, qui negatis Deum viuum & verum, & dæmonia adorando, cum ipsis pariter estis morituri: Deo autem immortali ego memetipsam offero sacrificium, si me dignatur succipere, licet peccatrix, tamen Christianam. Tunc sustibus cæditur: & ecce subito terræ motus factus est magnus. Et excussa de fuste, quo cædebatur virgo Dei, hastella, exiit in oculum Præsidis, quem post dolorem luscum fecit. Et iratus dictauit sententiam: Sera.

Fustibus cæditur.

SURIUS

Other
Notes

RVIII
5

Scythiam imperialis præcepti contemptricem, & in tantis maleficijs depræhen-
sam, gladio percuti iubemus. Passa est autem quarto Calendas Augusti, & sepulta
iuxta arcam Vindiciani in monumento illustri martyris Sabinae, secundo Calen-
das Augusti. Compositum verò & ornatum est venerabile sarcophagum ambarū
& locus orationis condignè dedicatus tertio Nonas Septembris, quando & memo-
ria passionis eius celebrior agitur.

Apud Capuam, natalis sanctorum martyrum, Antonini pueri annorum vigin-
ti, & Aristæi Episcopi, quorum gesta habentur.

Eodem die, depositio sancti Remacli Episcopi & confessoris, Et beatissimi Man-
fucti confessoris atque pontificis Tullensis.

PRIDIE NONAS SEPTEMBRIS.

MOysi propheta. Et apud Ancyræ Galatiæ, natalis sanctorum martyrum,
trium puerorum, Rufini, Siluani & Vitalici.

Cabillonæ, natale sancti Marcelli, qui temporibus Antonini Veri, ex numero
quinquaginta martyrum, qui Lugduni in ergastulum trusi fuerant cū Valeriano,
patefactis custodiæ, cui mancipati erant, diuinitus claustris, aufugit. Et cū Latinū
quendam à quo hospitio susceptus fuerat, cum omni domo sua ad fidem Christi
conuertisset, Cabillonensium expetens ciuitatem, Priscum quendam præsidem,
dijs suis immolantem incurrit. Cumque ab eo ad prophanum conuiuium fuisset
inuitatus, & ipse huiusmodi execrans epulas, omnes qui aderant, cur idolis deser-
uissent, libera increpatione corripere: inaudito crudelitatis genere, defodere eū
cingulo tenus Præses iussit. Sicque sanctus Dei martyr tertio die in Dei amore &
laudibus perseverans, in secundo ab oppido Cabillonensi miliario, incontamina-
tum reddidit spiritum.

NONIS SEPTEMBRIS.

IN suburbano Romæ, natale beati Victorini martyris. Fuerunt autem duo
fratres, Victorinus & Severinus. Hi post vtriusque parentis obitum se inuicem
pædagogantes, pari custodia se mutuis obsequijs amulantes, germanitatis vincu-
lo probabiles, Deo se ipsos hostiam viuam obtulerunt. Cumque intantum excre-
uissent, vt sua omnia perfectionis intuitu relinquerent, & vendentes res suas, cen-
sum earum pauperibus erogassent, Deo expeditius seruituri, nudi facultatibus o-
mnibus remanserunt. Alter itaque seruiens alteri, mutua vice & amula charitate
seruebat. Imperium, libertas. Nil deerat illis, cū nihil haberent. Igitur Victo-
rinus spirans alius, & id ipsum, quod sibi parebant, imperfectum computans, nec
satis sibi factum, si alteri liceret in altero, aut alter alteri seruitium exhiberet: ere-
mum ingreditur, seditque in specu excelsæ rupis, quam subterfluentis aquæ gemi-
num sinuârat abruptum, vni tantum hospitium viro, vt sedens somnum caperet:
vel si reciperet alterum, stans oraret. Texerat ostiolum vimine: assiduus in lectio-
ne & oratione manebat. Cernit interim inuidus omnis boni profectum viri, &
ferre non valens, simulat se puellam, & ante fores viri gementia verba ingeminat:
Heu, inquit, me miseram, syluis, errore, & tenebris vagam. Locus non agnoscitur,
iter quaeritur. Quisquis es loci huius incola, cælum vndique & syluæ famam vir-
tutum tuarum opusque ferent: eripe me à frendentibus apris, eripe à fauientibus
lupis, & à rictibus vrsorum. Quod victura sum tuum erit: si moriar tuum. Satis su-
perque sufficiat operiri limine tuo. Non longum quæro habitaculum: vnius tan-
tum noctis hospes ero. Referat Victorinus cellam, & hostem, dum miseretur, se-
cum includit. Vix horæ spatium intercesserat, dum inter molimina & assiduam
corporis motum protenso pedetertigit hominem Dei, & velut compungens vul-
nere, noxio calore succendit. Addit igniculum dulcedo sermonis, vrget facinus
solitudo. Quid moror? Facit casum columna arboris, alta radice quæ diu fundata
steterat. Furtiuus amor scelus perficit. Exclamat iam victor Victorini diabolus:
Quid agis, inquit, vir perfectissime, cui etiam frater grauis fuit? Iam iungeris alteri
qui recessisti à tuo: Quid agis, qui nouum dogma syluis constituens, suadebas sco-
pulis castitatem? Hæciactans, ex oculis decepti velut fumus euauit. At is qui
cecciderat, velut exanguis iacuit. In se autem aliquando reuersus, syluas deseruit,
ad fratrem Severinum repedaui: pudore diu vocem suppressens, tandem cau-
sam facti exposuit, ipse pœnam sibi statuens. Findens nanque arborem, manusque
per fissuram inserens, præduratam cuncis & pessulo cicatricem arboris claudit.

Gladio
cutitur.

Remacli
vita est 3.
To. Suri.

Die 4.
De Moyse
Suri T. 4.

De Marcel-
lo Greg.
Turone. I.
de glo. mat
tyru ca. 17

Die 5.
S. Victori-
nus & Se-
uerinus ge-
mani fra-
tres, om-
nia sua
pauperibus
distribuit.

S. Victori-
nus in ere-
mo sanctis
sine viuit.

Deceptus à
diabolo ca-
dit.

Eccè qua-
lem sibi in-
dit.

SURIUS

9 ber
Novem
RVIII
5

384. MARTYROLOG. ADONIS ARCHIEP. TREVIR.

dixerit pœ-
nitentiã.

Sed mox Severinus factum pœnamque fratris Episcopo suo nunciat. Ille veniens, primum eum soluere tentat: sed ut repugnantem vidit, orat, benedicit, cõsolatur, discedit. Vir autem Domini, qui se gravissima penitentia damnauerat, Dominica tantum die modicum panis & aquæ coactus à fratre percipiebat, qui etiam se simili cibo & ieiunio macerabat. Igitur in huiusmodi constrictione triennium voluit. Cumque iam omnes pene mouisset eius in Christo imitanda humilitas, Episcopus ciuitatis rediens, vix agere potuit, ut sese à pœna, qua ille nemor tremendi iudicij se damnauerat, absumptis pene carnibus, permitteret resolui. Quantæ autem sanctitatis postea fuerit, quamque potens in miracullis, non facile lingua alicuius explicabit. Electus deinde ab vniuerso populo, qui Corilius appellatur, vbi putentes a Vrbe via Salaria. Deinde apud eum locum, qui Corilius appellatur, vbi putentes a quæ manant & sulphureæ, in ipsis capite deorsum per horas tres suspensum teneri, ab impio iudice iustum est. Quod cum per triduum pro Christi nomine passus fuisset, gloriõse coronatus migravit ad Dominum. Cumque vna die iussu Aureliani corpus eius inhumatum iacuisset, venerunt Amiterntes populi Christiani, & rapientes in suum territorium transfulerunt, & honorifica sepultura condiderunt Nonis Septembris.

Fir Ami-
terninæ
vrbis Epi-
scopus

Suspensus,
capite de-
orsum ver-
so, migrat
ad Domi-
num.

Item Romæ in portu, natalis sancti Herculani.
Capuæ, natalis sanctorum martyrum Quinti, Arcontij, & Donati.
VIII. IDVS SEPTEMBRIS.

Die 6.
a. Tom. 1.

Zachariæ prophætæ. Item natalis sancti Onesiphori, de quo ad Timotheum scribit Apostolus: Det misericordiam Dominus Onesiphori domui, quia sæpè me refrigerauit, & catenam meam non erubuit, sed cum Romam venisset, sollicitè me quæsiuit, & inuenit. Det illi Dominus inuenire misericordiam à Domino in illa die. Et quanta Ephesi ministravit, melius tu nôsti.

Dehis Vis-
tor lib. 2.

Et apud Africam, beatissimorum confessorum & Episcoporum, Donatiani, Præsidij, Mansueti, Germani, Fufcoli, qui persecutione VVadalia apud Africam iussu Hunerici Regis Ariani, pro assertione Catholice veritatis, durissime fustibus cæsi, & exilio damnati sunt. Inter quos etiam Episcopum nomine Lerum, strenuum ac doctissimum virum, post diurnos carceris squaiores, incendio concremavit. Tunc etiam decreto publico per diuersas prouincias executores dirigens, Episcopis quasi ad Concilium Carthagine congregatis, vna die vniuersas ecclesias Africa clausit, vniuersamque substantiam Episcoporum & Ecclesiarum, suis Episcopis condonauit.

Suri T. 5.
ex Grego-
rio Papa.

Romæ, natale S. Eleutherij.

VII. IDVS SEPTEMBRIS.

Die 7.
De eo Eu-
seb. li. 2. Ec-
cles. hist.
cap. 5.

Natalis beati Iohannis apud Nicomediam, sub Diocletiano Imperatore. Qui de nobilibus, honore & dignitate illustris, ut vidit aduersus cultores Dei in foro crudelia edicta pendere, calore nimio fidei ignitus, publicè populo inspectante iniecta manu, librum iniquæ legis detraxit, ac minutatim discepit. Augusto Diocletiano in eadem vrbe simul cum Maximiano constituto. Ad quos cum relatum esset religiosi & illustris viri factum, continuo omni in eum crudelitate genere defauentes, ne hoc quidem solum efficere quiverunt, ut eum mortuum aliquis videret in pœnis: sed lato atque hilari vultu, cum iam viscera in supplicij defecissent, spiritus tamen lætabatur in vultu. Ex quo tortores sui grauidis cruciabantur, quod omnia suppliciorum genera consumebant in eum, quem ne tristem quidem ex his reddere poterant.

De Euort.
Sutius T. 5.
De Clo-
doal Tu-
ron. li. 1.
historiarũ
cap. 8.

Aurelianis, natalis S. Euortij Episcopi & confessoris.
Vico Nouegento, natalis S. Clodoaldi confessoris.
Eodem die, sanctæ Reginæ virginis.

VI. IDVS SEPTEMBRIS.

De Natiui-
tate B. Ma-
riæ vide Su-
riũ Tom. 5.
Luc. 1.

Natiuitas sanctæ Dei genitricis Mariæ, perpetuæ virginis, quam Spiritus sanctus custodiuit, & electam sanctificauit, ut ex vtero illius nasceretur homo Deus altissimus. Ad quam missus est Angelus Gabriel à Domino in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, cum esset desponsata viro Ioseph de domo Dauid. Et ingressus Angelus, euangelizauit & dixit ei: Ave gratia plena, Dominus tecum. Bene.

Benedicta tu inter mulieres. Ipsa autem ut vidit eum, mota est in introitu eius, & erat cogitans ut quid sic benedixisset eam. Et ait ei Angelus Domini: Nè timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Dominum. Et ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Quæ tanto nuncio clarificata, Spiritu sancto fecundata, ab illo, qui de ipsa carnem sumere dignatus est, præ hominibus sublimate, in æternum venerabitur benedicta. Cuius dormitione decimo octauo Calendarum Septembrium, omnis concelebrat Ecclesia. Cuius etsi sacrum corpus non inuenitur super terram, sicut nec beati Moyfi sepulcrum, quem sancta scriptura dicit à Domino sepultum: tamen pia mater Ecclesia, quæ suis obseruationibus integerrima fide fundata consistit, eius venerabilem memoriam sic festiuam agit, ut pro conditione carnis eam migrasse non dubitet. Quò autem venerabile Spiritus sancti templum illud, id est caro ipsius beatissime Virginis Maria, nutu diuino & consilio occultatum sit, plus eligit sobrietas Ecclesiæ cum pietate nescire, quam aliquid friuolum & apocryphum inde tenendo docere. Sufficiunt enim ei ad sanctitatem & vitam Virginis & matris Domini commendandam, Euangelistarum testimonia, nec de ea querere ultra necessarium putat.

Eodem die apud Nicomediam, natale sancti Adriani martyris cum alijs xxij. Maximianus cum grauissimo persequeretur Christianos, apud Antiochiam oblatus sunt ei quidam Christiani, fide ac religione insignissimi. Quos ille post veritatis confessionem extensos lignis & neruis crudis cædi iussit, ac deinde lapidibus ora ipsorum contundi, & linguas eorum præcidi. Hæc omnia cernens Adrianus, qui erat prior officij, dixit ad eos: Adiuro vos per Deum vestrum, pro quo hæc patimini, dicite mihi in veritate, quæ est remuneratio vestra, quam expectatis pro his tormentis? Videtur enim mihi magna & mirifica esse. Cui xxij. martyres dixerunt. Expectamus quod nec oculos vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, inenarrabile bonum, quod preparauit Deus his qui diligunt eum. Audiens hæc Adrianus, statim exilicus stetit in medio eorum, & dixit his qui gerebāt exceptoris officium: Annotate confessionem meam cum his sanctis & athletis Dei, quia & ego Christianus sum. Post non multum spatium cum audisset Maximianus nomen eius recitari inter nomina sanctorum martyrum, euocato ad se dixit ei: In sanis Adriane? Nunquid & tu vis tam male perire? Adrianus respondit: Non in sanio, sed de multa infamia ad sanam mentem reuertor. Cumque perseveranter quæ sunt fidei & veritatis prosequeretur, furor repletus Maximianus, iussit eum ferro vincum cum reliquis sanctis martyribus ad carcerem pertrahi. Erat autem iuuenis annorum viginti octo. Et facta celeriter currente, didicit vxor illius Natalia cuncta, quæ circa Adrianum martirum prouenerat. Et gaudio plena, quia erat mulier Christianissima, cucurrit ad carcerem, procidensque ad pedes viri sui, osculabatur vincula eius, dicens illi: Beatus es domine mi Adriane, quia inuenisti diuitias, quas tibi non dimiserunt parentes tui. Verè iam securus pergis ad Christum, bene recondes in ipso diuitias, quas inuenies in tempore necessitatis, ubi de poenis damnatorum neminem quisquam liberabit. Non pater filium, non mater filiam, non diuitiæ transeuntes, non illos seruatorum ambitio, & patrimonij amplitudo, ad extremum nec amicus amicum. Omnes enim tunc propria sarcina comitabitur. Tu domine mi tecum habens Christum, in quo omniatua reposuisti, perge fiducialiter, perge, ne timeas, ut percipias promissa ipsius. Non reuocet te vllus intuitus rerum velut umbra transeuntium, non affines, non parentum gemitus, non pulchritudo ipsa corporis tui, execratio seductorum, adulationes amicorum: non te terreat species tormentorum. Horum qui tecum sunt, martyrum constantiam & patientiam adspice, his solis intende. Hæc postquam gloriosissima femina profecuta est, singulorum martyrum vincula deosculans, Rogo vos, inquit, serui Christi, confortate hunc Adrianum beatissimis monitis, & lucrifacite animam eius in Christo. Vos sitis ei patres, per vos nascatur æternæ vitæ. Ad quam beatus Adrianus dixit: Perge nunc foror mea in domum tuam, & cum agnouero fieri interrogationem nostram, accersam te, ut videas finem rei. Post aliquot dies cum quæstio immineret, beatus Adrianus dato precio custodibus, & datis fidei iussoribus, perrexit ad domum suam vocare beatam Nataliam. Cumque pergeret, vidit eum, qui benè illum nouerat, & præcurrrens domum, nunciavit eum venire. Quod vxor audiens, primo non credit. Quis inquit, potuit eum absolueri de vinculis illis? Non mihi cõtingat ut absoluator, nequãdo separetur à sanctis illis. Et cum

S. Maria
in æternum
venerabitur
benedicta.

Deut. 34.

Huius mar-
tyrium hæ-
betur. T.
Sutij.

Esa. 64.
1. Cor. 2.

S. Adriani
cõuersio.

Vide for-
mine viri
lem ani-
mi, in cõ-
solando
maritum su-
um.

Adit Na-
talia vxor
rem suam
S. Adria-
nus.

puer

puer domesticus superueniens affirmaret eum dimissum, suspicata illa, quod tria
 tyrium refugisset, cōtristata sebat amarissimè. Et cum iam videre Adrianum inci-
 peret, proiecit quæ erant in manibus, & accurrès clausit ostium domus, clamans &
 dicens: Longè efficiatur à me hic qui corrui, & mentitus est Domino Deo suo.
 Non loquatur mihi, nec audiam linguam, quæ dolose egit in cōspectu factoris sui.
 Et conuersa dicit in eum: O sine Deo præ omnibus hominibus, quis te coegit ap-
 prehendere opus, quod non potuisti perficere? Quis te separauit à sanctis, aut qui-
 te seduxit, vt recederes à conuentu pacis vel repausationis? Dic mihi, quare in fu-
 gam conuersus es, antequàm fieret pugna? Quare proiecisti arma, antequàm vide-
 res hostem tibi repugnantem? Quomodò vulneratus es, necdum emissa sagitta?
 Quid faciam infelicissima, quæ coniuncta sum impio? Non est mihi concessum, vt
 vocarer vxor martyris, sed vt dicerer coniunx transgressoris. Ad horam fuit exul-
 tatio mea, & ecce per secula erit opprobrium meum. Cui beatus Adrianus pro fo-
 ribus stans dicebat: Aperi mihi soror mea Natalia, quia non sicut tu ætatis effu-
 gi martyrium. Veni autem propterea, quia instat tempus quæstionis nostræ, vt si-
 cut promissi præsens fias. At illa non credens, Vide, inquit, quomodò me seducit
 transgressor? Ecce quomodò mentitur alter Iudas? Recedat à me homo: nam an-
 tè me ipsam interficiam, quàm tibi societ. Cum quæ beatissimus martyr de zelo ty-
 pia coniugis lætus, sermonibus suis ei satisfaceret, & nisi citius aperiret, moras se-
 facere non posse assereret, tandem ei illa aperiens, prouoluit pedibus eius. Inde
 verò citius exeuntes, properabant ad confessionem, vt in numero coronatorum
 Adrianus inueniretur. Cum quæ adhuc essent in via, dixit beatus Adrianus: Soror
 mea dic, quomodo ordinasti substantiam tuam? Cui illa, Noli, inquit, domine mi,
 noli memorare quæ sunt mundi huius, ne attrahant animum tuum: auferantur
 ab animo tuo omnia corruptibilia, solummodò illa festina videre, quæ reposita
 sunt tibi & sanctis, cum quibus ambulas in via Dei. Completa itaque die vt produ-
 ceretur, exhibitum sunt beatissimi martyres in cōspectu Maximiani, putrefactis ita
 iam carnibus eorum præ acerbitate tormentorum, vt vermes de vlcerebus eorum
 scaturirent. Natalia verò applicans se beato Adriano, dicebat: Vide domine mi, vt
 solummodò ad Deum fiat mens tua, nec tuum cor in aliquo trepideret, dum videris
 tormenta tibi proposita. Labor quidē nunc modicus, sed in secula seculorū ater-
 na repausatio. Maximianus respiciens Adrianum ait: Adhuc tu permanes in infan-
 tia: Beatus martyr respondit: Pro hac amentia & infania paratus sum hanc vitam
 finire. Iratus post piā confessionem ipsius tyrannus, iussit eum tam crudeliter inui-
 cem sibi succedentibus flagellatoribus cædi, donec apertis costis viscera pateceret.
 Iterum constrictus ferro in carcerem mittitur. Et cum aliquibus diebus cum reli-
 quis sanctis Dei clausus ibi fuisset, tandem reductus, simul & cum eo alij, quos im-
 mensitas pœnarum penè absumperat, sistitur Maximiano. Quos ille iam vidēs, ir-
 reuocabiles, iussit vt vecte magno ferro constringerentur tibia ipsorum. Contra-
 ctis itaq; cruribus, ac pedibus incisis, in super beato Adriano manu incisa, orantes
 & gratias agentes Domino, emisserunt spiritum. Corpora eorum iussit tyrannus
 incendi. Sed subito factæ sunt coruscationes, tonitrua ac pluuia, & extinctus est
 ignis. Plurimi quæ de apparitoribus fulminibus percussis, pauci fuga vix euaserunt.
 Accurrentes interea Christiani, rapuerunt ex igne iam extincto reliquias marty-
 rum, & ascensis nauibus fugerunt, peruenerunt quæ Byzantium, & reuerenti ho-
 nore sepelierunt eas ibi. Non longo post tempore beati Adriani corpus Romam
 etiam translatum, honorabili quoq; templo exornatum est. Natalia verò ipsa de
 Nicomedia sanctorum martyrum amore Byzantium enauigans, post paucos dies
 aduentus sui, dormitionem accepit in Domino, & iuxta sanctorum corpora sepul-
 ta est Calendis Decembris. Passio horum martyrum sexto Idus Septembris.

Sāctissime
 admonitio
 nes Nata-
 liz.

S. Adrianus
 diriffimè
 flagellatur

Incisus mē-
 bris exce-
 dit è vita
 cum socijs.

Die 9.
 Decreta
 Sergij Pa-
 pæ.
 Deco Ado
 Vien. anno
 686. & Pō-
 tificale cap.
 86.
 De his mar-

V. IDVS SEPTEMBRIS.
 S. Ergij Papæ, qui sedit annos tredecim Romæ. Hic inuenit miræ magnitudinis
 sportionem ligni salutaris Dominicæ Crucis, in sacrario beati Petri. Hic statuit
 in tempore cōfractionis Dominici corporis, Agnus Dei, à clero & populo decan-
 tari, & constituit, vt in diebus Annunciationis Dominicæ, Dormitionis & Natiui-
 tatis S. Dei genitricis Mariæ, ac sancti Simeonis, quod hypanti Græcè dicitur, Lita-
 niæ exeant à sancto Adriano, & ad sanctam Mariam populus occurrat.
 Eodem die, passio beatorū martyrum Dorothæi & Gorgonij, apud Nicomediam,
 sub

SURIUS

9 ber
 Novem
 RVIII
 5

DE SANCTIS MENSIS SEPTEMBRIS

389

sub Diocletiano Imperatore. Horū prior Dorotheus magister in officijs quę intra palatium exhibebantur, habens secum officio, fide & magnanimitate parem Gorgonium. Quorum institutionibus optimis omnes penę cubiculi ministri in fide Dei vigilanter & liberę persisterant. Hi deniq; cū viderent quendam martyrem, crudelibus atq; in manibus supplicijs cruciari, constanter & liberę aiunt: Cur Imperator in hoc solo punis sententiā, quę in nobis omnibus viget? vt quid in illo crimen ducitur, quod ā nobis omnibus confitetur? Hęc nobis fides, hic cultus, & vnam eademq; sententiā. Quos ille cū in medium nihilominus venire iussisset, iussit eos appendi, & flagellis toto corpore laniari, & visceribus iam pelle nudatis iubentur aceto & sale perfundi. Cumq; etiam hoc tormenti genus constanter & fortiter tolerāssent, craticula prunis subterstrata, poni iubentur in medio, ibiq; quod reliquum fuerat in verberibus absumpti corporis superponi, & non ad subitum, sed sensim paulatimq; succendi. Ad vltimum laqueo appensos, iussit necari. Interiecto tempore beatus Gorgonius Romam transfertur, positusq; est venerabiliter via Latina inter duas lauros. Compleuerunt autem martyrium suum quinto Idus Septembris.

tyrib; Eusebius li. bro 8. c. 6. Vide Suri- um.

SS. marty- res suscipi- duntur.

In Sabinis miliaris ad vrbe tricesimo, natalis sanctorum Hyacinthi, Alexandri & Tiburtij.

III. IDVS SEPTEMBRIS.

A pud Africam, natalis sanctorum Episcoporum, Nemesiani, Felicis, Lucij. Item Felicis, Litei, Poliani, Victoris, Iaderis, & Darii, qui sub Decio & Valeriano exurgente persecutionis rabie, ad primam confessionis Christi constantiam grauius fustibus casti, & ad fodienda metalla deputati, gloriose confessionis agonem consummauerunt. Quorum etiam exemplum secuta multiplex plebis portio, cum eis confessa pariter est & coronata. Extat epistola beati Cypriani ad ipsos, & de ipsis scripta.

Die 10. Horū mar- tyrium ad longū habetur T. 5.

Epist. 25. lib. 3.

Romę, depositio S. Hilarij Papę.

Eodem die in Chalcedonia, natalis sanctorum Sosthenis & Victoris, qui, cū beata Euphemia sub Prisco consule pro Christi nomine decertaret, apertis sibi diuinitus oculis, viderunt circa illam Angelorum presidia, sanctorumq; virginum chorum. Atq; hoc viso ad Christum conuersi, ob insuperabilem fidei confessionē trusi in carcerem, & inde producti ad stipites religati sunt: quibus primū vr̄si, ac deinde ferocissimus leo, dimissi, cū in nullo eos laderent, misit pro consul ad deferendam cupam, in qua eos pariter concremaret. Illi verō interea incumbentes orationi, vocati de cęlo, datoq; sibi mutuo pacis osculo, spiritum emiserunt.

De eo Pō- tificale ca. 48. De his martyrib; habetur in vita S. Euphemig 16. Septēbr

III. IDVS SEPTEMBRIS.

R omę via Salaria veteri, in cōmeterio Basilie, natale sanctorum Prothi & Hyacinthi, qui erant eunuchi beatę Eugenię virginis, cum qua ab Heleno Episcopo baptizati, aliquanto tempore diuinis solū eruditionibus vacantes, in sancto proposito perstiterunt: atque in seruorum Dei monasterio mira humilitate conuersati sunt. Et hoc apud Aegyptum. Inde cum beatissima virgine Romam reuersi, sub Gallieno Imperatore, quod essent Christiani, comprehensi, coguntur sacrificare. Sed non consentientes dirisimē verberantur. Cumq; Deo fidem seruantes gauderent, pariter decollantur tertio Idus Septembris. Post hęc tenetur sancta Eugenię, & iubetur ā p̄fecto vr̄bis Nicetio, Dianę sacrificia exhibere. Quę stans ante templum extensis manibus fudit orationem. Qua orante, ita simulacrum Dianę comminutum est, vt sola pulueris eius indicia remanerent. Sed magicis artibus hoc reputantes, ingenti saxo circa scapulas eius constricto, Tyberi eam precipitem dederunt. Quo modō autem agonem passionis sue compleuerit, breuiter notatum est viij. Calendas Ianuarij.

Die 11. De his in gestis S. Eugenię 25. Decēbris.

* In Apulia, SS. felicis & Donati.

Lugduno Gallię, depositio S. Patientis Episcopi: & alibi sanctorum Felicis & Regulę.

De Patiente Surius To. 5. II. Septēbris. Die 12. Horū historiā adiccimus s. To. Suri;

PRIDIE SEPTEMBRIS.

A pud Ticinum vr̄bem, quę & Papię dicitur, natale sanctorum Syri & Euentij. Qui ā beato Hermagora Aquileiensi pontifice, discipulo sancti Marci Euangelistę, ad p̄fātam vr̄bem directi, primi illic Christi Euangelium p̄dicantes, & magnis virtutibus ac miraculis coruscantes, etiam vicinas vr̄bes, Veronensem

sci.

- * Item in Asia, SS. Diophili, Matronæ, & Teclæ virginis.
- * Lugduni, depositio sancti Sacerdotis Episcopi & confessoris.
- * Nicomedia, S. Ammonæ. In Sicilia ciuitate Cathanas, SS. Eupli & Serapionis.

IDIBVS SEPTEMBRIS

Die 13. De eo in passione S. Eugentis 25. Decembris.

A pud Aegyptum ciuitate Alexandria, natale beati Philippi Episcopi & martiris. Qui præfectus primùm fuit, deinde baptismi gratia sanctificatus, Episcopi dignitatem, suffragium ferentibus Christianis populis, assequitur. Et sub Volufiano & Gallieno Imperatoribus, dirigitur Perennius Præfectus Alexandriam. Cui imperatum est, vt Philippum occideret. Sed cum hoc implere non posset, quia omnis populus ciuitatis Philippo, veluti quibusdam vinculis amoris videbatur adstrictus, immisit quosdam in Ecclesiam, qui se fingerent Christianos. Quibus ingredientes, percusserunt cum in oratione constitutum. Sepultus modò est in Nitria basilica cõdigna martyri, supra corpus eius fabricata. Sedit autem in Episcopatu anno vno, mensibus tribus. Passus est Idibus Septembris.

De Amato & Maurilione Surius.

Item sancti Amati presbyteri, Abbatis monasterij S. Romerici. Qui miræ abstinentiæ, & anachoreticæ vitæ sedator, virtutum & miraculorum gratia illustrem conuersationem duxit. Item Andegauis, depositio sancti Maurilionis Episcopi & confessoris. Turonis, sancti Littorij Episcopi & confessoris.

XVIII. CALENDAS OCTOBRIS.

Die 14.

R omæ via Appia in cœmeterio Calixti, natale sancti Cornelij Papæ. Qui sub persecutione Decij cum presbyteris & diaconibus Centumcellis exilio deputatur. Ad quem confortandum multi Christianorum veniebant. Quo tempore beatus Cyprianus scripsit ei de Celerino lectore, quanta pro fide & confessione Christi sustinuerit. Decius Cæsar audito, quòd multi ei scriberent, & de beato Cypriano, iussit eum sibi exhiberi. Exhibitus Decio interroganti, cur à Cypriano contra Rempublicam literas accepisset, respondit: Ego de corona Domini literas accepi, non contra Rempublicam. Iratus Decius, iussit vt os eius cum plumbatis caderetur, deinde ad templum Martis, vt sacrificaret, duceretur. Quod si contempsisset, illic capite puniretur. Cumque duceretur, vnus ex militibus nomine Cerealis, rogare coepit beatum Papam, vt visitaret vxorem eius, quæ annis quinque paralytica iacebat. Ingressus autem domum eius, tenuit manum Salustie, & erexit eam, dicens: In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & sta super pedes tuos. Quæ protinus erexit se clamans & dicens: Verè Christus est Dei filius. Et dixit beato Cornelio: Baptiza me, per Christum te coniuro. Et currens impleuit vas aqua, & attulit ei. Tunc miserunt se omnes milites ad pedes eius, orantes se baptizari. Quos vt baptizauit, obtulit pro eis sacrificium laudis: & participati sunt omnes corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi. Audiens hæc Decius, mittens tenuit omnes eos, & iussit vt cum beato Cornelio ducerentur ad sacrificandum, & si nolent parere, capite plecterentur. Ducti autem foras muros portæ Appiæ, expuentes in templum, decollati sunt vnà cum beatissimo Papa numero viginti vnus. Sed & Cerealis cum vxore sua Salustia xvij. Calendas Octobris. Eadem verò nocte venit beata Lucina cum clericis & familia sua, & rapuit martyrum corpora, & sepeliuit ea in agro suo in crypta, in cœmeterio Calixti. Huius Beatæ Lucinæ rogatu idem beatus Cornelius corpora Apostolorum de Catacumba leuauit noctu, & posuit, Pauli quidem via Hostiensis, vbi decollatus est, Petri autem iuxta locum vbi crucifixus est, inter corpora sanctorum Episcoporum, in templo Apollinis, in monte aureo, in Vaticano Palatij Neroniani, iij. Calendas Iulias.

Epist. Inleditione Pauli 134. & Surius T. 5.

S. Cornelio Paralytica sanat.

Decollatur cum socijs.

Traslatio corporum Petri & Pauli.

S. Cyprianus in exilium mittitur. de eo vide Surius.

SURIUS

quod non

XVIII

5

tem multos regressus de exilio habitabat in hortis suis. Et cum illic moraretur, venerunt ad eum principes duo ex officio Proconsulis Galerij Maximi, qui Aspasio Paterno successerat, & leuantes eum in curriculo, duxerunt ad Proconsulem in locum, vbi pro reparanda sanitate debebat, collectusque ab adfessore officij, secessit in hospitium eius in vicum Saturni. Conuenit autem ad eum omnis populus fratrum. Quod cum comperisset beatissimus martyr, præcepit custodiri puellas, quæ aduenerant audire verbum Dei, quoniam ante ostium manebant Principis ob amorem martyris gloriosi. Altera die xvij. Calendas Octobris mane Galerius Maximus sanctum Cyprianum Episcopum offerri sibi præcepit, in atria securiolo. Cui inter alia cum dixisset Proconsul: Iusserunt te sacratissimi principes caremoniari. Sanctus Cyprianus dixit: Non faciam. Maximus Proconsul dixit: Consule tibi. Sanctus Cyprianus dixit: Fac quod tibi præceptum est: nam in re tam iusta nulla est consultatio. Maximus Proconsul dixit: Diu sacrilega merte vixisti, & nefarios tuæ conspirationis homines aggregasti, & inimicum te dijs Romanis & sacris religionibus constituisti, nec te ipij Imperatores ad sectam caremoniarum suarum euocare potuerunt: cum sis nequissimi criminis author & signifer depræhensus, eris ipse documento his, quos scelere tuo tecum aggregasti, vt sanguinis tui fatientur disciplina. Et his dictis, decretum ex tabella recitauit: Tascium Cyprianum gladio animaduerti placet. Sanctus Cyprianus hoc audiens dixit: Deo gratias ago. Et cum duceretur, populus fratrum plangens dicebat: Et nos cum eo decollemur. Et ita perductus gloriosus martyr post prætorium in agrum Sexti, exiit se lacerna & birro, & complicans posuit ad genua sua, dehinc dalmaticam tulit, & diaconibus tradidit, & stans in linea, sustinebat spiculatorem, cui & xxv. aureos dari præcepit. Fratres verò stentes, linteamina & oraria ante eum ponebant, ne sanctus cruor defluens absorberetur à terra. Qui cum lacinias manuales sibi ligare non potuisset, Iulianus presbyter & Iulianus subdiaconus ipsi ligauerunt. Ipse autem sibi manu propria oculos texit, & genua in terra posuit, orationemque ad Dominum fudit, & sic gladio percussus migravit. Corpus eius propter gentilium curiositatem in proximo collocatum est. Sed ne à gentilibus tolleretur, nocte adueniente ex eodem loco, vbi positum fuerat, sublatum est. Et inde cum cereis & scholaribus, in area cuiusdam Candidi procuratoris, in via Mappaliensi iuxta piscinas, cum magno triumpho sepultum est. Post multa verò curricula annorum, gloriosissimo Carolo Francis imperante, contigit, legationem Francorum ferentes illustres ac sapientia circumspectos legatos transitum per Africam fecisse. Hi cum Carthaginem dirutam, & loca venerabilia sanctorum martyrum reuerentes à Rege Persarum Aaron, qui excepta India totum penè tenebat Orientem, vidissent, facile sibi conciliato Principe, ac fauorem in re tali præstante, pro magno munere rogauerunt, vt ossa beati Cypriani eis ferenda permitteret. Quod illè non magni ducens, postulata concessit, vt quæ pio Imperatori, cuius gratiam omnium, qui in toto terrarum orbe erant, Regum amicitia præponeret, ipsi ea ferrent, libenter assensit. Cumque venerabiles legati ingentia dona, martyrum scilicet reliquias ferentes (nam & beati Sperati martyris membra, qui vnus fuit ex illis duodecim præclarissimis martyribus Scillitanis, caput etiam martyris gloriosi Pantaleonis secum cum beatis ossibus Cypriani habebant) reuenterentur, prosperis vsi velis, tandem peruenerunt Arelaten. Vbi sacra martyrum membra signata interim relinquentes, legationem suam Imperatori renunciare festinarunt: & inter alia de sanctorum reliquijs ab Africa deportatis eius animum attollunt. Vnde ille plurimum latus, eas tam diu apud Arelaten digna veneratione seruare iussit, donec ipse magno aliquo opere in regno suo templum conderet, vbi tam preciosum pignus ingenti cultu & ornatu reponeret. Sed emergentibus causis dum opus tardius constituitur, occasionem nactus Leidradus venerabilis Lugdunensis Episcopus, Imperatorem rogauit, ad ciuitatem suam deferre beata ossa martyrum ei licere. Annuit Imperator. Et is dum ocyus votum suum pius perficit, cum honore infra ciuitatem Lugduni deportata sunt. Ibi que in maiori ecclesia beati Iohannis Baptistæ ac sancti martyris Stephani, ad defensionem ciuium, Deo id misericorditer operante, sanctus Episcopus reliquias gloriosorum martyrum in prædicta ecclesia post venerabile altare decentissima sepultura recodidit, ac posteris ciuibus suis profuturas honorabiliter commendauit. Sed post, interposito tempore, regnante glorio-

Dana tur
capitali
supplicio.

Corpus eius
cū magno
triumpho
sepelitur.

Primo A-
relaten, de-
inde Lug-
dunū trans-
fertur.

debita veneratione excolitur, gladio animaduerti fecit.

Eodem die, depositio beatissimi Apri Tullensis Episcopi & confessoris.

XVI. CALENDAS OCTOBRIS.

A pud ciuitatem Chalcedoniā, natale sanctæ Euphemie virginis. Quæ martyri-
zata est sub Diocletiano Imperatore, Proconsule autem Prisco, in eadem ci-
uitate. Quæ deferente iniquissimo Apelliano, cum alijs quadraginta nouem, tra-
dita est Proconsuli Prisco. Cui priscus dixit. Honora te ipsam, & generis tui digni-
tatem nē amittas, & immola deo Marti. Beata Euphemia eius iniquam suasionem
contemnens, pectus suam signaculo Crucis muniens, imperterrita stetit. Priscus
iratus vt eam superare posset, post tormenta & carceres, etiam verbera & argumen-
ta rotarum, ignes, & pondera lapidum angularium, bestias, & plagas virgarum, se-
cures & sarragines igneas ei adhibuit: ad vltimum in theatrum duci & leones ac
bestias ei laxari iussit. Tunc beata virgo fundens orationem ad Dominum, dixit:
Tu Domine notus omnibus, qui te inuocant fide pura & integra, suscipe animam
ancillæ tuę. Et sicut suscepisti sacrificium patris nostri Abrabæ, ita suscipere digne.
ris sacrificium humilitatis meę, quod tibi ob confessionem laudis tuæ immolatur.
Tunc vna solum modo de bestijs accurrens, morsum sancto corpori eius infixit: &
ita immaculatum spiritum virgo Domino reddidit. Veniens autem mater eius
Theodora, & Philophron pater eius, curatum corpus ipsius sepelierunt, quasi mil-
le passus à ciuitate Chalcedonia. Completum est autem martyrium eius, decimo.
sexto Calendas Octobris.

Eodem die, Romæ, natalis sanctorum Lucie & Geminiani, Imperatore Diocle-
tiano, ludicibus Abofrasio & Megalio. Manserat autem beata Lucia in viduitate
annos triginta sex. Totius autem vitæ eius fuerunt anni septuaginta quinque. Quæ
accusata à filio suo Euprepio, quod Christiana esset, iussit eā Diocletianus Impera-
tor sibi adduci, & dixit ei: Audio quia reum illum Crucifixum cõfiteris, & deos no-
stros derides. Nunc ergo si parata es viuere, parati sunt dii omnipotentes, vt eis of-
feras thura, vt possint tibi esse propitij, & viuas. Sancta Lucia respõdit: Nec sibi sunt
propitij, nec cultoribus suis, nam mihi propitiabitur Dominus meus Iesus Chri-
stus, pro cuius amore parata sum ignem, vincula, & quas volueris pœnas sufferre.
Audiens Diocletianus constantiam fidei eius, iussit eam trahi ad carcerem, vbi con-
solationem diuinam promeruit. Reducta autem iterum ante Diocletianum sedē
tem pro tribunali, extensa est gloriosa foemina, & fustibus diuissime verberata. Et
ecce terramotus subito factus est, & templum Iouis ita subrutum, vt nec lapis su-
per lapidem ædificij remanserit. Diocletianus autem ollam æream adduci fecit, eā
que pice & plumbō iussit impleri, & in circuitu ligna aggregari, & succendi, sanctam
que Luciam infra ollam demergi: vbi sancta Dei psallens, triduo vixit. Mittens ve-
ro Diocletianus, qui renunciaret ei si tota iam in cineres esset resoluta, is qui mis-
sus fuerat, intimauit rediens Imperatori, quod absque vlla læsione sana viueret.
Tunc impius tanto miraculo nullo modo ad credendum Christo incitatus, iussit
vt onerata ferro & plumbo, per ciuitatis plateas duceretur. Peruenit autem ante do-
mum hominis præpotentis, nomine Geminiani, in cuius domo dæmonum innu-
mera simulacra erant. Dumque sancta Lucia domum ipsam pertransisset, subitò
columba alba velut nix descendit de celo, & super caput Geminiani, tertio figurās
Crucem, resedit. Geminianus respiciens, vidit sibi patere cælum, & statim ar-
ripens cursum, peruenit ad locum, vbi iam sancta Dei torquebatur. Et proster-
nens se pedibus eius, cœpit narrare quod viderat, & baptismi lauacrum ex petere.
Reducta est igitur beata Lucia in carcerem. Erat verò quidam sacerdos, & Ge-
minianum, qui fontem salutis requirebat, baptizaret. Qui cum euigilasset, festi-
nus abiit, & beatum virum aqua salutari lauit. Post diem tertium exhibita est san-
cta Lucia Diocletiano, & cum ipsa Geminianus, de quo iam Imperator audierat.
Quos ille pœnis grauissime afflictos, diuque tortos, tradidit cuidam peruersissimo
iudici, vt quod decrat pœnarum, ipse suppleret. Qui primò iussit ceruices eorum
fustibus cõtundi, & mox terremoto facto, camera domus iudiciariæ cecidit, & iudi-
cem impium oppressit. Deinde sancti martyres exhibiti sunt Abofrasio, sub quo &
septuaginta quinque martyrium impleuere, qui visis miraculis, quæ circa sanctos
suos Dominus operabatur, crediderant. Hic iudex impiissimus, post sanctorum

Die 16.
Huius vita
integraba-
betur s. To-
mo Surijs.

Gen. 21.
Morsu leo-
nis suffoca-
tur.

S. Lucia à
filio suo ac-
cusatur.

Fustibus ce-
ditur.

Ille s. ma-
ner in ter-
uenti plu-
bo.

Geminia-
nus conuer-
titur.

Baptizatur

75. marty-
res occidit-
tur.

horum martyrum necem, ob equum eius à diabolo incitatum, de lapideo ponte precipitatus in flumen est. Corpus eius postea nullo loco reperitum. Deinde beata Lucia & sanctus Geminianus, à Megalio viro consulari ardati, post laudabilem victoriam martyrij, gladio animaduersi sunt sextodecimo Calendas Octobris. Quorum corpora rapuit quaedam mulier Christiana, nomine Maxima, & vt de cuius martyres sepeliuit.

Die 7. XV. CALENDAS OCTOBRIIS

IN Britannijs, sanctorum Socratis & Stephani. Niueduno, natalis sanctorum martyrum Valeriani, Macrini, & Gordiani. Roma, in crypta arenaria, sanctorum martyrum Narcisci & Crescentionis.

Item Romæ via Tyburtina, ad sanctum Laurentium, natale beati Iustini presbyteri, quem beatus Sixtus ordinauit. Ad quem beatus Laurentius in vico Patricij in crypta Nepotiana nocte venit, vt thesauros sibi à sancto Sixto commendatos pariter erogaret. Cui & dixit: Comple votum meum, vt lauentur pedes sanctorum & vestri per manus meas. Beatus Iustinus respondit: Hoc Dominicum preceptum est: Fiat voluntas Domini nostri Iesu Christi. Et posita pelue misit aquam, & lauit omnium virorum pedes. Veniens autem ad beatum Iustinum, cepit primo osculari pedes eius & lauare. Et vbi lauit omnium pedes, commendauit se beato Iustino. Hic eiusdem martyris corpus honorifice sepeliuit in prædio Cytiacæ viduæ. Quam idem martyr facto signo Crucis, & posito super caput eius linteum, de quo extenderat sanctorum pedes, ab infirmitatibus capitis sanauit. Hic sanctum Hippolytum & Concordiam, Hireneum, Abundium, Cyrillam filiam Decij Cæsaris, martyres & alios plurimos sepulturis condidit. Et persecutione Decij, Gallieni, & Volusiani, confessionis gloria insignissimus fuit.

Tungrensi diocesi, in Leodio villa publica, natalis sancti Lamberti Episcopi. Qui dum regiam domum zelo religionis accensus increpasset, cum rediens orationi incumberet, ab iniquissimis viris de palatio regio missis, improuise conclusus intra domum ecclesiæ, occiditur. Cuius sepulcrum creberrimis miraculis illustratur, ac mors eius nihilominus preciosa in conspectu Domini commendatur.

XIII. CALENDAS OCTOBRIIS.

Natalis sancti Methodij, Olympi Lyciæ, & postea Tyri Episcopi, qui sub Diocletiano in Chalcide Græciæ martyrio coronatus est.

Viennæ, natale sancti Ferreoli. Qui persecutionis tempore, cum esset Tribunitia preestatis, iussu impiissimi præsidis tētus, primo crudelissime verberatus, dein graui catenarum onustus pōdere, in teterimū carcerem trusus est. Vnde solutis Dei nutu vinculis, & ianuis patefactis carceris, aggerem publicum ingressus, vsq; ad larem fluium peruenit. Vbi denuo tentus, vincis post tergum manibus ad territorium vsque Briuatense perductus est, atque ibi martyrij palmam capitis obruncatione percepit. Corpus eius cum capite beati Iuliani ad urbem Viennensium relatum est, & condigno cultu in basilica conditum, quam Castulus, vir præcipui nominis de primoribus vrbis Viennensis, adhuc cathecumenus, in honore eiusdem martyris condiderat, tanto opere, quanta & fide, in ripam vltiorem Rhodani.

XIII. CALENDAS OCTOBRIIS.

IN Neapoli Campania, natale sanctorum Ianuarij, Beneuentanæ ciuitatis Episcopi, cum Sosio diacono Mesanaræ ciuitatis, & diacono suo Felto, & lectore suo Desiderio. Qui post vincula & carceres capite cæsi sunt in ciuitate Puteolana, sub Diocletiano principe, iudice Dracontio. Qui cum ducerentur ad mortem, viderunt inter alios Proculum, Puteolanæ ciuitatis diaconum, & duos laicos Eutychem & Acutum, & interrogauerunt quare iusti iuberentur occidi. Quos iudex vt vidit Christianos, iussit decollari cum illis. Sic omnes septem pariter sunt decollati cum illis. Tulerunt autem corpora Christiani. Neapolitani Ianuarium posuerunt iuxta ciuitatem in basilica: Mesanates, Sosium equè in Basilica: Puteolani, Proculum, Eutychem & Acutum, iuxta basilicam sancti Stephani: Festum verò & Desiderium Beneuentani collegerunt.

Eodem die in Palæstina, natalis sanctorum martyrum Pelei & Nili Episcoporum, qui persecutione Diocletiani cum plurimis clericis pro Christo igni consumpti sunt. Apud Nuceriam, natalis sanctorum martyrum Felicis & Constantiæ, qui sub Nerone passi sunt.

SURIUS

g. v. r.
v. o. l. l. e. r.
RVIII
5

decollatur SS. Geminianus & Lucia.

de his tribus martyribus vide gesta S. Laurentij 10 Augusti.

de Liberto vide Surius 17. Septemb.

Die 18. Hieron. de viris illust. cap. 93. Sidonij A. poll. de eo li. 7. ca. 1. & Surius T. 5.

Die 19. De Ianuario habetur in passione Sossij 21. Septemb.

Euseb. li. 8. Eccle. hist. c. 22. & 25.

DE SANCTIS MENSIS SEPTEMBRIS.

393

In territorio Mingoica civitatis, sancti * Sigonis presbyteri.
* Treuiris, depositio Meletij Episcopi.

kal. Sequai

XII. CALENDAS OCTOBRIS.

IN Cyzico, natale sanctorum Faustae virginis & Euilafij, sub Maximiano Imperatore. Quam idem Euilafius, cum esset primus Palatii, iussit decaluari & radi ad turpitudinem, dein suspēdi ac torqueri. Quo tempore coruscatio de caelis multos ministrorum percussit. Dein iussit loculos afferri, & eam immisam ac fixam quasi lignum secari mediam. Sed nō eam carnifices ferris suis laedere valebant. Inter quae stupens Euilafius, Christo credere coepit. Et hoc ubi Imperatori nunciatū est, misit praefectum, qui eum suspensum fortiter torqueret. Qui etiam iussit Faustā nudā, & sine Mauorte educi de carcere, & ei caput terebrari, ac clavis infigi. Cui postmodū non solum caput & facies, sed pectus ac totum corpus, vsque ad tibias clavis imple tum est. Post hoc, sartagine iussit igniri, sed haec, illa pfallente, refriguit. Inter haec veniens vox de caelo, vocauit eos, & sic tradiderunt spiritum. Erat autem Faustā an norum tredecim Euilafius octoginta.

Die 20.
de Faust. &
Euil. 6. Fe
bruarij. To
mo 1. Surijs.

* Roma, natalis sanctorum martyrum, Eustachij, Agapiti, Theopisti atq; Philistae.

XI. CALENDAS OCTOBRIS.

IN Aethiopia, natale beati Matthaei Apostoli & Euangelistae, qui primum in Iudaea Euangelium Christi Hebraeo sermone conscripsit. Post verò apud Aethiopiae praedicans, martyrium passus est. Euangelium Hebraeo stylo scriptū, ipso reuelante, tempore Zenonis Imperatoris inuentum est. Idem autem Matthaeus in Euangelio Leui appellatur.

Die 21.
Euag. Mat
thaei Hebra
icē scriptū
De eo vide
Surius.
Mat. 2.
Luc. 5.

Eodem die, passio sancti Alexandri Episcopi, sub Antonino Imperatore.

X. CALENDAS OCTOBRIS.

IN Gallijs civitate Seduno, loco Agauno, natale sanctorum martyrum Thebae, Mauritij, Exuperij, Candidi, Victoris, Innocentij, Vitalis cum socijs suis, qui sub Maximiano passi pro Christo gloriosissime coronati sunt. Ut igitur beatissimi max passionis eorum causam breuiter loquamur, sub Maximiano, qui Romanae Reipublicae cum Diocletiano collega imperium tenuit, per diuersas fere prouincias laniati sunt atq; interfecti martyrum populi. Idem nanque Maximianus erga Dominum caeli profanus impietatem suam ad extinguendum Christianitatis nomen armauerat. Si qui tunc veri Dei cultum profiteri audebant, sparsis vsque quaerque militum turbis, vel ad supplicia, vel ad necem rapiabantur. Erat eodem tempore in exercitu Legio militum, qui Thebaei appellabantur. Legio autem vocabatur tunc, quae sex millia, ac sexcentos sexaginta sex viros in armis habebat. Hi in auxilium Maximiano ab orientalibus partibus accessit venerant. Viri in rebus bellicis strenui, virtute nobiles, sed fide nobiliores: erga Imperatorem fortitudine, erga Christū deuotione certabant. Itaque cum hi sicut & ceteri milites, ad dilanandam Christianorum multitudinem destinaretur, soli crudelitatis ministerium detrectare ausi sunt: atq; huiusmodi praecipiti se obtemperaturos negant. Maximianus non longe aberat: nam se circa Octodurum itinere fessus tenebat. Igitur cognito Thebaeorum responso, praecipiti ira feruidus, ob neglecta imperia decimum quaeque ex eadē Legione gladio feriri iubet, quo facilius ceteri rebus certis terri, metu cederēt. Redintegratis mandatis edicit, vt reliqui in persecutionē Christianorum cogantur. Vbi verò ad Thebaeos denunciatio iterata peruenit, cognitumq; ab eis est, iniungi sibi rursus executiones profanas, vociferatio passim ac tumultus in castris exoritur affirmantium, nunquam se vlli in haec tam sacrilega ministeria cessuros. His deinde cōperts Maximianus, omni bellua cruentior, rursus ad ingenij sequitiam redit, atq; imperat, vt iterum decimus eorum neci detur: ceteri nihilominus ad haec quae spernerēt compellerentur. Quibus iussis denuo in castris perlatis, segregatus est atq; percussus, qui decimus sorte obuenerat. Reliqua verò se militum multitudine mutuo sermone instigabat, vt in tā praclaro ordine persisteret. Incitamentum rāmen maximū fidei penes sanctum Mauritium fuit primicerium Legionis eius, qui cum Exuperio, (vt exercitus appellat) campiductore, & Candido senatore militum accedebat exhortando singulos & monendo, fidelium commilitonum etiam martyrum exempla ingerens. His itaq; primorum suorum auctoritatibus animati beatissimi viri, Maximiano adhuc infania estuanti madata mittunt, sicut pia, ita & fortia: Milites, inquit, sumus Imperator tui: sed tamē serui, quod liberè cō-

Die 22.
De his ha
betur To. 5
Surijs. Se
ptimo.

Legio quae
fit.

decimusq;
que ex The
baeis truci
datur.

strum de
cimo quae
praeditur.

SS. Thebo
fite.

rum ad Im-
peratorem
respondiam.

fitemur, Dei. Tibi militiā debemus, illi innocentiam. A te stipendium laboris acci-
pimus, ab illo vitæ exordiū sumpsimus. Sequi Imperatorē in hoc nequaquam pos-
sumus, vt authorē negemus Deum: vtiquē authorē nostrum, Dominum, ac autho-
rem, velis nolis, tuū. Si non ad tam funesta cōpellimur, vt hunc offēdamus, tibi, vt
fecimus hactenus, adhuc parebimus. Sin aliter, ipsi parebimus potius, quam tibi. Of-
ferimus nostras in quēlibet hostem manus, quas sanguine innocentium cruentare
nefas ducimus. Dextera ipsæ pugnare aduersus impios & inimicos sciunt, laniare
pios & ciues nesciunt. Meminimus nos pro ciuibus potius, quam aduersus ciues ar-
ma sumpsisse. Pugnauius semper pro iustitia, pro pietate, pro innocentium salute.
Hæc fuerunt hactenus precia periculorum. Pugnauius pro fide, quā quoquo pa-
cto conseruemus tibi, si hanc Deo nostro nō exhibemus. Iurauimus primum in sa-
cramēta diuina, iurauimus indē in sacramēta regia Nihil nobis de secundis credas
necesse est, si prima perumpimus. Christianos ad pœnā per nos requiri iubes, iā tibi

Gloriosa
martyrū
cōstantia.

ex hoc alij requirēdi non sunt. Habes nos hic cōfiterentes Deum Patrem authorem
omnium, & filium eius Iesum Christum Dominum credimus. Vidimus laborum
periculorumq; nostrorum socios, nobis quoq; eorum sanguine adpersis, trucidari
ferro, & sanctissimorum cōmilitonum mortes, & fratrum funera non fleuimus,
nō doluimus, sed potius laudauimus, & gaudio persecuti sumus, quia digni habitū
essent pati pro Domino Deo eorum. Non nos vel hæc vltimæ vitæ necessitas in re-
bellionē cogit. Non nos aduersum te, Imperator, armauit ipsa saltē, quæ fortissima
est in periculis, desperatio. Tenemus ecce arma, & non resistimus: quia mori quā
occidere satis malumus, & innocētes interire, quā noxij viuere præoptamus. Si
quid in nos vltra statueris, si quid adhuc iusseris, si quid admoueris, ignem, tormē-
ta, ferrum, subire parati sumus. Christianos nos fitemur: persequi Christianos nos
non possumus. Cū hæc talia Maximianus audisset, obstinatosq; in fide Christi cerne-
rer animos virorū, dēspers gloriosam eorū constantiā posse reuocare, vna sentē-
tia interfici omnes decreuit, & rem confici circumfusus militū agminibus iubet. Qui
cū missi ad beatissimā legionē venissent, stringūt in sanctos impiū ferrum, mori nō
recufantes vitæ amore. Cædebantur itaq; passim gladijs, non reclamantes saltē, aut
repugnantes, sed & depositis armis ceruices persecutoribus præbentes, & iugulum
vel intectū corpus offerrentes. Victor autē martyr nec Legionis eiusdem fuit, nec
miles, sed emerita iā militia veteranus. Hic cū iter agens subitō incidisset in hos,
qui passim epulabantur læti martyrum spolijs, atq; ab his ad conuiscendam inui-
tatus, prolata ab exultantibus per ordinem causam cognouisset, detestatus cōui-
uas & conuiuium, refugiebat. Requirentibusque ne & ipse forsitan Christianus es-
set, Christianum se, & semper futurum esse respondit. Ac statim ab irruentibus in-
terfectus, cæteris martyr:bus sicut morte, etiam honore coniunctus est. Quid dein-
dē circa Maximianum Tyrannum sit consecutum, breui colligere placuit. Cū off-
positis insidijs genero suo Cōstantino mortem moliretur, deprehenso dolo, apud
Massiliam captus est. Nec multo post strangulatus, terribimoque supplicio affectus
impiam vitam digna morte finiuit. At verò beatissimorum martyrum corpora
post multos passionis annos sancto Theodoro Episcopo reuelantur, & in eorum
honorem basilica honestè componitur. Sed & post longum temporis tractum bea-
ti Innocentij martyris membra Rhodanus reuelauit. Quæ non ideo à sinu terræ
protulit, vt in gurgutis sui procellam demergeret, sed vt cæteris martyr:bus sepul-
tura venerabiliter sociaretur.

egēdurat
vni om-
nes reli-
qui mar-
tyres.

Capite S.
Victor mi-
les trunca-
tur.

Maximia-
ni interi-
tus.

IX. CALENDAS OCTOBRIS.

Die 23.
De Sosis su-
pra memi-
nim' 19. Se-
ptemb.

A Pud Puteolos, natale sancti Sosis diaconi Mesanata ciuitatis in Campania.
Qui cum esset annorum triginta, martyrium cum beato Ianuario Benenenti
Episcopo, capitis decollatione suscepit, tempore Diocletiani Imperatoris. Is cum
tempore quodam Euangelium legeret in ecclesia Mesanata ciuitatis, presente E-
piscopo Ianuario, (frequenter enim cum pro sanctitate & prudentia eius uisitare
consueuerat) vidit subito idem Episcopus de capite eius flammam exurgere, quam
nemo alius vidit: pronunciauit eum martyrem futurum. Et post non multos
dies idem diaconus tentus, & in carcerem missus est. Ad quem visitandum eum ve-
nisset Episcopus cum diacono Festo, & Lectore suo Desiderio, & ipse cum eis si-
mul tentus, ac pariter omnes cum alijs tribus occisi sunt.

De Thecla,

Eodem die in Iconio, natale sanctæ Theclæ virginis, apud Seleuciam quiescen-
tis.

SURIUS

gter
Nomen
RVIII
5

tis: quæ de eadem ciuitate Iconio à beato Paulo Apostolo instructa est. Quam mater eius cernens Christianam, & nuptum repudiare, malentem Christo sponso adherere, quàm corruptioni carnis subiaccere: pergens ad iudicem, accusauit virginem, filiam suam esse Christianam dicens, viuâ eam, vt cæteræ mulieres terrerentur, debere ardere. Quâ sibi cum iussisset iudex adduci, & propositum castitatis eius didicisset, rogum fecit parari, vt illâ incenderet. Rapta igitur ab apparitoribus, vt in focu iactaretur, sponte pyram ascendit, & signo Crucis facto, virili animo inter medias flammâs sterit. Subitoq; facta inundatione pluuiarum, ignis extinctus est, & beata virgo illâsa virtute superna erigitur. Iterum cum ieiunijs, vigilijs & orationibus vacaret, à quodam viro potente comprehensa, perducta est ad Præsidentem, quod se Christianam diceret. Quam isdem Proconsul interrogans, si verè esset quod accusabatur: respondit, omnino Christianam se esse. Quam continuo Præsides ad bestias damnauit. Interim tamen quò subrigeretur, commendatur cuidam nobili foemina, quæ propinqua Cæsaris erat, nomine Triphena. Sequenti diè producta sunt bestia de caueis: sistitur beata Thecla in arenis medijs, stupente populo, quod eam bestia minimè tangerent. Reducitur beata Thecla ad domum Triphena, vt in crastinum iterum feris obijceretur. Quam ministri cum de domo repeterent, Triphena doloris plena sequitur eam vsque ad spectaculum, vbi clamor vulgi & tumultus erat immensus, beatam Theclam spectantium. Nudata verò beata virgine, dimituntur ei leones pariter & vrsi. Sed nulla ferarum eam lædere præsumpsit. Deinde in fossam aqua plenam, vbi serpentes adunati & collecti fuerant, à furentibus populis cum vrgeretur, signo Crucis munita insiluit: sed nec ab eis villo pacto læsa. Iterum atrociores bestia parantur: sed villo modo tangere eam non sunt permissa. Verum nec adhuc sibi crudelitas modum ponit. Alligatur duobus tauris ferocissimis, ferro candente stimulis, vt eam discerperent. Qui funibus diruptis, vagabundi huc illucq; discurrunt, ac martyrem nullum malum passam relinquunt. Accersitam denique Proconsul eam requirit, quæ aut vndè esset, quia nulla bestiarum eam lædere potuisset. Beata Thecla respondit, Dei viui tantum sum ancilla. Territus autem Proconsul, quod tantæ virtutis esset, induta ea vestibus, edixit sententiam: Theclam, inquit, pietatis ac Dei cultricem relaxo. Dimissa verò, reuersa est in domum Triphena, vbi requieuit paucis diebus, docens Triphenam & domum eius in fide Domini nostri Iesu Christi. Inde egressa, venit Seleuciam, ibiq; exemplo & conuersatione vitæ, atque etiam doctrina plurimos erudiens, post multa certamina duplicis coronæ, virginitatis & martyrij, requieuit in pace.

Ambrosius de Virginitibus, libro 2. Vita de Suriu.

Nihil leditur ab igne.

Nec à bestijs & serpentibus.

Nec à tauris.

Obdormit in Domino.

De his cõsule Pontificale.

* Item passio sanctarum virginum Dignæ & Emeritæ.

* Romæ, depositio S. Liberij Papæ.

* Item passio Lini, eiusdem vrbs Episcopi.

VIII. CALENDAS OCTOBRIS.

Conceptio S. Iohannis Baptistæ Domini. Et in Augustoduno, natalis S. Andochij presbyteri, Thyrsi diaconi & Felicis. Qui à sancto Polycarpo Episcopo ab Oriente directi ad docendam Galliam, sub Aureliano principe sunt gloriosissimè coronati. Siquidem flagellis cæsi, in vltimo, tota die inuersis manibus suspensi, & in ignem missi, sed non combusti. Tandem vestibus colla feriuntur, atq; ita martyrium suum gloriosissimè compleuerunt octauo Calendas Octobris.

VII. CALENDAS OCTOBRIS.

Natalis beati Cleopha, qui vnus fuit de septuaginta duobus Christi discipulis. Cui post resurrectionem Dominus eunti cum alio cõdiscipulo in castellum nomine Emaus, quod Nicopolis nunc dicitur, apparuit. Quem tradunt in eadem vrbe, in eademq; domo, in qua mensam quasi peregrino, Domino præparauerat, pro confessione illius, quem ibi ipse cognouerat, à Iudæis occisum, & gloriosa memoria etiam sepultam.

Lugduni, sancti Lupi Episcopi ex anachorita.

Ambianis, sancti Firmini Episcopi & martyris.

* Item natalis sancti Quadrati, Apostolorum discipuli, qui in locum beati Pauli Athenarum Episcopi substituitur, & Ecclesiam grandi terrore dispersam, fide & industria sua congregabat. Qui vnâ cum filiabus Philippi in prophetia gratia celeberrimus fuit.

Die 24.

S. Andochij cum socijs vris pœnis interimitur.

Die 25.

Lucæ 24.

De Quadrato Hieron. de v. r. illust. cap. 29.

Die 26.
Pontif. c.
32.

Roma via Appia in cœmetrio Calixti, depositio sancti Eusebij Episcopi & confessoris.

* Et in Albano, natale sancti Senatoris.

* In Sardina, natalis sancti Luxurij.

* Auernis, depositio sancti Apollinarij Episcopi.

De hoc Cy-
priano an-
tiocheno
Surius T. 5.
ex Meta-
ph.

Itē natale sanctorum martyrum Cypriani Episcopi, & Iustina. Qui passi sunt sub Diocletiano Imperatore, Iudice Eutolmio. Iustina pater erat Dulsus apud ciuitatem Antiochiam. Qui viam religionis à diacono nomine Proelio audiens, baptizati sunt à sancto Episcopo Optato. Virgo autem Iustina Domino seruans, frequentabat ecclesiam. Hanc Agladius scholasticus videns, exarsit ob amorem eius. Et cum nullo modo posset pertingere ad illam, rogauit Cyprianum magum, pretium pollicens, vt arte sua dæmones inuocaret, quo eam in amorem eius excitare posset. Cyprianus autem magus vocatis dæmonibus, coepit agere vt virginem Christi ei adducerent. Qui semel, bis & tertio venientes ad beatam Iustinam, nihil apud illam suis deceptionibus valuerunt: sed signo Crucis repulsi, victi recesserunt. Cyprianus verò cum illorum virtutem aduersus virginem haudquaquam valuisse videret, dicit ad Diabolum: Dic mihi, Quem admodum victi estis à virgine Iustina? Cui diabolus: Dicere tibi non possumus, nisi prius iures mihi. Cumque Cyprianus illi iurasset, ait diabolus: Vidi signum Crucifixi, & extrinui. Cyprianus dixit: Ergo crucifixus maior te est? Dicit ei diabolus: Etiam maior enim est omnibus. Quod audiens Cyprianus, contemnens virtutem diaboli, & currens venit ad Episcopum Antimum, ceciditque ad pedes eius, rogans vt doceret eum, & baptismo Christi consignaret. Beatus autem Episcopus gratias agens Deo, catechizauit eum. Et reuertens Cyprianus in domum suam, omnia idola confregit. Tunc rediens ad ecclesiam, diligenter salutis verbum auferuntare coepit. Hora deinde residens, qua catechumeni foras mittebantur, in ecclesia, monitus est à diacono, vt cum reliquis catechumenis egrederetur. Conuersus verò ad diaconum, dicit ei: Seruus factus sum Christi, & foras me mittis: Dicit ei diaconus: Factus es perfectus seruus Dei: Cyprianus dixit: Viuit mihi Christus, qui dæmones confudit, & mihi miserus est, quia non exeo hinc, nisi perfectus fuero seruus Christi. Diaconus verò Antimo Episcopo hæc renunciauit: qui secundum ordinem instructum baptizauit eum, & non multo post etiam diaconum ordinauit. Qui doctrina & moribus plusquam dici possit excrescens, miraculorū gratia præclarissime floruit. Verum non multo interiecto tempore, factus est Episcopus, sanctamque Iustinam matrem virginum constituit. Quorum virtutem non ferens diabolus, per satellites suos apud Eurolmium comitem Orientis egit, vt comprehenderetur Cyprianus Episcopus, & virgo Christi Iustina. Cuius ante conspectum vinculis ligati, cum fuissent adducti, comes dixit ad Beatum Cyprianum: Tu es Cyprianus doctor Christianorum, qui per maleficia multos errare fecisti? Beatus Cyprianus dixit: Aliquando in perditione dæmonum positus, multos luxuriosos feci sed saluauit me Deus per virginem Iustinam, dum eam per dæmonia tentare velle, quæ illa fide Christi armata per omnia contempsit. Comes iniquus iussit sanctum Episcopum post hæc suspendi, & exungulari: beatam verò Iustinam post alapas, crudis neruis immaniter cedi, deinde sanctum Episcopum in carcere recludi, & sanctam virginem in domo cuiusdam matronæ custodiri. Qui post aliquot dies in sui præsentiam reductos, in sartagine ferrea iussit torreri, picem, adipem, & ceram de super ministris infudentibus. Et cum ibi laudem omnipotenti Deo dicerent, Athanasius sacerdos idolorum postulauit comitem, dicens: Iubeat claritas tua, & in nomine deorum vincam virtutem Christianorum. Et cum appropinquasset ad sartagine, erupit flamma, & consumpsit illum. Comes acceptis tot miraculis, quæ Christus in seruis suis operabatur, scripsit Imperatori, quid super eis iuberet. Qui rescripsit, vt dirigerentur Nicomediam, & ibi gladio ferirentur. Perducti igitur ad locum sunt decollationis, & vidit eos quidem Christianus Theognitus, & accurrens oscularus est Cyprianum. Quod cernens Seruius cognatus Regis iratus egit, vt cum sanctis Cypriano & Iustina Theognitus decollaretur. Et iacuerunt corpora sanctorum proiecta feris sex diebus insepulta. Quidam autem naute Christiani nocte rapuerunt ea, & nauigantes deportauerunt ad urbem Romam.

Et

SURIUS

quod
notetur

RVIII

5

Couersio
Cypriani
magi.

Cyprianus
baptiza-
tur, & fit
diaconus.

Fit Episcopus.

SS. Cypri-
anus & Iu-
stina gra-
uiter tor-
quentur.

Sancti gla-
dio cædan-
tur.

Et matrona venerabilis Rufina reuerenter excipiens illa, sepeliuit in pradio suo.
Passi sunt autem sexto Calendas Octobris.

V. CALENDIS OCTOBRIS.

IN Cæsarea Cappadociae, sancti Eleutherij.

* In Tharso Ciliciae, sanctorum Tharachij presbyteri & Andronici.
Apud Aegeam ciuitatem, natale sanctorum martyrum Cosmae & Damiani, persecutione Diocletiani, sub Praeside Lyfia. Hi venerabili matre Theodora geniti, sacris literis eruditi, professione Christiani, arte medici, virtutibus erant clarissimi. Horum religionem audiens praesides Lyfias, misit apparitores, qui eos adducerent. Quos adspiciens interrogauit, ex qua prouincia, aut quae essent eorum nomina. Beatus Cosmas & Damianus responderunt ei: Ex Arabia sumus. Nomina nostra Cosmas & Damianus, Christiani sumus, sunt nobis & alij fratres Antimus, Leontius, Euprepus. Quos misso officio iussit sibi Praesides illico praesentari, & coepit agere ut sacrificarent. Et cum nulla ratione fundatos animos eorum supra petram Christum mouere posset, manibus & pedibus uinctos, iussit eos fortiter torqueri, deinde sicut erant concatenati, in mare mergi. Quibus statim Angelus Domini affuit, & diruptis uinculis, è pelago liberauit. Hoc uidentes milites renunciauerunt Praesidi. Ille mox eis ad se reductis: Docere, inquit, me maleficia uestra, & ego se. quae uos, communicans operibus uestris. Sancti uero responderunt: Christiani sumus, maleficia nescimus, & in Christi nomine maleficiozum uirtutem contemnimus. Recepti sunt, iubente Praeside, in carcerem. Et sequenti die Proconsul sedes pro tribunali, fecit copiosum ignem parari, & beatos martyres de carcere productos in medio iactari. Sed orantibus sanctis, ignis uirtutem suam amisit. Stupefactus Praesides, & quae circa martyres Dei prouenerant, magicis artibus designans, suspendi ac torqueri eos iterum iubet. Sed cum grato & hilari uultu superiores tormentis persisterent, paratis crucibus impius Proconsul gloriosos martyres suspendi, atque extrahi, ac lapidibus in cruce leuatos persequi iubet. Sed cum iactus lapidum in iacentes retorquerentur, Praesides furore succensus, sagittis eos aggredi iussit, ut saltem leuiori uolatu ferrum eis infingeretur. Verum cum nec in aliquo sanctos lesissent, plurimi mittentium ac circumstantium uulneribus earum defecerunt. Cernens itaque Praesides malitiam suam uirtute diuina superari, gladio animaduerti illos iubet. Martyrizati autem sunt beati Cosmas & Damianus, Antimus, Leontius & Euprepus xxvij. die mensis Septembris. Quorum corpora religiosi uiri sepeli erunt in loco venerabili, non longe à ciuitate Aegea. Duorum autem fratrum Cosmae & Damiani memoriam Roma etiam, templo preclaro opere nomini eorum aedificato, solenniter agit.

* Eodem die, S. Florentini martyris.

III. CALENDAS OCTOBRIS.

IN Hispanijs ciuitate Corduba, natale sanctorum Faustij, Ianuarij, & Martialis. Qui primo ecclae poena cruciati, deinde rasis supercilij, & auribus ac naribus praecisis, dentibus quoque superioribus euulsis deturpati, ad ultimum ignis passionem martyrium consummauerunt.

* Roma natalis sancti Staetij.

* Genua ciuitate, depositio Salonij Episcopi. In monasterio Fuldensi, sancta Lioba uirginis.

* Item sancti Venceslai martyris & Ducis.

III. CALENDAS OCTOBRIS.

IN monte Gargano, venerabilis memoria beati Archangeli Michaelis, ubi ipsius consecrata nomini habetur ecclesia, uili facta schemate, sed caelesti praedita uirtute. Vertice siquidem montis excelsi posita, de corpore eiusdem saxi, speluncae instar, praecauata ostenditur. Est autem locus in Campaniae sinibus, ubi inter sinum Adriaticum & montem Garganum ciuitas Sipontus posita est, qui à moenibus ciuitatis duodecim milibus perreclusus, in cacumine suo supremo hanc toto orbe uenerandam gestat ecclesiam. Quae hoc modo mortalibus cognita est. Quidam uir praedives nomine Garganus, qui ex euentu suo monti uocabulum indidit, infinita pecorum multitudine pollebat. Contigit autem taurum armenti gregis confortia spernentem, singulariter incedere solitum, & ad extremum redeunte pecore domum non reuerti. Quem dominus per daeuia quaeque, requirens, inuenit tandem

in uer.

Die 27.

De his apud Surius Tom. 5.

In mare proiecti, ab Angelo liberantur Cosmas & Damianus.

Nihil uirtutis ab igne.

Ceduntur gladio.

Die 28.

De his S. Eulogius presbyter.

De Lioba & Venceslao Surius To. 5.

Die 29.

Vide Surius de Michaeli Tom. 5.

in vertice montis foribus cuiusdam assistere spelunca: quem cum sagitta appetisset, illa velut flamine venti retorta, eum à quo iactata est, mox reuera percussit. Turbari ciues & stupefacti, qualiter res fuerit effecta (non enim accedere propius audebant) consulunt Episcopum, quid facto opus sit. Qui indicto ieiunio triduanum, à Deo monuit esse quarendum. Quo peracto, sanctus Michael Angelus apparuit Episcopo per visionem, dicens: Ego sum Michael Archangelus, qui in conspectu Dei semper assisto: ipsius loci esse me custodem, atque omnium qua ibi geruntur inspectorem, hoc volui indicio probare. His reuelatione compertis, consuetudinem fecerunt ciues, hic Deum precibus, sanctumque intercessorem postulare Michaellem. Duas quidem ianuas ibi cernentes, quarum Australis, quæ & maior erat, aliquot gradibus in occasum vergentibus adiri poterat. Sed nec ultra cryptam intrare ausi, præ foribus quotidie orationi vacabant. Interea Neapolitane Beneuentanos bello laceessere tentant. Qui Antistitis sui monitis edocti, triduanum ieiunium agunt: Et ecce nocte ipsa, quæ belli præcedebat diem, idem in visione sanctus Michael apparet Antistiti, preces dixit eorum exauditas, spondit victoriam, seque eis affuturum. Quod mox veritas facti demonstravit. Domumque victores reuersi, vota Domino gratiarum ad templum festinant referre, videntque manè iuxta ianuam septentrionalem, instar posterulæ pusillæ, quasi hominis vestigia marmoris arctius impressa, agnoscuntque beatum Michaellem presentie suæ signum voluisse monstrare: Vbi postea culmine apposito, & altari imposito, ipsa ecclesia ob signa vestigiorum Apodania est vocata. Et postmodum collatione facta Sipontini, ad Orientem loci illius, B. Petri Apostolorum Principis nomine condunt ecclesiam. Iterum Romano Pontifice & Sipontino Episcopo de consecratione loci ipsius querentibus, ac propterea triduanum ieiunium cum ciuibus suis celebrantibus, nocte ieiunij suprema sanctus Michael Episcopo Sipontino per visionem apparet, monuit vt intrarent ecclesiam, quam ipse dicauit, & Missas iuxta morem ibi agerent. Meum, inquit, erit ostendere, quomodo per memetipsum locum consecrauerim. Adueniunt mane cum oblationibus, & magna instantia precū intrant Regiam Australem. Et ecce longa porticus in Aquilonem porrecta, atque illam attingens posterulam, extra quam vestigia marmoris diximus impressa. Sed priusquam huc venirent, apparet ad Orientem basilica prægrandis, qua per gradus afficitur. Hac cum ipsa porticu sua quingentos ferè homines capere videbatur, altare venerandum, rubroque coopertum palliolo, prope medium parietis meridiani ostendens. Erat autem ipsa domus angulosa, non in morem operis humani parietibus erectis, sed istar spelunca præruptis, & sapius eminentibus asperata scopulis. Culmine quoque petroso diuersæ altitudinis, quod hic vertice tagi, alibi manu vix possit attingi: Credo, docente Archangelo, Dominum non ornatum lapidum sed cordis querere & diligere puritatem. Nullus autem huc nocturno est tempore ausus ingredi: sed aurora transacta, matutinis ibidem cantant hymnos. Ex ipso autem saxo, quo sacra contegitur aedes, ad Aquilonem altaris, dulcis & nimium lucida guttatim aqua dilabatur, quam incolæ stillam vocant. Ob hoc & vitreum vas eiusdem receptui preparatum. Denique nonnulli post longas febrium flammæ, hac hausta stilla, celeri confestim refrigerio potiuntur salutis. Innumeris quoque & alijs mor dis sibi & crebro sanantur ægroti, & multa, Angelica tantum illic potestate, gerimira racula comprobantur. Sed non multo post Romæ venerabilis etiam Bonifacius Pontifex ecclesiam sancti Michaelis nomine constructam dedicauit, in summitate Circi cryptatim miro opere altissime porrectam. Vnde & idem locus in summitate sua continens ecclesiam, Inter nubes situs vocatur.

Eodem die Antisiodoro, sancti Fraternalis Episcopi.

PRIDIE CALENDAS OCTOBRIS.

Dic 30.

Horii martyrii.

IN Gallijs castro Solodoro, quod est super Arulam, passio sanctorum martyrum Victoris & Ursi, ex gloriosa legione Thebæorum. Qui cum illuc furorem Maximiani tyranni declinantes secessissent, ipsius iussu tenti, ab Hyrtaco excecuto primò diris supplicij excruciat: sed cælesti super eos lumine coruscante, ruentibus in terram ministris, erepti, deinde in ignem missi sunt. Veniente autem mox pluvia vehementi, extincta pira in nullo penitus læsi, nouissime gladio consummati sunt. Equibus sanctus Victor ad urbem Ianuensium translatus, miraculorum gloria & veneratione fidelium celebratur.

* In

SURIUS

g. ver
10. 10. 10.

RVII

5

S. Michaelis suffragij Beneuentani ab hostibus liberatur.

Iussu Angelico Missæ celebrantur.

Deus non ornatum lapidum, sed cordis que rit puritatem.

Ecclesia sancti Michaelis Romæ extruitur.

^b In Placentina ciuitate, sancti Antonini confessoris.

^{*} In Mediolano, translatio sancti Victoris martyris.

Item apud Berhleem Iudæ, depositio sancti Hieronymi presbyteri. Hic natus in oppido Stridonis, quod Dalmatiæ quondam Pannoniæque confinium fuit, patre Eusebio, vestem Christi puer Romæ suscepit, ibique literis Græcis ac Latinis apprime eruditus est. Postquam autem omne mûdanarum studium literarum adeptus est, probatissimorum quoque monachorum habitum factumque imitatus est, Romanæ Ecclesiæ presbyter postmodum ordinatus. Dumque per triennium continuum charus acceptusque populis veneretur, omniumque iudicio dignus esse summo sacerdotio decerneretur, quidam ex clericorum monachorumque ordinibus, pro petulantia, proque ingluuie discursantes, ad effugandum vrbe Hieronymum, qui vtrorunque eorum scribens vitium depræhenderat, insidias parauerunt. Verum ipse propter calorom regna, domum, parentes, sorores, cognatos, Romam egressus, dereliquit, & Hierosolymam militaturus Deo pergens, primò ad Gregorium Nazanzenum, tunc Constantinopolitanæ vrbis Episcopum, supplex docilisque discipulus accessit, vt sanctarum scripturarum studijs erudiretur. Indè in Syriam perrexit, in possessione Euagrii presbyteri aliquantulum commoratus. Ad deserta deinde loca ita latus accinctusque accessit, vt volâsse eum magis, quam meâsse crederes. Quadriennium itaque in illa vasta solitudine, quæ exusta solis ardoribus horridum monachis præstat habitaculum, exegit: Indeque ad Bethleem oppidum remcauit, vbi prudens animal ad præsepe Domini se obrulit permanfurum. Bibliothecam sanè suam, quam sibi summo studio ipse condidit, omniumque librorum orationes, quas penè memoriter retinebat, iterum relegens, diem ieiunij ducebat ad vesperam. Plures ad eum religioforum, quibus vita eius fama comperta est, protinus confluerunt, bonumque doctorem, paruo adhuc sub tugurio, boni obseruare discipuli. Nec multò post cellulas ibi ob discipulorum suorum copiam, & propter frequentiam aduentantium, ad Bethleemiticam porram, quæ ad Occidentem conspicit, & egredientibus ad Septentrionem videtur, paruulum habitationis locellum cõstruxit. Quibus verò nisibus, quantisve laboribus Hebraicam linguam atque Chaldaicam literasque Hebræas didicerit, verbis eius edicam. Dum essem, inquit, iuuenis, & solitudinis me deserta vallarent, inuentia vitiorum, ardoremque natura ferre non poteram. Quam cum crebris ieiunij frangerem, mens tamen cogitationibus æstuebat. Ad quas edomandas cuidam fratri, qui ex Hebræis crediderat, me in disciplinam dedi: vt post Quintiliani acumina, & Ciceronis fluuium, grauitatemque Frontonis, & lenitatem Plinij, alphabetum discerem, ac stridentia, anhelantiaque verba meditarer. Quid ibi laboris sumperim, quid sustinuerim difficultatis, quoties desperauerim, quoties cessauerim, & contentione discendi rursus inceperim, testis est consciëntia mea. Armatus itaque fide, gratiamque Christi adeptus, Hebræorum volumina, quæ in Canone cõtinentur, de Hebræo in Latinam linguam vertit, eaque penè omnia commentatus est. Vt ergò opera eius valdè vtiliter confecta breuiter commemoremus, scripsit vitam Pauli Monachi. Epistolarum ad diuersos librum vnum. Ad Heliodorum exhortatoriam. Altercationem Luciferiani & Orthodoxi. Chronicon omnimodæ historiæ. In Hieremiam & Ezechielè Homilias xxvij, quas de Græco in Latinum vertit. De Seraphin, de Osanna, de frugi & luxurioso filio, de tribus quæstionibus legis veteris. Homilias in Cantica Canticorum duas. Aduersus Heluidium de Mariæ virginitate perpetua. Ad Eustochiũ de Virginitate seruanda. Ad Marcellam Epistolarum librum vnum. Consolatoriam de morte filia ad Paulam. In Epistolam Pauli ad Galatas commentariorum libros tres: Ad Ephesios libros tres: In Epistolam ad Titum librum vnum: In Epistolam ad Philemonem librum vnum. In Ecclesiasten commentarios quæstionum Hebraicarum. In Genesin librum vnum. De locis librum vnum. Hebraicorum nominum librum vnum. De Spiritu sancto Dydimi, quem in Latinum transtulit, librum vnum. In Lucam Homilias xxxvij. In Psalmos à decimo vsque ad sextum. decimum tractatus septem. Captiuum monachum. Vitam beati Hylarionis. Nouum testamentum Græcæ fidei reddidit. Epistolarum autem ad Paulam & Eustochium incertus est numerus. Sexdecim Prophetarũ volumina, quatuor & septuaginta libris editis, commentatus est. Inter has itaque numerosas operis sui paginas;

Deco vide Sauri T. 5.

Relinquit omnia sua propter Christum. S. Hieronymus.

Vide sãti patris lōga ieiunia.

Epist. 120.

Epi st. 4. ad Rufinum.

Libros Canonis, de Hebræo in Latinum fermonè trãfert.

Catalogus librorum eius.

400 MARTYROLOG. ADONIS ARCHIEP. TREVIR.
 nas, centum & trigintaquinque; virorum illustrium Ecclesiasticorum scriptorum fides, à passione Christi vsque ad quartum decimum Theodosij Imperatoris annum ordine digessit. Itē cōtra Iovinianū libros duos. Apologeticū ad Pammachiū. In Mattheum commentariū libr. quatuor. Enchiridion in Psalteriū. Aduersus Vigilantium, contraq; Pelagium luculentissima volumina edidit. De mansionibus quoq; filiorū Israel, & alia quāplurima ad ædificationem Ecclesiæ catholica pietate composuit. Tanta denique lassitudine fatigatus est, vt etiam in stratu suo iacens, funiculo trabe suspensio supinus apprehensus, erigeretur, vt scilicet officium monasterij prout poterat, exhiberet. Tandem post perfectam placitamq; Deo conuersationem, nonagesimo nono ætatis anno, apud Berhlecē oppidum in pace quieuit, pridie Calendas Octobris, duodecimo Honorij Imperatoris anno. Libros suos per quinquaginta & sex annos confecit.

Feliciter
 obit.

OCTOBER HABET DIES XXXI.
 LVNAM VERO TRIGESIMAM.

CALENDIS OCTOBRIS.

SURIUS

q. d. d. d.
 10. 11. 12.
 RVIII
 5

Die 1.
 De eo Surius
 Tom. 3.

Huius vitæ
 integrā habet
 Surius
 3. Iulij, Tomo. 4.

Prædicat
 Britanis verā
 & orthodoxā fidē
 S. Germani

Cæcā illum
 illuminat.

Ignis non
 vitit hospitium
 eius.

Diuinitus
 curatur ab
 infirmitate.

Virtus
 vocalis alleluia



REVIRIS, sancti Nicetij Episcopi & confessoris.
 In ciuitate Tomis, natalis sanctorum Prisci, Crescentij & Euagrii.
 Apud Antisiodorum, natalis sancti Germani Episcopi, qui multis virtutibus, doctrina, & continentia clarus extitit. Qui ad cōfirmandam fidem gratiæ cælestis, Britannias venire, iudicio omnium Gallicanorum Antistitum cōpulsus est, adiūcto sibi beato Lupo Trecafenæ ciuitatis Episcopo. Siquidem hæresis Pelagiana fidem Britannorum fœda peste commaculauerat. Dum per medium sinum, quod à Gallico Britannias vsque tenditur, secundis flatibus ferretur, subito inimica vis ventorum concitauit procellas, cælum diemq; nox nubium subduxit, & casu ipse pontifex fractus corpore, lassitudine ac sopore resolutus, naue iacebat. Tum beatus Lupus omnesq; turbati, excitant seniore. Qui confestim Christum inuocat, & in nomine sanctæ Trinitatis leuis aquæ adspergine fluctus sæuientes opprimit, ac tranquillam serenitatem reddit. Decursis verò spatijs pelagi, optati litoris sacerdotes Dei quiete potiuntur, ac mox Britannorum insulam, opinione, prædicatione, virtutibusq; impleuerunt, ita vt passim & fideles catholici firmarentur, & deprauati viam correcti onis agnoscerent. Interea quidam tribunitiæ potestatis filiam decem annorum cecam sacerdotibus curandam offert. Nec mora, beatus Germanus inuocato Domino, adherentem lateri suo capsulam cum sanctorum reliquijs collo auillam manibus comprehendit, eamq; in conspectu omnium puellæ oculis applicuit, quæ statim lumen recepit. Beatus præterea vir dum aliquandiu vno loco infirmitatis necessitate teneretur, in vicina qua manebat casula exarsit incendium: sed hospitium sancti viri expauescens flamma, haudquaquam ausa tangere trāsiliuit, & inter globos flammanis incendij incolume tabernaculum, quod habitator inclusus seruabat, emicuit. Et cū idem ipse nihil remedij debilitati suæ pateretur adhiberi, quadam nocte candentem niueis vestibus vidit sibi adesse personam: Quæ manu extensa, iacentem videbatur attollere, eumq; consistere firmis vestigijs imperabat. Post horam ita fugatis doloribus recepit pristinam sanitatem. vt die reddito itineris laborem subiret intrepidus. Sed & bellum Saxonum, Pictonumq; aduersus Britones eo tempore iunctis viribus susceptum, diuina virtute retēditur, cū Germanus ipse dux belli factus, non tubæ clangore, sed clamore Alleluia, totius exercitus voce ad sydera leuata, hostem immanem in fugam conuertit. Composita vero insula, reditum moliantur pontifices, sitq; vt tranquilla nauigatione suorum desiderijs felix carina eos restitueret. nec multo interposito tempore, nūciatur ex eadem insula, Pelagianam p̄ueritatem iteratō paucis authoribus dilatarī. Rursusq; ad beatissimum virum preces sacerdotum omnium deferuntur, vt causam Dei, quod prius obtinuerat tutaretur. Quotum petitioni festinus obtemperat: Nanque adiūcto sibi Seucro, totius sanctitatis viro, (qui erat discipulus beatissimi patris

patris Lupi Trecafenorū Episcopi, & tunc Treuiris ordinatus Episcopus, gentibus primæ Germania verbum prædicabat) mare conscendit, & consentientibus elemētis, tranquillo nauigio Britannias perit. Expulsisque prauitatis authoribus, cōpositisq; omnibus, beati sacerdotes ea qua venerant prosperitate redierunt. Porro Germanus post hæc ad Rauennam pro pace Armoricanæ gentis supplicaturus aduenit ibiq; à Valeriano & Placidia matre ipsius summa reuerentia susceptus, post aliquot dies migravit ad Christum. Cuius corpus honorifico agmine, comitantibus virtutum operibus, suam deferretur ad urbem.

Rhemis ciuitate, sancti Remigij Episcopi & confessoris, viri præclarissimæ virtutis & sanctitatis. Hic gentem Francorum, idolorum culturis deditam, conuertit ad Christum, Rege ipsorum sacro fonte baptismatis & sacramentis fidei prius initiato. Septuaginta & eo amplius in Episcopatu annos expleuit. Hic inter cætera facta, puellam à morte corporis suscitauit.

* Eodem die, sanctorum Vedasti Episcopi, & Bauonis confessoris.

VI. NONAS OCTOBRIS.

A Pud Nicomediam, natalis sancti Eleutherij martyris, sub Diocletiano. Cuius tempore contigit aliquam partem palatij incendio conflagrari. Hoc Imperator à Christianis factū falsa suspitione præsumpsit. Ex quo inextimabili furore succensus, iubet omnes Christianos aceruatim collectos, alios quidem gladio obrutari, alios ignibus conflagrari. Horū primus & qui omnes hortaretur pro Christo fortiter animas ponere, erat Eleutherius. Denique cum assistentes ministri rogarēt singulos, si forte sacrificari vellent dimitti, tam viri quàm mulieres, ne interrogari se quidem patiebantur, sed vltro vel flammis irruere, vel cadentibus gladijs certam obiectare ceruices. Cumq; iā illis ipsis spectatoribus nimietas crudelitatis horresceret, ministri scelerum partem populi nauiculis iniectam, in mediū pelagus abducunt, ibique in sententia fidei persistentes, præcipitant in profundum. Intantum verò rabies crudelitatis apud eos exarsit, vt regios pueros martyres effectos, cum secundum humanitatis ordinem fuissent sepulturæ mandati, effodrent denuò, & corpora eorum proijcerent in mare dicentes: Ne forte efficiantur dij Christianorū. Verum beatus Eleutherius, immanissimis tormentis diu excruciat, cum ipse per singula tormenta validior redderetur martyrium victoriæ suæ, ignibus velut aurum examinatus compleuit. Cuius reliquias furtim Christiani auferentes, Nicomediæ sepultura venerabili reposuerunt.

Eodem die sancti Eusebij Papæ, qui sedit in Episcopatu annos septem, sepultus via Appia, in cœmeterio Calixti. Sub huius tempore inuenta est Crux Dominico. ftri Iesu Christi quinto Nonas Maij. Hic hæreticos inuentos in Vrbe manus impositione reconciliauit.

In Gallijs villa Siricinio Atrebatensis territorij, passio sancti Leodegarij Augustodunensis Episcopi, quem varijs iniurijs & diuersis supplicijs pro veritate afflictū. Ebroinus maior domus regiæ interfecit. Cuius sacrum corpus in diocesi Pictauiorū translatum, in monasterio beati Maxentij honorificè est humatum.

V. NONIS OCTOBRIS.

N Atalis sancti Dionysij Arcopagite, qui ab Apostolo Paulo instructus credidit Christo: & primus apud Athenas ab eodem Apostolo Episcopus est ordinatus. Et sub Adriano principe, post clarissimā confessionem fidei, post grauissima tormentorum genera, glorioso martyrio coronatur, vt Aristides Atheniensis, vir fidei sapiētiaq; mirabilis, testis est in eo opere quod de Christiana religione composuit. Hoc opus apud Athenienses summo genere colitur, & inter antiquorum monumenta clarissimum tenetur, vt peritiores Græcorum affirmant.

Apud antiquos Saxones, natalis sanctorum Evvaldorum, duorum presbyterorum, qui cum sancto Villibrordo Episcopo venientes in Germaniam, transierunt ad Saxones, & cum prædicarent ibi Christum, comprehensi à paganis occisi sunt. Ad quorum corpora noctu multa diū lux apparet, vbi essent, & cuius essent meriti, declarauit.

In Antiochia, S. Theugenij. In Africa, Victoris, Urbani, Sapargi, Et alibi, Felicis, Auponi & Casti.

III. NONAS OCTOBRIS.

A Pud Corinthum, natalis sanctorum Crispi & Caij, quorum meminit Apostolus, dicens se apud Corinthios eos baptizasse. Cuius Caij meminit idem Apostolus.

Iterū Britanias perit ad extirpandam Paganam sectam.

Obit Remigij.

de S. Remigio 13. Ianu. & 1. Octob.

de Vedasto T. 1. 6. Feb. Bauone T. 5. Suriij. Die 2.

De his omnibus 1. 8. Eccle. hist. cap. 5. & 6.

de Eusebio Papa supra meminit. 26. Septem.

de Leodegario. T. 6. Suriij. 2. Octob.

Die 1. for. Traiano. A. G. 17. De Dionysio, infra 7. Idus Octo.

De his vide Suriij T. 5.

Die 4. Act. 19. 1. Cor. 1.

SURIUS

q. 10
1011
RVIII
5

402 MARTYROLOG. ADONIS ARCHIEP. TREVIR.
Rom. 16. stolus ad Romanos, Salutat vos inquiens, Caius hospes meus. Cui etiam beatus Iohannes Apostolus scribit epistolam: Senior Caio charissimo, quem ego diligo in veritate.

D. his hist.
Ecclesi. ca.
8 & 9. lib.
8. Euseb.

Apud Aegyptum, natalis sanctorum martyrum, Marci & Marciani fratrum, & cum eis innumerabilium aliorum, non in ferioris gloriae, tam virorum quam foeminarum. Sed & pueri & senes, pro fide Domini nostri Iesu Christi, praesentem vitam parvipendentes, futurae gloriae beatitudinem quaesierunt. Quidam, ex ipsis post verbera, post ungulas, post flagella, aliosque diversi generis cruciatus, flammis traditi sunt, alij in mare praecipitati. Nonnulli inedia consumpti: nonnulli etiam capite casso, ita ut sponte ceruices suas securibus darent: Alij patibulis affixi, ex quibus nonnulli capite deorsum verso, ac pedibus in sublime sublati, passionis beatissimam coronam promeruerunt.

* Antifiodori, Marci presbyteri & confessoris. Item Aureae virginis.

III. NONAS OCTOBRIS.

Die 5.
Placidi pas.
sio habetur
Tomo 5.

Apud Siciliam, natalis sanctorum Placidi, Eutychie, & aliorum triginta. In Gallijs ciuitate Valentia, sancti Apollinaris Episcopi, cuius & vita virtutibus insignis fuit, & mors nihilominus signis ac prodigijs decoratur.

Euseb. eccl.
hist. lib. 5.
cap. 23.

Apud Eumeniam, beati Thraseae Episcopi apud Smynam martyrio consummati, qui vnus ex antiquis, quasi ex traditione priorum se accepisse asseruit, Saluatorem praecipisse Apostolis suis, ut ante duodecimum annum ab Hierosolymis ne discederent.

Antifiodoro, depositio sancti Firmati diaconi, & Flauianae virginis.

PRIDIE NONAS OCTOBRIS.

Die 6.

Apud Capuam, natalis sanctorum Marcelli, Catti, Aemilij, & Saturnini. In Gallijs ciuitate Agenno, natalis sanctae Fidis virginis & martyris, cuius exemplo beatus Caprasius ad agonem martyrii animatus est.

de Fide. 10.
Octob. 7.

Eodem die, beati Sagaris martyris, & Episcopi Laodicensis, qui vnus fuit de antiquis S. Pauli Apostoli discipulis.

Antifiodoro, depositio sancti Romani, eiusdem ciuitatis Episcopi & martyris.

NONAS OCTOBRIS.

Die 7.
Petrif. c. 35.

Roma via Appia, natalis sancti Marci Papae & confessoris, qui sedit in Episcopatui annos duos, menses octo, dies viginti. Sepultus in coemeterio Balbinae, via Ardeatina, vbi viuens ecclesiam extruxit. Hic constituit ut Episcopus Ostiae, qui consecrat Episcopos Vrbis, pallio vteretur.

de Lino 23.
Septembis.

Eodem die, Lini Papae & martyris.

* In Capua Campaniae, Quarti & Marcellini.

Horii martyrium T.
5. Surii haec eadem die.

* Bituricas ciuitate, sancti Augusti presbyteri & confessoris.

Item natale sanctorum martyrum Sergij & Bacchi, sub Maximiano Imperatore. Cuius honoribus sublimati, in palatio eius clari habebantur. Nam Sergius erat Primicerius, Bacchus vero Secundicerius scholae gentilium. A quibus facta ergo apud Imperatorem accusati, quod essent Christiani, vocati sunt ab Imperatore, ut sacrificantes Ioui de sacrificijs oblati cum eo degustarent. Ingressus Imperator templum, gustauit de sacrificijs, & circumspectus non vidit Sergium & Bacchum. neque enim ingressi fuerant templum. Mittens igitur milites de adstantibus sibi Imperator, iussit eos introduci. Quibus & dixit: Ut video, facti estis deorum inimici. Accedite ad ara Iouis magni, & sacrificate, ac de sacrificijs eius sicut & ceteri manducate. Responderunt beati Sergius & Bacchus: Habemus Regem verum aeternum in caelis, Iesum Christum filium Dei. Huic per singulos dies offerimus sanctum viuumque sacrificium, atque rationabilem culturam. Lapidem autem & ligna non adoramus. Imperator tunc indignatus, iussit ex utroque chlamyde indui eos muliebri colobio, & per mediam ad palatium pertrahi, catenis in ceruicibus positis. Et cum peruenissent ad palatium dixit eis Imperator: Sceleratissimi, scitis quia quem colitis Christum, fabri filius fuit, & antequam nuptiae legitime fierent, de adulterio facta mater eum procreauit? Cui milites Christi responderunt: Erras Imperator, nam quem colimus, Deus verus est, & vita aeterna, qui fecit caelum & terram & quae in eis sunt. Amplius igitur veris prosecutionibus eorum iratus Maximianus, iussit eos Antiocho duci tradi, ut constringeret eos in cippo. Et facta mane sedit in pratorio. Et adducti sunt ante illum Sergius & Bacchus. Et cum nec blanditijs, nec minis eos a proposito incur.

curuare posset, beatum quidem Sergium iterum iussit in custodia recipi: Bacchum vero extensum, neruis crudis tam diu cædi, quousque cædentes lassæ deficerent. Et vicissim succedentibus sibi cæsoribus, martyr gloriosus in confessione Christi totus corpore discissus emisit spiritum, & relicto corpore a uibus & feris, abiit Antiochus. At Christiani furtim venientes tulerunt corpus martyris, & in spelunca quadam sepelièrunt. Sequenti uero die beatus Sergius eductus de custodia, præsentatur Antiocho, qui cum uerbis cum flectere non posset, primò cothurnos confixos clauis uestiri eum fecit, & nouem milibus ante se currere. Postmodum in sententia fixum manere uident, decollari iussit, quem tunc Christiani in eodem loco sepelièrunt. Paruo autem tempore interposito, beatum quoque Bacchum à loco quò tumulatus fuerat eleuantes, honorabili martyribus loco, iuxta sanctum Sergium composuerunt. Vbi & uirgo Iulia, quæ sub Martiano Præside martyrium consummauit, sociata martyribus sepulta quiescit.

S. Bacchus
diu cæsus
emittit spi-
ritum.

Sergius ple-
ctitur capi
te.

Eodem die, sanctorum martyrum Marcelli & Apulæ, qui quidem primo adheferunt Simoni mago: sed uidentes mirabilia quæ Dominus operabatur per Apostolum suum Petrum, relicto Simone, doctrinæ Apostolicæ se tradiderunt. Et post martyrium Apostolorum confessione Christi & ipsi decorati, Aurelio consulari viro sententiam ferente, martyrij coronam compleuerunt. Sepulti non longè ab vrbe Roma.

SS. Marcellus & Apulæ
conuersio.

VIII. IDVS OCTOBRIS.

A pud Cretâ, vrbe Gortynæ, beati Philippi Episcopi, magnis uirtutibus & optimis studijs præditi uiri.

Dies.
De S. Philippi dictum
est i. April.

Thessalonica, sancti Demetrii martyris.

* Item Raparæ Gocæ uirginum.

Eodem die natalis sancti Simeonis, de quo beatus Lucas Euangelista refert: Et ecce homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israel, & Spiritus sanctus erat in eo. Responsum autem accepit à Spiritu, se non uisurum mortem, nisi prius uideret Christum Domini. Et uenit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, & ipse accepit eum in manibus ac benedixit Dominum, & dixit: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum uerbum tuum in pace.

Luc. 2.

VII. IDVS OCTOBRIS.

A brahe Patriarchæ. Apud Parisum, natalis sanctorum martyrum Dionysij Episcopi, Rustici presbyteri, & Eleutherij diaconi, qui beatus Episcopus à Põtifice Romano ad Gallias directus, ut prædicationis operâ populis à fide Christi alienis exhiberet, tandem Parisiorum ciuitatem deuenit, & per aliquot annos sanctum opus fideliter & ardentè executus, à præfecto Fescennino, una cum prædictis socijs comprehensus, ac gladio animaduersus, martyrium compleuit.

Dies.
S. Dionysij
uita habetur.
To. Suri.

* In ciuitate Laodicia Phrygiæ, sancti Diodori.

* In prouincia Rheta, ciuitate Augusta, sanctæ Afræ martyris.

* In ciuitate Vienna, multorum martyrum.

* Romæ, Marcellini & Genuini, & inter duas lauros sanctæ Priminæ.

VI. IDVS OCTOBRIS.

L oth Propheta. Et apud Coloniam Agrippinam, natale sanctorum martyrum Gereonis, & aliorum trecentorum octodecim, quos ferunt Thebæos fuisse, & cum legione illa beati Mauritij, inde iussu Maximiani Imperatoris in Gallias transiitum fecisse, atque circa Rheni litora confedisse, & funestum tyranni imperium respuendo, pro uera pietate colla patienter gladijs subdidisse.

Dies.
S. Gereonis
uita & sociorum
est apud Suri-
um Tomo

Apud Cretam, beati Pyniti, inter Episcopos nobilissimi, qui in scriptis suis uelut in quodam speculo uiuentem sui reliquit imaginem.

Hier. de uir-
tutibus ca. 38

Item apud Agrippinensem urbem, natalis sanctorum martyrum Mallosi & Victoris: quorum prior cum longo tempore, ubi uelut sepultus fuerit latuisset, sancto Episcopo eiusdem loci ex diuina reuelatione manifestatus est. Cumque corpus eius ex loco abdito leuaretur, tanta odoris suauitas emanauit, ut adstantes fideles, uelut immensi aromatis flagrantia replerentur. Et aliorum trecentorum triginta, quorum corpora in palustria proiecerunt loca.

Eodem die Verone, sanctorum martyrum Cassij Florentij, & aliorum septem.

Verõ hæc
In Bri.

alio nomi
ne Bonna
dicitur.

de Paulino
Sunt To. 5.

In Britannia, sancti Paulini Episcopi Eboraci, qui ordinatus Episcopus à beato Iusto, qui à sancto Augustino, quem beatus Gregorius ad prædicandum Anglorum genti direxerat, consecratus Episcopus fuerat, gentem Nordanhymbrorum, hoc est eam nationem Anglorum, quæ ad Aquilonem Umbri fluminis habitabat, cum Rege suo Eduino, verbum fidei prædicando conuertit. Et clarus vita, doctrina, & miraculis, vi Idus Octobris in pace quieuit.

V. IDVS OCTOBRIS.

Die 11.
de his Suri
enograph.

A Pud Tharsum metropolim Ciliciæ, natale beatissimorum martyrum Tarachi, Probi, & Andronici. Qui persecutione Diocletiani sub Maximiano Preiicijs examinati, in confessione fidei triumphum gloriæ adepti sunt. Nam neruis crudi grauius casu, & testis asperimis defricati, etiam papyro ardenti ventrem & latera adusti, post maxillarum confectionem, post tormenta tibiarum, post aceti & sinapis naribus infusionem, post obilifcos ignitos, post confixionem digitorum clauis acutissimis, post oculorum transpunctionem, ac linguæ abscissionem, nouissimè in amphitheatro vrsis & leonibus proiecti sunt. Sed cum nulla ex bestijs sanctorum corpora audeat attingere, Maximianus ira accensus, iussit eos gladio iugulari, & corpora eorum inter corpora gladiatorum proijci. Noctu autem venientes fideles, & deprecantes Dominum, ut eis ostenderet sanctorum reliquias, viderunt subito velut stellam splendidam de celo missam super singula sanctorum corpora residentem. Sicque cum ingenti gaudio rapientes ea, præcedente se eiusdem stellæ splendore, gloriosos Christi athletas loco aptissimo condiderunt.

Sanctorum
corpora di
uinitus re
uelantur.

Eodem die, natale sanctorum martyrum, Nichasij Episcopi, Quirini presbyteri, Scubiculi diaconi.
Turonis, S. Venantij Abbatis.

III. IDVS OCTOBRIS.

Die 12.

de his Vist.
1. 2. de per
secut. wan
dalia.

A Pud Rauennam via Laurentina, natalis sancti Edisij martyris. Apud Africam, sanctorum confessorum & martyrum, quatuor millium nongentorum, septuaginta sex, qui persecutione Vandalica, apud Africam, cum essent Ecclesiarum Dei Episcopi, presbyteri, & diacones, associatis sibi turbis fidelium populorum, iussu Henrici Regis Ariani, pro defensione catholice veritatis, in horribilibus eremi exilium trusi, & inter Mauros ferocissimos deputati sunt: inter quos erat Cyprianus & Felix præcipui Domini sacerdotes. E quibus plurimi cum crudeliter minarentur, & hastilium cuspidibus ad currendum ac lapidibus tundentur, siue ligatis pedibus, velut cadauera, per dura & aspera loca traherentur, tam diro supplicio per singula membra discepti, dum per gladios acutos petrarum huic caput contrebatur, alijs latera findebantur, inter manus trahentium spiritum exhalabant. Extant per totum aggerem publicum, tumulis loquentibus, vilia sepulcra sanctorum.

Santi varijs
tormentis
enecatur.

* Bituricas, sancti Opionis presbyteri.
* In prouincia Syriæ, Euagrii & Prosyriæ. Item Eustachij presbyteri.
* In Campania, sanctorum Eucharisti, Fortunati, & Prisciani.

III. IDVS OCTOBRIS.

Die 13.
Hier. de vi
ris illust.
cap. 35.

A Pud Troadem, natalis beati Carpi, discipuli Apostoli Pauli. Antiochiæ, beati Theophili, qui sextus ab Apostolis, ecclesiæ pontificatum tenuit. Hic vir fuit eruditissimus.
In Hispania Corduba ciuitate, SS. Fausti, Martialis & Ianuarij martyrum.

PRIDIE IDVS OCTOBRIS.

Die 14.

Eius vitam
ex MS. co.
dice s. adie
ci Tomo.

Romæ natalis sancti Calixti Pape, qui sedit in Episcopatu annos septem, menses duos, dies decem, & sub persecutione Alexandri Imperatoris martyrij gloriam adeptus est. Postquam enim Palmachium Proconsulem cum omni domo suo baptizauit, & senatorem Simplicium ac domum eius, & Felicem cum vxore Blanda, quam à paralyti curauit, & iidem ipsi ab Alexandro, & diutissime cruciati atque occisi, vniuersi gloriam martyrij consecuti sunt. Sed & postquam Calepodius presbyter eius gladio martyrium sumpsit, tentus est ab Alexandro, & diutissime fame cruciatus, & quotidie fastibus casus, atque prohibitum fuit, nè quis ad eum veniret. Si verò aliquis venire noctu auderet, comprehensus occideretur. Qui cum multis diebus esset in custodia, venit ad eum beatus Calipodius per visum, & con-

sola.

SURIUS

gter
Nobis
RVIII
5

solabatur eum, dicens: Firmus esto pater, quia corona tua iam perfecta est. Erat ibi miles quidam nomine Priuatus, vlceribus plenus qui doloribus continuis cruciabarur. Hic misit se ad pedes sancti Calixti, rogans vt sanaret eum ab vlceribus, & doloribus suis: quem mox sanctus Pontifex ab vlcerum dolore ac feeditate, simul & ab infidelitate in nomine sanctissimæ Trinitatis baptizatum curauit. Quod audiens Alexander, ipsum quidem militē fecit plumbatis deficere: beatum verò Calixtum per fenestram domus precipitari, & ligato ad collum eius saxo in puteum demergi, & in eum per ruderam cumulari. Post dies verò decem & septem presbyter eius Asterius cū clericis noctu veniens, leuauit corpus eius & sepeliuit in cœmeterio Calpodij via Aurelia, pridie Idus Octobris.

curat egrū

precipitatur
p fenestrā
moritur.

Eodem die, transitus sancti Iusti in eremo: qui cum aliquot annis in eremo Angelicam egisset vitam, & dignus adisset finis, tantis laboribus regnum spondens cœlorum, atque illis iam extremis Viator adstaret, sanctæ cōmigranti animæ, fletus & consternatus mente, dicens. Cui me Domine derelinquis? respondisse dicitur nē conturbaretur quasi destitutus solatio, quia breuē se illo quoquē ipse Tequeretur. Quam vtiquē prophetiam ac reuelationem cito transitu sanctissimi iuuenis ministri eius, qui solus ardore fidei eum Episcopatum fugientem & latere cupientem, secutus fuerat, constat fuisse completam.

S. Iusti pro
phetia.

Apud Viennam, sancti Agrati Episcopi & confessoris, sancti Casturi, eiusdem urbis Episcopi.

* Cordubæ, sanctorum Lupi & Aureliæ.

* Lugduni in Gallijs, translatio sancti Iusti Episcopi & confessoris.

* Herbipoli, depositio sancti Burchardi Episcopi, successoris sancti Kyliani.

de Burchar
do Surius
Tom. 5.

IDIBVS | OCTOBRIS.

IN Gallijs apud Coloniam Agrippinam, sanctorum Mauroorum de militibus sancti Gereonis. Qui ex legione sacra Thebæorum, cum esset numero *quinquaginta, apud eandē urbē martyriū cōsummantes, cōditi sunt in basilica, quæ admirabili opere ex musuo quodam modo deaurata resplendet: vndē & incolæ Sanctos aureos eos vocitare consueuerunt.

Dies.

* alij 300.
habet, alij
318. alij 350.
De his Tu
ronē. de gl.
martyr. ca.
26.

Eodem die apud Lugdunū, natale beati Antiochi Episcopi, qui cū adhuc presbyter Lugdunenſis eſſet, pio incitatus officio, vsquē ad visendum Episcopū suū, qui in eremo iam morabatur, nomine & opere iustus, pergere intendit. Vir districti one præcipuus, & qui non immerito, tempore interiecto, ad eiusdē pontificij culmē assumptus est. Quo strenuē administrato, regnū cæleſte adeptus est. Sepultus in ecclesia martyrum Machabeorum, in qua & sanctus Iustus tumulatus quiescit.

Apud Viennam, sancti Deodati Episcopi.

Romæ via Aurelia, sancti Fortunati martyris.

* Item Lubuli, Modesti & Fortunatæ.

XVII. CALENDAS NOUEMBRIS.

IN Africa, natale sanctorum martyrum cclxx. pariter coronatorum, & sanctorum martyrum Martiani, & Satyriani, cum duobus fratribus eorum, & egregia Christi ancillæ Maximæ virginis. Qui tempore Vandalicæ persecutionis, sub Genferico Rege Ariano, pro constantia fidei catholicæ primū nodosis fustibus caſi, & vsq; ad ossa laniati, cum multo tempore talia paterentur, sequenti die semper incolumes reddebantur. Post etiam dura cæteris custodia damnati, cum fuissent arctati in neruum, mira Dei virtute ingētium lignorum putrescens soluta est fortitudo. Ad quod miraculum Maxima Christi famula suæ libertati dimissa, mater postmodum multarū virginū Dei effecta, in veritatis cōfessione gloriosa confenuit. Reliqui inter ferocissimos Mauros exilio religati, cum prædicatione suam multitudinem barbarorū Christo Domino lucrati fuissent, iussu impij Genferici, ligatis pedibus post terga currentium quadrigarum, inter spinosa loca syluarū pariter iussi sunt interire. Cumq; ducta atq; reducta dumosis lignorū aculeis innocentium corpora carperētur, vicino currētibus indomitis equis, Vale sibi inuicem his verbis dicebant: Frater ora pro me. Impleuit Deus desiderium nostrum. Taliter peruenitur ad Regnum cælorum. Sicq; orando & pfallendo gaudentibus Angelis, piæ animas emisere. Vbi vsque in hodiernum diem non definit ingentia miracula Iesus Christus Dominus operari.

Die 16.
De his Vi
ctor Afric.
lib. de per
sec. wanda
lica.

Miraculū.

Inauditū
supplicij
genus.

* Apud Agrippinam Coloniam, sancti Eliphij martyris.

Suri^o T. 5.
de trib^o his
sanctis.

* Item depositio sancti Galli Abbatis, multis miraculis clari.
* Eodem die, sancti Lulli Episcopi & confessoris.

XVI. CALENDAS NOVEMBRIS.

Die 17. **M**artha sororis Lazari. Item beati Aritionis, qui fuit vnus de septuaginta. duobus Christi discipulis.

Euseb. li. 3. ca. 30. Eccl. hist. & Igna-
tius epist. 10. Item in Antiochia, natalis sancti Heronis, de quo beatissimo Ignatio pergenti ad passionem reuelatum est, quod Antiochenam post cum rexturus esset Ecclesia. Erat enim hic beati martyris Ignatii tunc diaconus: Episcopus factus, viam magister pius imitator sequitur, & pro commendato grege amator Christi occubuit.

In Gallijs ciuitate Arausica, sancti Florentini Episcopi, qui multis clarus virtutibus in pace quieuit

XV. CALENDAS NOVEMBRIS.

Die 18. **N**atalis sancti Lucae Euangelista, qui fuit natione Syrus, Antiochenensis, arte medicus, discipulus Apostolorum, Paulum sequutus vsq; ad confessionem eius, seruens Domino sincerissime, neq; uxorem habens, neq; filios. * Septuaginta annorum obiit in Bithynia, plenus spiritu sancto. Sepultus autem nunc Constantino- poli: ad quam urbem vigesimo Constantiano anno ossa eius cum reliquijs S. Andreae Apostoli translatae sunt. Scripsit Euangelium, quod non solum ab Apostolo Paulo didicit, qui cum Domino in carne non fuerat, sed & a ceteris Apostolis. Quod & ipse quoque in principio voluminis sui declarat, dicens: Sicut tradiderunt nobis, qui a principio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis. Aliud quoque edidit volumen egregium, quod titulo Apostolicorum actuum praeoratur. Cuius historia vsque ad biennium Romae commorantis Pauli peruenit, id est, vsque ad quartum Neronis annum. Ex quo intelligimus in eadem urbe librum esse compositum.

Euseb. li. 6. cap. 9. Eodem die, sancti Asclepiadis Antiocheni Episcopi, qui vnus fuit ex praclaro confessorum numero, qui sub Decio gloriose passi sunt.

Item Romae, sanctae Triphoniae uxoris Decij Caesaris. Quae viro suo post interfectionem beatorum Sixti & Laurentij diuinitus puni- to, petijt baptizari, cum filia Decij Cyrilla, a Iustino presbytero: & alia die defuncta est, ac iuxta sanctum Hippolytum in Crypta sepulta, quintodecimo Calendas Nouembris.

* In Campania ciuitate Puteolis, Ianuarij & * Eurychis.

XIII. CALENDAS NOVEMBRIS.

Die 19. **A**pu- d Antiochiam Syriae, natalis sanctorum Beronici, Pelagiae, & aliorum quadraginta nouem.

Item ipsa die, beati Ptolomaei, sed & beati Lucij martyrum. Qui beatus Ptolomaeus, comprehensus a quodam centurione, interrogatur si Christianus esset. Hoc Ptolomaeus tanquam amator veritatis, nequaquam gloriae suae professionem occultans, percontanti Christianum se esse confessus est. Hunc continuo centurio in vincula coniecit, & multo tempore squalore carceris maceratum, ad vltimum Vrbitio iudici obtulit. A quo simili modo interrogatus est si esset Christianus, qui rursus tanti boni sibi conscius, diuinam religionem praese tulit, & de Christi magisterio atrocitatis boni institutionibus publica confessione testatus est. Qui enim negat quod est, sine dubio culpabile iudicat esse quod negat. Continuo ergo post confessionem ab Vrbitio duci iubetur. Lucius autem quidam Christianus vir, videns tam impiam in eum delatam sententiam, ait ad Vrbitium: Quid quae causa est, quod neque ad alterum, neque corruptorem, aut homicidam, vel latronem, raptorem, ve, aut alterius cuiuslibet facinoris reum, sed tantum pro nomine Christiano, quod hoc se vocabulo confessus est nuncupari, ad mortem hominem duci praecipisti? Non sunt haec digna pio Imperatore, nec sapientissimo puero filio eius, neque sacro senatu, quae agis Vrbiti. At ille nihil aliud inquirens, ait ad Lucium: Videris mihi & tu Christianus esse. Cumque Lucius respondisset, Hoc plane sum, etiam ipsum duci iussit ad mortem. Ille, Gratias, inquit, ago, quod me nequissimis dominis absolutum, ad bonum & optimum patrem, & Regem omnium Dominum remisit. Sed & tertius quidam, pari modo libertate vsus, pari quoque sententia punitus est. Passi sunt autem sub Antonino, cognomine Pio, & filio eius hi beati martyres, & sepulti apud Alexandriae metropolim Aegypti.

* In Histria, natalis sanctorum Austeri, Neapoli, Salsij, Ianuarij, Festi & Desiderij.

XIII. CALENDAS NOVEMBRIS.

Die 20. **I**N Gallijs ciuitate Agenno, sancti Caprasij martyris. Qui cum rabiem persecuti- onis declinans lateret in spelunca audiens beatam Fidem virginem, pro Christi for-

SURIUS

quod
vener
RVIII
5

SS. marty-
res capite
caduntur.

Arguit Im-
peratorem
S. Lucius.

Ptolomaeus
condemna-
tur capite.

Ptolomaeus
Surius To. 5.

Quere ibi-
dem de ca-
lo Augusti,
T. 4. Suriij.

Euseb. li. 6.
cap. 9.

Euangelium
S. Lucae.

Euseb. li. 3.
ca. 30. Eccl.
hist. & Igna-
tius epist. 10.

Die 17.

sto fortiter agonizare, animatus ad tolerantiam passionum, orauit ad Dominum, ut si pro certo eum dignum gloria martyrij iudicaret, ex lapide speluncæ illius aqua limpidissima emanaret. Quod cum Dominus continuo præstitisset, ille securus ad arcem certaminis properauit, & palmam martyrij fortiter dimicando promeruit.

mus To.
3. Suri.
Miraculū.

XII. CALENDIS NOVEMBRIS.

Die 21.

A Pud Nicomediam, natalis sanctorum martyrum Dasij, Zotici, Caij cum duodecim militibus.

In Gallijs apud Colonia Agrippinam, sanctarum virginum vndecim millium. Vna dicitur Vrsula, Sentia, Gregoria, Pinnosa, Mardia, Saula, Bricula, Saturnina, Saturnia, Rabatia, Palladia, Clementia, Grata, & aliarum nomina scripta sunt in libro vitæ.

De his vi.
de Suri.
Tomo. 3.

* In Nicæa Bithyniæ, Afrigis, Macharij, Dicei, Proculi, Neapoli, Modesti, & aliorum numero septuaginta duorum.

Eodem die, natalis sancti Asterij presbyteri sancti Calixti, qui cum corpus eius leuatum de puteo sepelisset, post dies sex audiens hoc Imperator Alexander, præcepit eum per pontem præcipitari. Cuius corpus inuentum est, & à quibusdam Christianis in eadem ciuitate sepultum. Scriptum in passione sancti Calixti Papæ.

De eo in
vita S. Calixti T. 3.

Item transitus S. Viatoris Lectoris, in eremo comitis sancti Iusti Episcopi.

De Viator.
re. 2. Sep.
t. in vi.
ta S. Iusti.
De Hilar.
T. 3. Suri.

Eodem die, sancti patris nostri Hilarionis, cuius vitam Hieronymus virtutibus plenam scribit. Hic ortus vico Thabata, qui circiter quinque millia à Gaza vrbe Palæstinæ ad Austrum situs est, cum parentes haberet idolis deditos, rosa, ut dicitur, de spinis floruit. A quibus missus Alexandriam, Grammatico traditus est, ibique quantum illa patiebatur ætas, magna ingenij & morum documenta præbuit. Breui, charus omnibus, & loquendi arte gnarus. Quodque his maius est omnibus, credens in Domino Iesu, tota illi voluntas in Ecclesiæ congregationibus erat.

S. Hilarionis
in vita san.
cti Antonij
Abbatem.

Audiens autem celebre nomen Antonij, quod per omnes Aegypti populos ferebatur, incensus visendi eum studio, perrexit ad eremum, & statim ut eum vidit, mutato pristino habitu, duobus mensibus iuxta eum mansit, contemplanter ordinem vitæ eius, morumque grauitatem: quàm creber in oratione, quàm humilis in suscipiendis fratribus, seuerus in corripiendis, alacer in exhortandis esset, & ut continentiam cibi que eius asperitatem nulla vnquam infirmitas frangeret. Reuersus autem cum quibusdam monachis ad patriam, parentibus iam defunctis, partem substantiæ fratribus, partem pauperibus largitus est, nihil sibi omnino seruans. Erat autem tunc annorum xv. Sic nudus & armatus in Christo, solitudinem ingressus est, sacco tantum coopertus, & pellicem habens ependyten, quem illi beatus Antonius proficiscenti dederat, sagumque rusticum: quindecim tantum carycas post solis occasum comedens. Igitur à sextodecimo usque ad vigesimum ætatis suæ annum, æstus & pluuia, breui tuguriunculo declinauit, quod iunco & carice texerat. Structa deinceps breui cellula, quæ usque hodie permanet, latitudine pedum quatuor, altitudine pedum quinque, hoc est, statura sua humiliore: porro longitudine paulò ampliore quàm eius corpusculum patiebatur, ut sepulcrum potius quàm domum crederes. Capillos semel in anno Paschæ die totondit. Super nudam humum in stratu iunco usque ad mortem cubauit. Saccum quem semel fuerat indutus, nunquam lauans: nec mutauit alteram tunicam, nisi eum prior penitus scissa esset. Scripturam quoque sanctam memoriter tenens, post orationes & psalmos quasi Deo præseente recitabat. A vigesimo primo anno usque ad vigesimum sextum, tribus annis dimidium lentis sextarium made factum aqua frigida comedit: Alijs tribus panem aridum cum sale & aqua. Porro à vigesimo septimo usque ad tricesimum, herbis agrestibus & virgultorum quorundam radicibus crudis sustentatus est. A tricesimo autem primo usque ad tricesimum quintum, sex uncias hordeacci panis, & coctum modicum olus absque oleo in cibo habuit. Sentiens autem caligare oculos, & totum corpus impetigine & pumicea quadam scabredine contrahi, ad superiorem vicum adiecit oleum, & usque ad sexagesimum tertium vitæ suæ annum, hoc continentia cucurrit gradu, nihil extrinsecus aut pomorum, aut leguminis, aut cuiuslibet rei gustans. Hinc cum se videret corpore defatigatum, & propinquam putaret imminere

Substantiã
suum pau.
peribus di.
tribuit.
Degit in so.
litudine.

Tugurio.
lum eius.

cubile.

Epitome
vitæ.

Sobrietã
eius.

SURIUS

g. ver
n. h. ver
RVIII
5

408 MARTYROLOG. ADONIS ARCHIEP. TREVIR.
mortem, à sexagesimoquarto anno vsque ad octogesimum pane abstinuit, incre-
dibili mentis feruore, vt eo tempore quasi nouus accederet ad seruitutem Domi-
ni, quò solent ceteri remissius viuere. Fiebat autem ei de farina & comminuto o-
lera forbitiuncula, cibo & potu vix quinque vncias appendentibus. Sicque com-
plens ordinem vitæ, nunquam ante solis occasum, nec in gra-
uissima valetudine soluit ieiunium. Igitur potentissimus in miraculis, & sanctita-
te incomparabilis, octogesimo ætatis suæ anno, (cùm absens esset Hesychius, qui
eum semper familiarissimè colebat) quasi in testamenti vicem, breuem manu
propria scripsit epistolam, omnes diuitias suas ei derelinquens: Euangelium scili-
cet & tunicam sacceam, cucullum & palliolum. Itaque modicus calor tepebat in
pectore, nec præter sensum quicquam vini hominis supererat, & tamen apertis
oculis loquebatur: Egrederere, quid times? Egrederere anima, quid dubitas? Septua-
ginta propè annis seruisti Christo, & mortem times? Inter hæc verba exhalauit spi-
ritum: statim quæ humo obrutus, quia ipse sic omnes, qui ad agrotantem venerant
adiurauit, nè puncto quidem horæ post mortem reseruaretur. Quod postquam
Palæstina sanctus vir Hesychius audiuit, perrexit Cyprum, & cum ingenti vitæ
suæ periculo, post decem fermè menses, corpus eius furatus est. Quod Maiumam
in Palæstina deferens, totis monachorum & oppidorum turbis prosequentibus,
in antiquo monasterio condidit: illa tunica, cuculla & pallio, & toto corpore
quasi adhuc viucret integro, tantisque fragrantè odoribus, vt delibutum vnguen-
tis putares.

Nunquam
soluit iei-
unium.

Felicissi-
mè expirat
animam.

XI. CALENDAS NOVEMBRIS.

Dic 22.
Euseb. lib.
4. cap. 7.

Matt. 15. 16

Seueri hi-
storia est
2. To Surij
1. Februarij
Dic 23.
De Seueri-
no Surius
Tom. 5

de eo Sozob.
lib. 5. ca. 7.

Dic 24.

Alij bonif.
habent die
sequente, de
eo Pontif.
cale. c. 44.

Herolosymis, natalis beati Marci, (qui primus Hierosolymis ex gentibus, post
Episcopos ex circumcisione, sacerdotium ciuitatis illius accepit) clarissimi &
doctissimi viri, ac non multo post martyrio consummati.

Item beata Salomæ, quæ in Euangelio legitur cum reliquis sanctis foeminis cir-
ca Domini sepulturam sollicita.

Apud Adrianopolim Thraciæ, natalis sanctorum Philippi Episcopi, Eusebij, &
Hermæti.

* Eodem die, sancti Seueri Episcopi Rauennæ.

X. CALENDAS NOVEMBRIS.

Colonæ, depositio sancti Seuerini Episcopi & confessoris.
In Hispanijs natalis sanctorum Seruandi & Germani. Qui post verbera, squa-
orem carceris, & sitis ac famis iniuriã, & longissimi itineris laborè, quem iubente
Viatore Præfide, ferro onusti pertulerunt, nouissimè martyrij sui cursum ferro ca-
fis ceruicibus impleuerunt. Ex quibus Germanus iuxta B. Eulaliam sepultus, Ser-
uandus verò Hispalim translatus, circa sanctas Iustam & Ruffinam conditus est.

Apud Antiochiam Syriæ, natale sancti Theodoriti presbyteri. Qui persecutio-
ne Iuliani impij, sub Præfeto & auunculo eius Iuliano, cùm ab eo Antiochenorū
ecclesia spoliata, & religiosi quicquid fuissent eius terrore dispersi, in ecclesia spoliata
mansit intrepidus. Atq; ab eo teneri iussus, post eculi poenam, ac multos ac durif-
simos cruciatus, etiam lampadibus circa latera appositis inflammatu est. Sed his
diuina virtute restitutus, cùm milites, qui eas tenebant, Angelorum ad spectu terri-
ti ruisent in faciem, & credentes Christo, impium ministerium recusarent, inuisit
eos Iulianus pelago immergi. Quibus beatus Theodoritus ait: Præcedite fratres,
ego vos superans inimicum sequar ad Dominum. Sicq; in confessione persistens,
& propheticò spiritu repletus, Iuliano apostata, quem apud Persidem diuina viti-
one incurrit, prædicens interitum, gladio martyrium consummauit.

IX. CALENDAS NOVEMBRIS.

IN Venusia, ciuitate Apuliæ, natalis sanctorū Felicis Episcopi ciuitatis Tibiuren-
sis, & Audactis & Ianuarij presbyterorum, & Fortunati & Septimij lectorū. Qui
temporibus Diocletiani in sua ciuitate tenti, à Magnelliano procuratore, inde
multis diu vinculis & carceribus macerati, in Africa, & in Sicilia tandem in occisi-
one gladij consummati sunt. Sunt autem honorificè sepulti inter Carthaginem &
Vticam. Felix quinquaginta sex annorum obiit virgo.

Item Bonifacij Papæ, qui sedit Romæ annos tres. Hic sepultus est via Salaria, iux-
ta corpus sanctæ Felicitatis. Hic constituit, seruum clericum non fieri, nec obno-
xium curiæ, vel cuiuslibet rei.

* Colo.

* Colonia, S. Euergisli Episcopi & martyris.

VIII. CALENDAS NOVEMBRIS.

IN Gallijs, ciuitate Suesionensi, natalis sanctorum Crispini & Crispiniani, qui persecutione Diocletiani & Maximiani, ad trochleas extenti, & fustibus caesi, postquam digiti eorum subulis transfixi sunt, & de dorso eorum lora praecisa, ad vitimum gladio trucidati, coronam martyrij consecuti sunt.

Die 23.
De his T.
3. Surijs.

Eodem die Petragoricas ciuitate, natalis sancti Frontonis Episcopi, qui Romae a beato Petro ordinatus, cum Georgio presbytero ad praedicandum Euangelium missus est. Cumque tertio die itineris idem Georgius esset mortuus, moerens Fronto reuersus est ad Apostolum, acceptoque eius baculo, & super corpus defuncti posito, socium de morte recepit. Sicque ad praedictam ciuitatem veniens, magnam gentis illius multitudinem ad Christum conuertit, & multis miraculis clarus, in pace quieuit.

De Frödo.
ne Volaterran^o li.
3. & li. cö.

Ipsa die Romae via Salaria, natalis quadraginta sex militum, qui simul baptizati a beato Dionysio Papa: & mox iubente Claudio Imperatore decollati sunt. Quorum corpora noctu collegerunt beatus Iustinus presbyter & Iohannes, & sepelierunt in crypta cum multitudine Christianorum, in via Salaria in cliuum cucumeris, octauo Calendas Nouembris, vbi positi sunt & alij martyres, centum viginti & vnus. Inter quos fuerunt quatuor milites Christi, Theodosius, Lucius, Marcus, & Petrus. Hi videntes ad se venire armatos, rogabant vt primi decollerentur. Scriptum in passione sanctorum martyrum Sixti, Laurentij & Hippolyti.

De his in
vita S. Lau
rentij. au
gusti, sub
finem.

VII. CALENDAS NOVEMBRIS.

A pud Africam, natalis sanctorum martyrum, Rogatiani presbyteri, & Felicitissimi, qui persecutione Decij & Valeriani, illustri sunt martyrio coronati. De quibus etiam scribit beatus Cyprianus in epistola ad confessores, his verbis: Vt sequamini, inquit, in omnibus Rogatianum presbyterum gloriosum senem, viam nobis ad gloriam temporis vestri religiosa virtute & diuina dignatione facientem, qui cum Felicissimo fratre nostro quieto semper & sobrio excipiens ferocientis populi impetum, primum vobis hospitium in carcere praeparauit, & metator quodammodo vester nunc quoque vos antecedit.

Die 26.

Epist. 87. li.
4. epist. 1.

Item commemoratio sanctorum Episcoporum Vedasti & Amandi, quorum vita & mors plurimis extitit miraculis gloriosa.

De his 6.
Febr. T. I.
Surijs.

VI. CALENDAS NOVEMBRIS.

IN Hispanijs Abula ciuitate, natalis sanctorum Vincentij, Sabini & Cristeres, qui primò adeo in euleo sunt extenti, vt omnes compages membrorum eorum laxarentur. Deinde capita eorum lapidibus superposita, vsque ad excussionem cerebri validis uestibus sunt contusa: atque ita martyrium compleuerunt, agente praefide Daciano.

Die 27.

Eodem die apud Tilecastrum, natale sancti Florentij martyris.

Rome, Euaristi Papae, qui sedit ibi annos nouem, & sub Traiano martyrio coronatus, sepultus est in Vaticano. Hic titulos in vrbe diuisit presbyteris: & septem diaconos ordinauit, qui custodirent Episcopum praedicantem.

De Euaristo Papa.
Euseb. lib. 3.
cap. 34. &
Pontificali
cap. 6.

Eodem die, Vigilia Apostolorum Simonis & Iudae.

Antistodoro, depositio sancti Desiderij Episcopi & confessoris.

* Item sancti Florentij presbyteri & confessoris.

V. CALENDAS NOVEMBRIS.

Natalis beatorum Apostolorum, Simonis Chananai, qui & Zelotes scribitur, & Thadai, qui etiam Iudas Iacobi legitur, & alibi appellatur Lebæus, quod interpretatur corculus, id est cordis cultor. Equibus Thadaeus apud Mesopotamiam, Simon verò apud Aegyptum traditur praedicasse. Inde simul Persidem ingressi, cum fidei Christi innumeram gentis ipsius multitudinem subdidissent, & Ecclesiam Domini latè iam fundatam viderent, martyrium ibi, cursu temporis expletis, beato certamine consummauerunt, honorificè sepulti à populis Christianis, quos Domino ipsi genuerant. Quòd quidam putant Simonem Apostolum vnum de duodecim ipsum esse, qui sub Traiano crucè passus sit, omninò falsum est. Nam & Beda sanctus presbyter, qui hoc super Acta Apostolorum sentit, Isidorum sequutus, in libro retractationum se hoc non benè sensisse reprehendit. Sed & historia Ecclesiastica non de Apostoli, sed de alio Simone gesta narrat.

Die 28.
Luc. 6.
Act. 1.vet. testam.
De Patribus
ca. 79.
Euseb. li. 3.
cap. 16.

Romae,

De eo in
Fals. S. Lau
rentij T. 5.
Suri.

Romæ, sanctæ Cyrillæ, filiæ Decij Cæsaris, quæ sub Claudio Principe iugulata,
& necata est gladio, ac sepulta à Iustino presbytero cum matre sua, iuxta sanctum
Hippolytum.

Eodem die, sancti Ferrutij martyris.

III. CALENDAS NOVEMBRIS

Die 29.
De eo Su-
rius To.
5. ex Eu-
seb. libro
6. hist. c. 8.
& 9.

Natalis beati Narcissi Hierosolymorum Episcopi, viri sanctitate & patientia,
ac fide laudabilis. Accidit aliquando in die solenni Vigiliarum Paschæ, ole-
um deesse luminaribus. Cumque per ministros innotuisset, moror populi maxi-
mus fuit: sed Narcissus in fide confidens, ministris imperat haurire aquam, sibi que
deferre. Cumque tulissent, oravit, & benedixit aquam, & infundi luminaribus præ-
cepit. Tunc repente miro & seculis inaudito genere virtutis, natura aquæ in pin-
guedinem olei versa, splendorem luminum etiam solito reddidit clariorem. Ad
fidem autem rei, à plurimis religiosorum fratrum ex eodem oleo, quod versum de
aqua fuerat, reservatum est. Is namque cum inter cetera virtutum suarum bona esset
valde constantis animi, & iusti rectique, indeclinaliter tenax, quidam homunculi
nequam malè sibi conscij, metuentes, nè criminum suorum si arguerentur, non
possent effugere vindictam, præveniunt factionibus, & circumvenire parant eum,
cuius iudicium verebantur. Concinnant igitur adversus eum infame satis & noxi-
um crimen. Conveniunt auditores, testes ex semetipsis producunt, qui sub sacra-
menti iuramento, quæ obijciebantur confirmarent. Quorum vnus testis ita, ne-
gari connumeretur, vera se dicere testabatur. Alius ita, ne regio morbo corruppe-
retur. Tertius ita, ne luminibus orbaretur. Et quavis nec iuramentum vnus quidem istis
quisquam fidelium & Dominum timentium crederet, eò, quod vita Narcissi & in-
stitutio, ac pudicitia, ab omnibus nosceretur: ipse tamen eorum quæ mora sunt
indignitatem ac molestiam non ferens, simul & secretam ac philosophicam vi-
tam semper habere desiderans, subterfugit Ecclesiæ multitudinem, & in desertis
locis atque, agellis secretioribus delitescit annis quamplurimis. At non ille magnus
divinæ providentiæ oculus quiescit in longum, sed in impios vltionem per ea ipsa
quæ sibi in periurijs statuerant maledicta molitur. Primus namque ille testis, parva
ignis scintilla noctis tempore domo sua succensa, cum omni genere, & omni fa-
milia flammis vlticibus conflagratur. Alius repente ab imis pedibus usque, ad sum-
mum capitis verticem, morbo regio quo fuerat imprecatus repletur, atque consu-
mitur. Tertius autem priorum exitium videns, & oculum diuinum non latuisse
perspiciens, prorupit in medium, & audientibus cunctis, sera poenitentia, vniuer-
sum concinnati sceleris ordinem pandit. Tantis autem lachrymis immanis com-
missi facinus deslet, & in tantum die noctuque perdurat in fletibus, vsquequo lumi-
nibus orbaretur. Hi igitur figmenti sui huiuscemodi pœnas dederunt. Narcissus
verò cum ira desertum petisset, ac locis secretioribus se abdidisset, vt vbi iam de-
geret nullus agnosceret: necessarium visum est Episcopis, vt alium pro ipso ordina-
rent, cuius nomen erat Dius. Cuique (cum paruo tempore præfuisset Ecclesiæ) suc-
cedit Germanion, & Germanioni Cordius. Cum ecce subito velut rediuius celo,
que redditus, ex improviso apparuit Narcissus. Et rursus à fratribus ad præsidendū
rogatur Ecclesiæ. Verum cum ipse iam senio fessus, pontificatus ministerio suffice-
re non posset, Alexandrum, qui iam Episcopus esset alterius loci, diuina dispensa-
tio in adiutorium senis euidentissimis reuelationibus vocauit. Expletis autem cen-
tum & sedecim annis, relicta sede ipsi Alexandro, fructum laborum suorum a Do-
mino recepit.

S. Narcis-
sus falso
criminis
accusatur.

Degit in
solitudine
multis an-
nis sancti-
sime.

Diuinitus
puniuntur
criminato-
res impij.

Obit felici-
ter.

De Zeno-
bio Euseb.
8. cap. 25.

Ipsa die, apud Sidonem urbem, natalis sancti Zenobij presbyteri, qui persecutio-
ne Diocletiani martyrio coronatur.

In Gallia, Vienna ciuitate, depositio sancti ac beatissimi Theodarij Abbatis &
confessoris. Et translatio ipsius in loco vallis Rupianæ.

III. CALENDIS NOVEMBRIS

Die 30.
De Marcell.
Surius Tō. 5.

Ciuitate Tingitana, passio sancti Marcelli centurionis, qui capitis abscisi.
Cone martyrium consummauit, sub Agricolano, agente vices præfectorum
pratorio.

Euseb. li. 3.
c. 18. & 21.

Apud Africam, natalis martyrum numero ducentorum viginti.
Apud Antiochiam, beati Serapionis Episcopi, eruditi viri & fide clarissimi.
* Item passio sancti Feliciani cum socijs suis.

* Ciuitate

SURIUS

q. ter
Nomen

RVITI

5

* Ciuitate Capua, depositio sancti Germani Episcopi & confessoris, cuius animam in sphaera ignea beatus Benedictus Abbas vidit ab Angelis in caelum deferri.

PRIDIE CALENDAS NOVEMBRIS.

Roma, natale beati Nemesij diaconi, & Lucillia filiae eius, quos sanctus Pontifex Stephanus baptizauit: Quique ipsum Nemesium diaconum constituit, temporibus Valeriani & Gallieni. Qui decreuerunt, vt vbiq̄ inuentus fuisset Nemesius, sine audientia puniretur. Nemesius autem Christi gratia roboratus, circuibat cryptas, & concilia martyrum, vt vbiq̄ reperisset Christianum aliquem egentem, prout poterat, de facultatibus suis ministraret. Veniens verò in via Appia noctis silentio iuxta templum Martis, comperit Valerianum & Maximum in templo Martis sacrificare. Flexis itaque genibus orauit Dominum, dicens: Domine Deus creator caeli & terrae, dissipa consilia artis diabolicae in nomine Domini nostri Iesu Christi filij tui, quem misisti in hunc mundum, vt respiciant hi infelices à laqueis diaboli. Statim igitur Maximus Consul à diabolo arripitur, & magna voce clamare coepit: Nemesius Christianus me incendit, eius oratio me affligit. Egressi verò quidam de templo, tenuerunt Nemesium, & dum contumelijs eum afficerent, subito Maximus expirauit. At illi tenentes Nemesium duxerunt ad Valerianum. Dicitque ei Valerianus: Nemesi vbi est prudentia tua, quam semper cognouimus, & in consilio, & in actibus? Nos te hortamur, cogita veritatem, non deferas deos, quos semper ab ipsis cunabulis coluisti. Nemesius diaconus plenus lachrymis respondit: Ego quidem infelix atque peccator semper deserui veritatem, & effudi sanguinem innocentem, & iam nimis oneratus atque cum latus peccatis, licet sera poenitudine cognouerim creatorem meum, misericordiam Christi filij Dei adeptus: Hunc timeo, ipsum adoro, ipsi cultum meae seruitutis offero. nam omnia idola lapidea manufacta abijcio. Iratus Valerianus, iussit eum in priuata custodia mancipari: & post tertium diem exhibetur Valeriano & Gallieno, & filia eius Lucilla. Quae ante patris interrogationem fecerunt puniri, credentes, quòd sic potuissent animum beati Nemesij emollire. Sed ipse, cuius interiora possidebat spiritus sanctus, latior de martyrio filiae factus, in confessione Christi ardentior efficitur. Et cum nullo modo à fide Christi flecti eum posse viderent, iusserunt eum duci ad supplicium. Decollatus verò est via Appia ante templum Martis, viij. Calendas Septembris. Eiusque corpus à beato quidem Stephano Papa in eodem loco sepultum, sed à beato Sixto Pontifice postea leuatū, pridie Calendas Nouembris iuxta eandem viam Appiam in crypta venerabilis curatum.

In Gallijs oppido Viromandensi, natalis sancti Quintini martyris. Qui sub Maximiano Imperatore martyrium passus est, & post annos quinquaginta quinque, inuentum est reuelante Angelo corpus eius, & sepultum octauo Calendas Iulias.

* Eodem die, sancti VVolfgangi Episcopi & confessoris.
* Item Vigilia omnium Sanctorum.

MENSIS NOVEMBRIS HABET

DIES XXX. LVNAM VERO TRICESIMAM.

CALENDIS NOVEMBRIS.



FESTIVITAS Sanctorum omnium. Petente nanque Papa Bonifacio, iussit Phocas Imperator, in veteri sano, quod Pantheon vocabatur, & à Domitiano prius factum erat, ablati idololatriae sordibus, ecclesiam beatae semperque Virginis Mariae, & omnium martyrum fieri: vt vbi quondam omnium, non deorum, sed demoniorum cultus agebatur, ibi deinceps omnium fieret memoria Sanctorum: quae ab illo tempore Calendis Nouembris in vrbe Roma celebris & generalis agitur. Sed & in Gallijs monete sancta recordationis Gregorio Pontifice Maximo, piissimus Ludouicus Imperator, omnibus regni & imperij sui Episcopis consentientibus, statuit, vt solennitas festi-

Die 11.
De his in
vita S. Ste:
phani Pa:
pa. 2. Au:
gusti antè
medium:

S. Nemesij
filia in co:
spe dū eius
cruciatur.

Nemesij
capite ca:
ditur.

De Quinti
no Surtis
Tomo 5.

Die 1.
De omnib.
Sanctis vide
Surti To:
mo 6.

Festū om:
niū Sancto:
rū, quando
& à quib.
institutū.

Apud Viennam, sancti Domnini confessoris & Episcopi gloriosi.
Eodem die, depositio sancti Huberti Episcopi & confessoris.

PRIDIE NONAS NOVEMBRIS

A pud Alexandriam, beati Hierij presbyteri, viri acris ingenij, in diuinis scri-
pturis nobiliter eruditi, vita purissimi, atque ad Christianam philosophiam
nudi penitus & expediti, doctoris Ecclesie incomparabilis, priuatum & publice
mirabiliter disputantis. Hic quieuit tempore Philippi Imperatoris.

In Gallijs ciuitate Rotenis, natalis sancti Amantij Episcopi, cuius vita sanctitate
& miraculis extitit gloriosa.

* Augustoduni, sancti Proculi Episcopi.

* Item sanctarum virginum Modeste & Perpetue.

NONIS NOVEMBRIS.

Z Acharia Propheta, patris Iohannis Baptista.

In Tarracina ciuitate Campanie, natalis sanctorum Felicis presbyteri, &
Lutebii monachi, temporibus Claudij Imperatoris. Qui videlicet Eusebius, cum se-
pelisset sanctos martyres Iulianum & Casarium, & ad sepulcra eorum orans & ie-
iunans multos conuerteret ad fidem, quos Felix presbyter baptizabat, tenti sunt am-
bo à Leontio filio Leontij consularis, ob eam maximè causam, quia Casarius patrè
eius Christianum fecisset. Et ad forum eius ducti, nec superati, indè carcere reclusi,
& nocte eadem, cum sacrificare nollent, decollati sunt, atq; in fluuium iactati. Quo-
rum corpora venerunt vsque ad mare, & reiecta sunt ad litus, atque à presbytero
quodam de Capua, nomine Quarto, inuenta. Qui ea mox imposita vehiculo, dux-
it in casam suam, & curiosè quærens etiam capita inuenit: adiunctaq; corporibus,
sepeliuit iuxta, sanctum Casarium.

* Capua ciuitate, sanctorum Eusebii, & Quarti, & Pardi martyrum.

VIII. IDVS NOVEMBRIS.

T Oniza Africa, natalis sancti Felicis. In huius solennitate quendam psalmum
beatus Augustinus videtur exponere ad populū, vbi inter cætera, de eius passio-
ne loquitur, dicens: Felix martyr, verè felix & nomine & corona, cuius hodie dies
est. Noueritis autè fratres, non eū passum mortem, quam alij martyres passi sunt:
confessus enim, dilatus est ad tormenta: alio die inuentū est corpus exanime. Clau-
serant enim illi carcerem corpori, non spiritui. Quem illic parabant torquere & car-
nifices, absentem inuenerunt. Perdiderunt fauistiam suam: iacebat exanimis, sine
sensu illis nè torqueretur: cum sensu apud Dominum, vt coronaretur.

In Oriente, ciuitate Theopoli, sanctorum decem martyrum, qui sub Saracenis
passi leguntur in gelis sanctorum quadraginta.

* In ciuitate Regidonas, depositio sancti Melanij Episcopi & confessoris.

* Item eodem die sanctorum Leonardi confessoris, discipuli sancti Remigij E-

VII. IDVS NOVEMBRIS.

A pud Alexandriam, Achille Episcopi, eruditione, fide, conuersatione, & mori-
bus insignis.

Eodem die, natalis sancti Amaranti martyris, qui apud Albigensem urbem, ex
acto agonis fidelis cursu, sepultus viuit in gloria. Cuius sacrum sepulcrum, virtute
Christi, miraculis frequentibus illustratur.

Apud Perusinam Italiae urbem, natalis S. Herculani Episcopi & martyris.
Item Epternaco monasterio, natalis sancti Villebrordi Episcopi & confes-
soris.

* Item sanctorum Rufi Episcopi, & Herculani presbyteri & martyris.

VI. IDVS NOVEMBRIS.

R oma: natalis sanctorum martyrum Claudij, Nicostrati, Symphoriani, Casto-
rij, & Simplicij, imperantibus Diocletiano & Maximiano. Hi cum essent
artifices insignissimi, & marmorum cesores probatissimi, Imperatori Diocletiano
valde facti sunt accepti. Cum itaque tempore quodam essent quadraturis marmo-
rum intenti, & artem suam signo Crucis munirent, & ad voluntatem ipsorum ar-
tificium fieret, horum vnus Simplicius, qui adhuc pagano errore tenebatur, dixit
ad quatuor reliquos: Adiuo vos per deum Solem, vt quis iste Deus sit, dicatis mi-
hi, in cuius nomine vos tam bene operamini. Cui Symphorianus: Si potes, credere,
dicemus tibi, & mox artem consequeris: sed & vitam æternam habebis. Quem cum

m m

in fi.

De Huber-
to vide su-
rium.

Die 4.
* ad Pierij
Hier. de vir
illust. c. 86.

* for. mar-
tyris.

Die 5.
de his in vi-
ta S. Casar-
rij. Nouè-
bris.

Felix & Eu-
sebius de-
collantur.

Die 6.
Psal. 7.

De SS. Leo-
nardo &
Vinnoco
Suri. T. 6.
Die 7.
Euseb. li. 7.
cap. vii.

Gre. 2. dial.
cap. 13.
De villeb.
Surius.

Die 7.

Sancti ar-
te sua Cruce
muniant.

SURIUS

quod
Novembris
RVIII
5

* for. Pro
conneſſio

in fide ſociatum beato Cyrillo Epifcopo conſignaffent, iſdem Epifcopo baptiza-
uit eum, & Chriſto Domino credere informavit. Non multo poſt accuſati à Phi-
loſophis, quòd Chriſtiani eſſent, & quod deum Aefculapiũ fingere, ſicut præcepe-
rat Imperator, ex marmore Porphyretico & * Proconſiſſo noluiſſent, Diocletianus
iuſſit cuidam tribuno nomine Lampadio, ſub moderatione verborum eos audi-
ri. Quibus iſdem Lampadius, dixit: Adorate deum Solem, vt deſtruatis conſilium
Philofophorum. Qui reſpondentes dixerunt: Nos nunquam adoramus facturam
manuum noſtrarum, ſed adoramus Deum cali & terra, qui imperat in æternum,
Ieſum Chriſtum filium Dei: Recluſi ſunt igitur in cuſtodia publica. Inde cum mu-
tari à fide Chriſti non poſſent, iubente Lampadio expoliatur, & ſcorpionibus gra-
uiſſimè cæduntur. Mox Lampadius à dæmonio correptus expiravit. Hoc factum
cum audiſſet Diocletianus, nimio furore plenus, iuſſit cuidam Nicetio rogato, vt
in loculis plumbeis vivi includerentur, ac ſic in fluvium præcipitarentur. Poſt di-
es autem quadragintaduos venit quidam Nicodemus Chriſtianus, & leuavit cum
iſſis loculis corpora martyrum, & in domo ſua honorificè poſuit. Paſſi verò ſunt
ſexto Idus Nouembris.

Scorpioni-
bus caſi in
flumen de-
merguntur.

* Martyres
occiduntur.

Eodem die Romæ, natale ſanctorum quatuor Coronatorum, id eſt, Seueri, Sene-
riani, Carpophori & Victorini. Hi cum impellerentur ad ſacrificandum, reluſtan-
tes, nec conſenſum impijs præbentes, perſiterunt in fide. Nunciarum eſt autem Di-
ocletiano Imperatori: qui ilico iuſſit vt ante ſimulacrum Aefculapij iſtibus plum-
barum caſi deſicerent. Quorum corpora iuſſit in platea canibus iactari & iacue-
runt ibi diebus quinque. Tunc pij Chriſtiani venerunt, & collecta corpora ſepe-
lierunt in via Lauicana, miliario ab Vrbe tertio, in arenario, iuxta corpora ſancto-
rum martyrum Claudij, Nicoſtrati, Symphoriani, Caſtorij & Simplij. Paſſi ſunt
autem ſexto Idus Nouembris, poſt duos tamen annos paſſionis horum quinque
martyrum. Cum autem nomina eorum minimè reperirentur, ſtatuit beatus Mel-
chides Epifcopus, vt anniuerſaria quatuor Coronatorum dies ſub nominibus ſan-
ctorum quinque martyrum recoleretur. Intercurrentibus tamen annis, cuidam
ſancto viro etiam nomina eorum reuelata ſunt. Feſtiuitas verò vt fuerat ſtatuta,
celebris in aliorum martyrum feſtiuitate permanſit, ac locus quatuor Coronato-
rum nomine inſignis.

Quatuor
coronati
cur, & à
quo primũ
vocatũ.

* Itẽ ipſo die ſancti V Vilchadi Epifcopi & confeſſoris.

V. IDVS NOUEMBRIS.

Die 9.
De Theod.
Surius To.
6. ex Greg.
Nyſſeno,
& Meta-
phra.

Natale ſancti Theodori martyris, temporibus Maximiani & Maximini Imp-
ratorum. Qui cum eſſet miles, & verè Chriſtianus, adductus eſt ad Brincam præ-
poſitum legionis, à quo dilatione accepta, vt ſententiam fidei mutaret cum in ſen-
tentia irreuocabiliſſe permaneret, iudici ac populo ſiſtitur. Qui iuſſit eum mitti
in carcerem, & ſignari oſtium carceris: vbi diuina conſolatur viſitatione. Poſt ali-
quot dies iterum adductus ante Præſidem, ſuſpenſus eſt in ligno, & vngulis ferreis
latera eius rafa, quouſque coſte ipſius nudarentur. Et cum nec ſic poſſet à fide di-
uelli, Præſes dedit ſententiam, dicẽs: Theodorum non obtemperantem præceptis
inuidiſſimorum Imperatorum, potentiaque deorum, credentem verò Ieſum Chri-
ſtum crucifixum, iubeo ignibus tradi. Igitur beatus martyr ſignaculo Crucis mu-
nitus, manibus poſt tergum ligatis, in focos propellitur. Et proſpiciens, videtur tur-
ba lachrymantem Cleonicum, qui cum eo tyro adductus fuerat. Et exclamans di-
xit: Cleonice, expecto te. Feſtina, & ſequere me. Et cum iam flammarum globis vn-
diq̃ue vallaretur beatus martyr, orationem fudit, laudans & glorificans patrem, &
filium, & ſpiritum ſanctum. Sicque ſanctam animam Chriſto reddidit v. Idus No-
uembris. Quædam autem mulier Euſebia nomine collegit corpus eius, & ſindone
munda inuoluens tranſtulit in poſſeſſionẽ ſuam, in locũ, qui appellatur Euchaita.

De Vrſci-
no Turon.
de glo. con-
ſeſſ. c. 20. a-
pud Suriu.
de paſſione
imaginis
vide Suriũ.

Itẽ eodem die apud Bituricas, ſancti Vrſcini, qui Romæ ordinatus à ſucceſſo-
ribus Apoſtolorum, primus eidem vrbi deſtinatur Epifcopus.

* Romæ ſanctorum Clementis, & Symphoriani.

* In Hispania, ſanctorum Fauſti Ianuarij, & Martialis martyrum.

* In Beryto ciuitate crucifixio imaginis Domini noſtri Ieſu Chriſti.

III. IDVS NOUEMBRIS.

Die 10.

In territorio Agatenſi, in Ceſſarione, natalis ſanctorum martyrum Tiberij, Mo-
deſti, & Florentiæ. Qui tempore Diocletiani varijs tormentis cruciati, martyri-
um compleuerunt.

DE SANCTIS MENSIS NOVEMBRIS.

415

Item eodem die, sancti Martini Papae. Qui ob fidem catholicam, ab Imperatore Constantino heretico, per Theodorum Exarchum de ecclesia raptus, ac perductus Constantinopolim, relegatus apud Chersonam Lyciae provinciae, ibidem vitam finivit, multis in eodem loco virtutum signis usque hodie refulgens.

Huius historiae adiectus Tom. 6. Suri.

* In Antiochia, sanctorum Demetrii Episcopi, Aniani diaconi, Eustossii, & sociorum eorundem.

* In ciuitate Aurelianensi, depositio sancti Monitoris Episcopi & confessoris.

III. IDVS NOVEMBRIS.

Dien.

IN Gallijs Turonis ciuitate, natalis sancti Martini Episcopi & confessoris.

De Martino Episcopo & Menna. vide Suriu Tomo 6.

Eodem die in Scythia, metropoli Phrygiae Salutaris, passio sancti Menae martyris. Qui persecutione Diocleriani & Maximiani, cum esset miles nobili genere, ex Aegyptiorum provincia ortus, abrenunciatus terrenae militiae, primum caelesti Regi secreta conuersatione in eremo militauit. Deinde natalitius praefatorum Imperatorum procedens ad publicum, ac se Christianum libera coram ipsis voce declaratus traditus est Pyrrho duci torquendus. Qui iussit eum in carcerem includi, quamdiu Imperatorum natalitia celebrarentur. Peracta igitur festiuitate, ac sedente eo pro tribunali, iussit eum suis aspectibus praesentari, cui & dixit: Hesternae die in faustae & temerariae ausus es theatrum introire, & vanissimis, nescio quibus, eloquijs prophane, maxime cum de te asseratur, nostrae fuisse militiae. Sacrifica dijs, ut omnia tibi, quae per ignorantiam gessisti, ignoscantur, & ad honorem pristinum reformeris. Ad haec beatus Mennas cum respondisset. Ego hoc seculi honore non delector, sed Christi Domini discipulus effici cupio: lubete duce extensus, & neruis bubulis manibus ligatus, tandem a militibus virgis caesus est, donec sanguine ipsius platea locus repleatur. Deinde in euleo exungulatus, & lampadibus circum latera exustus, ciclicioque plagis confricatis, per tribulos quoque & sudas ferreas ligatis manibus ac pedibus tractus, plumbatis etiam collo & maxillis grauiter contusus, in laude & confessione omnipotentis Dei immobilis permansit. Nouissimè Pyrrhus ex tabella recitari praecipit: Mennatem ex milite omnium Christianorum authorem, nolentem acquiescere praecipis Imperatorum, neque volentem sacrificare dijs, gladio animaduerti placet, & corpus eius igni comburi. Furtim itaque a Christianis corpus eius in medio ignis ereptum est, & mundis linteaminibus aromatibusque conditum, debita veneratione in coemeterio iij. Idus Nouembris repositum est. Cuius deinde sacrum corpus Constantinopolim translatum, ciuitate Regia digno honore veneratur.

S. Mennas durissime cruciatur, & caditur.

Corpus eius in medio ignis ereptum, & linteaminibus aromatibusque conditum, debita veneratione in coemeterio iij. Idus Nouembris repositum est.

Item Lugduni, sancti Verani Episcopi, cuius vita fidei & virtutum meritis, illustris fuit.

* Rauennae, SS. Feliciani & Victorini martyrum.

PRIDIE IDVS NOVEMBRIS.

Natalis Bonifacii Papae, qui Romae sedit menses octo, dies xxij. Hic obtinuit apud Phocam principem, ut sedes Apostolica beati Petri Apostoli, caput esset omnium ecclesiarum Romana, quia Ecclesia Constantinopolitana primam se omnium ecclesiarum scribebat.

Dies. Is est Bonifacii eius nominis III.

Apud Aphricam, commemoratio sanctorum Archadii, Probi, Paschasii & Eutichiani. Qui ex Hispania oriundi, cum apud Genfericum Vuandalorum Regem merito sapientiae & fidelis obsequii chari clarique haberentur, nec in Arianam perfidiam, cui ipse deditus erat, vllatenus declinari pateretur, excitato in rabidissimam iram barbaro, primum proscripti, deinde in exilium acti, tum atrocissimis supplicij excruciat, postmodum diuersis mortibus interempti, illustri martyrio mirabiliter occubuerunt. Puer autem Paulillus nomine, frater Eutichiani & Paschasii cum a professione atque amore catholicae fidei nullis minis deturbari posset, fustibus diu caesus & ad infimam seruitutem damnatus est, ideo ut apparet non occisus, ut de superata saeuitia impij, etiam illa aetas gloriaretur.

Sacri diuersis mortibus interimuntur.

Eodem die sancti Melanii Rodonicae ciuitatis Episcopi. Qui post innumerabilium signa virtutum, iugiter intentus caelo, emigravit a seculo.

Apud Viennam, sancti Ilicij Episcopi, qui post beatum Pantagatum praesedit Ecclesiae.

* Item sanctorum, Liuini martyris, & Cuniberti confessoris, Episcoporum.

De Liuino & Cuniberto vide Suriu Tom. 7. 6.

* In Casarea Cappadociae, natalis sanctorum Germani, Theophili Casarij & Eusebij.



IDIBVS. NOVEMBRIS.

Die 13.
 De Briçâ &
 Mitrio Su-
 rius.

R Auennæ, natalis sanctorum martyrum Valentini, Solutoris, & Victoris, Turonis, sancti Briçij Episcopi & confessoris.

In prouincia, apud ciuitatem Aquis, beati Mitrij clarissimi martyris.

* Apud Viennam, sancti Leonici, eiusdem Ecclesiæ miraculis clari.
 * Rotenis ciuitate, sancti Amantij Episcopi & confessoris.

XVIII. CALENDAS DECEMBRIS.

Die 14.

A Pud Thraciam ciuitate Heraclea, natalis sanctorum martyrum Clementini, Theodoti, & Philomini.

De Serap.
 Dionys. A-
 lexãd. apud
 Euseb. li. 6.
 ca. 34. Ruf.
 31.

Apud Alexandriã, beati Serapionis, quem persecutores sub Decio, in domo sua repertum, crudelissimis affecerunt supplicijs, ita vt omnes ei iuncturas membrorum prius soluentes, de superioribus eum precipitarerent, ac sic Christi martyri efficeretur.

* Item sancti Eraclij Episcopi & confessoris.

XVII. CALENDAS DECEMBRIS.

Die 15.

N Atalis sancti Felicis Episcopi, qui à quintodecimo ætatis suæ anno miraculo- rum gloria insignis fuit, & sub Martiano præside, cum alijs triginta, martyri- um compleuit. Corpus eius Elpidius presbyter, in Nolensi ecclesia sepeliuit.

Item sancti Eugenij Archiepiscopi & martyris.

XVI. CALENDAS DECEMBRIS.

Die 16.
 De Eucher
 Petr. Gale.
 sin. in præ-
 fatiõe ope-
 rum eius.

N Atalis sancti Eucherij Lugdunensis Episcopi, admirandæ fidei, vitæ & doctri- næ viri. Qui ex nobilissimo senatorum ordine ad religiosam vitam habitumque con- uersus, diu in agro suo super fluuium Durentiam intra septa speluncæ sponte conclusus Christo seruiuit, ieiunijs & orationibus vacans. Defuncto autem pontifice Lugdunen- si, cum vniuersa Ecclesia iuxta morem à se antiquitus obseruatam, triduanis ieiunijs & obsecrationibus, qui gubernationem eiusdem Ecclesiæ suscipere deberet, sibi posce- ret à Domino reuelari: cuidam puero apparens in visu Angelus Domini, Est, inquit, senator quidam Eucherius nomine, super fluuium Durentiam retrusus in specu, qui reli- ctis omnibus quæ possidebat sequutus est Dominum. Ad hunc deducendum pergit & vobis pastorẽ illum constituire, quoniã à Deo electus est. Quod cum puer senioribus diluculò retulisset, omnipotenti Deo, cunctis fratribus cõuocatis, gratias egerunt: missoque cum clericis ad præfatum locum Archidiacono, qui tunc Ecclesiæ curam gerebat, inuenerunt eum, sicut eis Dominus reuelauerat. Cumque illi Archidiaconus rem, propter quam venerat, retulisset: coepit cum iuramento dicere, se voluntariè de specu non egressurum, nec cum eo, nisi ligatus duceretur, iturum. Cumque diu talia repeteret, Archidiaconus effracto muro speluncæ eduxit eum, & iuxta quod ipse iurauerat, vinetum perduxit Lugdunum. Què pari animo, vnoque cõsensu Clerus & populus sibi eligens sacerdotem, in pontificali cathedra solenniter collocauit. Huius vxor Galla, in sancto habitu Deo seruicis, speluncam eius ingressa, omne illic vitæ sue tempus in studio religionis exegit. Duæ ipsorum filiarum, quarum vna Consortia, al- tera Tullia vocabatur, virginitatis gratia & signorum gloria claruerunt.

Diuinitus
 eligitur E-
 piscopus.

* Eodem die in Sueuia monasterio sancti Galli natalis beati Othmari, eiusdem monasterij post obitum sancti Galli, primi Abbatis.

XV. CALENDAS DECEMBRIS.

Die 17.
 De Aniano
 Suri. T. 6.
 & Turon. E.
 ibidem.

C iuitate Corduba in Hispanijs, passio sanctorum martyrum Asciseli, & Victoriz, vbi ob commendationem preciosæ mortis eorum eodem die rosæ ortus diui- nitus colliguntur. Aurelianis, sancti Aniani Episcopi.

Viennæ, sancti Manati Episcopi & confessoris.

De Dionys.
 Euseb. li. 6.
 ca. 33. & de-
 inceps.

Eodem die apud Alexandriã, beati Dionysij Episcopi, in multis sæpè confessio- nibus satis clari, & pro passionum tormentorumque diuersitate magnifici, tempo- ribus Imperatorum Valeriani & Gallieni. Denique refertur, insectantibus se persecu- toribus cum ipse adstaret iudici, respondisse: Quid insectando laboratis? Caput me- um pro quo magno opere fatigamini, auulsum ceruibus sumite, & donum magnum ad Tyrannum & Imperatorem vestrum ferte. Præses autem Aemilianus erat. Ante quem cum Dionysius vnum solum Deum prosequeretur, qui caelum fecisset & ter- ram, huncque diceret adorandum, ceteros autem neque esse deos, neque ado- rari debere: in castrum quoddam, quod Cefro appellatur, in exilium traditur, ob hoc præcipue electum, quod loci incolæ gentiles erant, & idolorum superstitioni- bus

SURIUS

guber-
 nator
 RVIII
 5

bus satis dediti. Qui exulem Dionysium primo hostili animo & satis aduersa mente suscipiunt: post vero cum paulatim per Domini gratiam verbum Dei his seminare cepisset, pars maxima truces & barbari populi, relictis idolis, conuersa est ad Dominum verum, Christoq; subiecta. Quo conperto, rursus eum ad alium locum, vicinum quidem Alexandria, sed incolis desertum, ac penè habitatoribus vacuū trāsulerunt. Sed & ibi cum pro vrbis vicinitate numerosus populus eum frequenter, & tanquam pastore recepto grex lætior & cōstantior agonibus redderetur, rursus missis cum Centurione militaribus viris, ipsum Dionysium, & cum eo Gaiū & Petrum catenis constrictos, & diuersis cruciatibus afflictos, in deserto quondā Lybie pertraxerunt, ibique eos in loco squalidissimo, & omni vsu humanitatis carente, a Parçtonio trium dierum itinere in desertum protento, nexos vinculis reliquerūt. Tunc tempore etiam Maximus presbyter & Dioscorus, Demetrius quoque & Lucius, necnon Faustinus atque Aquila, satis clari & insignes titulo confessionis effecti sunt. Interea beatus Dionysius regressus Alexandriam senio grauatus quieuit in pace, decem & septem annis functus sacerdotio.

- * Item natalis sancti Gregorij Episcopi & martyris apud Pontum.
- * Item sancti Iohannis monachi.

Obit in pā
cc.

De Grego.
4. To. Surij
3. Iulij.

XIII. CALENDAS DECEMBRIS.

Antiochia, natale sancti Romani, qui reפורibus Diocletiani, cum Asclepiades Prefectus Ecclesiā irrumpere, eamq; funditus conaretur euertere, ceteros Christianos hortatus est, vt ei contradiceret. Vnde eū protinus vincū sibi exhiberi iussit, & Christum constantissimè confitentē, primū extendi eculco, deinde plūbatīs grauitè & fustibus cędi, post hæc etiam nouacula acutissima maxillas ei radi fecit. Tunc ad petitionem eius puerum paruulū induci præcepit. Quē Romanus Christi nomen inuocans, vtrum vnum, an plures deos melius esset colere, interrogauit, vt ex eius confessione Prefectus confunderetur. Cumque puer vnum Deum solum credendum esse dixisset, indignatus Asclepiades, eum suspendi eum, ac verberari, & postremo etiam decollari iussit. Erat autē nomē puero Baralas, Romanus verò rursus eculco suspensus, vngulisq; exaratus, ad rogam ardentem, in quē præcipitaretur, perductus est. Sed orante eo, venit repente imber inundans, & extinxit ignem. Post hoc iussit ei linguam abscindi. Quo facto, cum Christum voce clarissima collaudaret, reclusus in carcerem, ad extremū laqueo strangulatus est.

Die 18.
De Romā.
Euseb. li. 8.
c. 11. & Surij
To. 6.
ex Chryf.

Eodem die in eadē vrbe natalis sancti Esichij, qui sub præfate Imperatore cum esset miles, & præceptum audisset, vt quisquis non sacrificaret idolis, cingulum militiæ deponeret, repente cingulum soluit. Ob hanc causam Imperator colobio indutum, primò in gynecium eum dedit: deinde ligato in dextera eius saxo ingenti, in fluuium præcipitari iussit.

Romanus
laqueo strā
gulatur.
De Esichio
Euse. vt supra
lib. 8.
cap. 12.

- * In Hispanijs ciuitate Corduba, S. Acifoleni.
- * Item Eraclea, S. Cortherij, & aliorum quadraginta.

XIII. CALENDAS DECEMBRIS.

Romæ, S. Gelasij Papæ, qui sedit in Episcopatu annos quatuor. Hic Messenum Episcopum, quem Felix antecessor ipsius damnauerat, reuocauit, & cōmunio ni Ecclesiæ restituit. Hic libros aduersus Eutychem & Nestorium composuit.

Die 19.
De eo Pōa
tific. ca. 51.

Item Romæ via Appia, natalis sancti Maximi presbyteri & martyris, qui persecutio Maximi passus, positus est ad sanctum Sixtum.

Apud Viennam, sanctorum martyrum Seucrini, Exuperij & Feliciani. Quorū corpora post multa annorum curricula ipsis reuelantibus inuenta, & à Pontifice vrbis, Clero & populo honorificè sublatā, in basilica sancti Romani, quę iam dictę ciuitatis parte orientali sita est, condigno honore condita sunt.

Die eodem, natale sancti Fausti martyris. Huic tantum fiducia & magnanimitas per Dei gratiam datum est, vt cum ad eos qui in carcere tenebantur fratres. nemmo prorsus humanitatis & ministerij causa permitteretur accedere, iste vnā cum collega suo Eusebio indefinenter necessaria ministraret. Et cum per dies singulos Præsidis furor cresceret, ingulando alios, alios supplicij & diuersis cruciatuum generibus affligendo, squalore carceris & catenarum ponderibus enecando, & super omnia præcipiendo, nequis ad eos prorsus accederet, vt & inedia quasi aliud tormenti genus adhiberetur: concessit tamen Deus huic diacono, & collegę eius gratiam, vt inuitis omnibus eis ad confessores Christi non negaretur accessus.

De Fausto
Dionys. Cal.
xand. 7. li.
Euse. c. 10.

SURIUS

q. bar
nomer
RVIII
5

418 MARTYROLOG. ADONIS ARCHIEP. TREVIR.
Grandæus igitur & plenus dierum confessor perdurans, perfecto martyrio beatus
Fautus obtruncatione capitis consummatus est.

* In Eraclea, sanctæ mulieres cum viduis quadraginta.
* Augustoduni, sancti Simplicij Episcopi & confessoris.

XII. CALENDAS DECEMBRIS.

Die 20.
* Philippo
De eo Pon
tiscal. c. 19.

Romæ, natalis sancti Pontiani Papæ. Qui, Maximino aduersus Ecclesiarum sa-
cerdotes persecutionem commouente, cum * Hippolyto presbytero Sardini-
am deportatus, ibique fustibus mactatus, martyrium consummavit. Corpus eius à
beato Fabiano Papa relatum, atq; in cœmeterio Calixti sepultum est. Sedit autem
in Episcopatu annos nouem, menses quinque, dies duos.

De Syluest
Turonē. de
glo. confes
cap. 85.

Apud Siciliam ciuitate Messana, sanctorum Ampelij & Caij.
Apud Cabilonem, beatissimi Syluestri Episcopi & confessoris, qui quadagesimo
secundo anno sacerdotij sui, plenus dierum atq; virtutum, migravit ad Dominum.
* Item Regensfledis virginis.

XI. CALENDAS DECEMBRIS.

Die 21.
Rom. 16.
De eo Su-
rius To. 6.

Natastis beatissimi Rufi, de quo Apostolus Paulus ad Romanos scribit: Saluta-
re Rufum electum meum, & matrem eius & meam.
In Italia monasterio Bobio, depositio sancti Columbani Abbatis, qui multo-
rum cœnobiolorum fundator, & innumerabilium pater exitit monachorum, mul-
tisq; virtutibus clarus, quæuit in senectute bona.

X. CALENDAS DECEMBRIS.

Die 21.
Surius de ca
Tom. 6. ex
Metaphr.

S. Cæcilia
multos co
uertit.

Ab igne no
leditur.

Exitus eius.

* for. Ale-
xandri.

Die 21.
De Clemē-
te Surius ex
Metaphr.

S. Clemens
relegatur
in exilium

Præcipita-
tur in ma-
re.

Romæ, natalis sanctæ Cæciliæ virginis, quæ sponsum suum Valerianum & fra-
trem eius Tiburrium ad credendum Christo perducit, ac deinde ad martiri-
um incitauit. Hæc Almachius post martyriū eorum teneri fecit, & vt thura demo-
nibus poneret impelli. Apparitores verò attēdentes nimium decorē & prudenti-
am eius, rogabant eam, ne tale decus amitteret, & tantā pulchritudinem in mortē
daret. At illa consiliū pietatis eis sufficiēter insinuās, & de gratia omnipotentis Dei
eos informans, cū ad credendū Christo permotos cerneret, dicit eis: Ite, dicite infe-
lici Almachio, quod ego inducias petā: vt hic intra domū meam faciā venire qui
vos omnes faciat vitæ æternæ participes. Veniēs igitur Papa sanctus Urbanus, bap-
tizauit pl^u minus quā quadringētos promiscui sexūs homines: Inter quos vnus cla-
rissimus vir erat nomine Gordianus. Iterum Almachius beatā Cæciliam sibi præ-
sentari iussit. Et cū in superabilem eam in confessione fidei permanere videret,
iubet vt ad domum suam duceretur, & ibi flāmis balnearibus concremaretur. Vbi
inclusa die integro & nocte, quasi in loco frigido integra persistit sanitate, cū
semper incendia lignis congeltis ministrarentur. Quod audiens Almachius, misit
qui eam decollaret. Quā spiculator tercio ictu percussit, sed caput eius amputare
non potuit. Superuixit autem triduo. Tunc sanctus Urbanus corpus eius auferens
noctē, sepeliuit inter collegas suos Episcopos. Passā est autem beata virgo Marci
Aurelij & * Commodi Imperatorum temporibus.

IX. CALENDAS DECEMBRIS.

Romæ, natalis sancti Clemētis, qui sub persecutione Traiani, martyrio corona-
tur. De quo Apostolus Paulus ait: Cū Clemēte & ceteris cooperatoribus me-
is, quorum nomina sunt in libro vitæ. Hic septē regiones diuisit notarijs fidelibus
Ecclesiæ, qui gesta martyriū sollicitè & curiosè perquirerent. Hic ex præcepto beati
Petri suscepit Ecclesiæ Pontificatū. Linus & Cletus, idē ante eum scribuntur, quia
ab ipso principe Apostolorū ad ministerium sacerdotale Episcopi sunt ordinati.
Hic quartus post Petrū Romæ Episcopus, (siquidem secundus Linus, tertius Cletus
prænominati) sub persecutiōe Traiani, trās Ponticū mare in eremo, quod adiacet
ciuitati Cersona, relegatur exilio. Vbi cū per doctrinā eius plures cōuerterentur
ad Dominum, pagani insistentibus, inuidiosa relatio cucurrit ad Imperatorē Tra-
ianum, quæ diceret ibi per Clementem Christianum populum accreuisse. Qui mi-
sit Ducem Aufidianum, qui multos Christianos occidens, cum videret fixum in
omnibus beatum Clementem, & penitus mutari non posse, iussit præcipitari eum
in medio mari, ligata ad collum eius anchora. Taliq; martyrio discipulus Pe-
tri coronatur: & nominis eius memoriam vsque hodiē Romæ extructa Ecclesia
custodit. Tunc etiam illustrissima & beatissima Dei famula Flauia Domitilla, quæ
fuit Flauij Clementis consulis ex sorore neptis, & a sancto Clemente sacro vela-
mine

mine ad integritatis perseverantiam traditur consecrata, ob testimonium quod Christo perhibebat, cum alijs plurimis in insulam Pontianam exilio deportata, lō gum inibi martyrium duxit.

Eodem die, natale sanctæ Felicitatis, matris septem filiorum martyrum, quæ iu-
bente Antonino decollata est pro Christo. Idem enim Imperator iniunxerat Pre-
fecto urbis Publio, ut eam compelleret cum filijs suis deorum sacrificijs inclinari.
Qui blando alloquio ad sacrificium eam prouocans, minatur poenarum interitū.
Cui beata Felicitas: Nec blandimentis tuis resolui potero, nec terroribus frangi.
habeo enim spiritum sanctum, qui me non permittet vinci à diabolo, & ideò secu-
ra sum quia viuam te superabo, & si interfecta fuero, melius te vincam occisa. Dein-
de alia die sedit Prefectus in foro Martis, iussitque eam adduci cum filijs suis, cui &
dixit: Misere filijs tuis iuuenibus bonis, & flore primæ iuuentutis florentibus. Bea-
ta Felicitas respondit: Misericordia tua impietas est, & exhortatio tua crudelitas
est. Et conuersa ad filios suos dixit: Videte filij cælum, & adspicite vbi vos expectat
Christus cum sanctis suis. Pugnate pro animabus vestris, & fideles vos in amore
Christi exhibite. Audiens hoc Publius, iussit eam alapis cædi. Tunc conuocans fi-
lios eius, cœpit cum eis agere ut sacrificarent. Ianuarius respondit: Stulta suades. nā
sapientia Domini me confortat, & faciet me omnia tormenta superare. Statim iu-
dex iussit eum virgis cædi, & in carcerem recipi. Felix dixit: Vnus est Deus, quem
colimus, cui sacrificium piæ deuotionis offerimus. Vnde tu nē credas, aut me, aut
aliquem fratrum meorum à Domini Iesu Christi amore recedere: & si immincāt
verbera, fides nostra nec vinci potest, nec mutari. Philippus dixit: Isti de quibus di-
cis, nec dii sunt, nec Omnipotentes, sed sunt simulacra vana & misera, & insensibi-
lia, & qui eis sacrificare voluerit, in æternum peribit. Syllanus dixit: Nos si transi-
torium timuerimus interitum, æternum incurremus supplicium: & quoniam ve-
rè nouimus quæ præmia sunt parata iustis, & quæ poena sit constituta peccatoribz,
idcirco Romanas leges contemnimus, ut iussa diuina seruemus. Alexander dixit:
Ego seruus Christi sum, ore confiteor illum, corde tenco, incessanter adoro. In-
firma ætas quam vides, canam habet prudētiā. Vitalis dixit: Melius viuūt, qui ve-
rum Deum colūt, quàm qui dæmonia optat habere propitia. Martialis dixit: Om-
nes qui non confitentur verum Deum esse, in æternum incedium erunt. Iudex ve-
ro omnia scriptis Antonino innouit. Quos ille iussit diuersis supplicijs interire,
matre nouissimè consummata.

Vico Sarchinio, depositio sancti Trudonis presbyteri & confessoris.

VIII. CALENDAS DECEMBRIS.

Roma, natale sancti Chryfogni martyris. Qui per biennium iussu Diocletia-
ni coniectus est in vincula, vbi multa perpeffus, sanctæ Anastasiæ alimonijs
fouebatur. Cum igitur beatam Anastasiam zelans vir eius Publius custodibz adhi-
bitis ita clausisset, ut nec per cuiuscunq; fenestram aditum adspectaret, ad hunc con-
fessorem Christi Chryfognum, qui eam in Christo erudierat, talia scripta dirigit:
Sæcto cōfessori Christi Chryfogono, Anastasia. Licet pater meus cultor fuerit ido-
lorum, mater tamen Fausta Christianissima semper vixisse probatur & casta. Hac
me inter ipsa cunabula fecit fieri Christianam. Post cuius excessum sacrilegi iu-
gum mariti suscepi. Cuius, Deo miserante, torum mentita infirmitate, decli-
nans, die noctuque Domini nostri Iesu Christi amplector vestigia. Cum iste patri-
monium meum, ex quo illustratur, cum indignis & turpibz idololatriæ exhauriat,
me quoque velut magnam atque sacrilegam custodiæ tam grauissimæ mancipa-
uit, ut vitam me corporalem amittere suspicer. Nihil enim superest, nisi ut emissio
spiritu, morti succumbam: in qua morte licet gloriæ de confessione Domini no-
stri Iesu Christi, tamen in eo mens mea valde conteritur, quod opes meæ, quas ego
ex asse Deo voueram, alienis à Deo, & turpibus inferuiunt. Et idcirco deprecor te
homo Dei, ut instanter Dominum depreceris, ut aut ad fidem suam venturum si
præuidet Publium, sinat viuere: aut si præuidet eum in hac incredulitatis peruersi-
tate mansurum, iubeat eum dare locum suis cultoribus. Melius est enim ei exha-
lare spiritum, quàm Dei filium denegare, & cum confidentes impedire. Erenim
Omnipotens testis est Christus, quoniam si liberata fuero, sanctorum vestigijs ad-
harebo, & curas omnium sollicitè exercebo, ut cœperam. Vale vir Dei, & memen-
to mei. Cum hanc Epistolam legisset Chryfognus, oratione facta cum multis

m m 4 con.

De ea To.
4. Surij, 10.
Iulij.

S. Felicitatis
virilis
animus.

Cum filijs
interimi-
tur.
De Trudo
ne Sur. T. 6.

Die 24.
De Chry-
fognone le-
ge gesta
Anastasiæ
mart. 23.
Decemb.

Anastasiæ,
Epistola.

Vides vota
etiā anti-
quis patri-
bus fuisse
in usu.

SURIUS

q. bar
nomen
RVIII
5

confessoribus, ita rescriptit. Fluctuanti tibi inter procellas & turbines mundi, citò super vadas deambulans Christus adueniet, & diaboli aduersum te flantem spiritum vno iussione sua sermone compeffet. Patienter, & quasi in medio mari posita, crede ad te Christum esse venturum, & ad te ipsum conuersa, exclama cum propheta, dicens: Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus. Geminum diuini muneris probatur indicium, cum tibi & terrena reddentur, & donabuntur celestia. Deus enim beneficium suum ad hoc extremitatibus prorahit, vt nò sit nobis vile quod præstat. Vide nè turberis in hoc, quòd pie viuenti tibi inferatur aduersa. Non enim deciperis, sed probaris. Non est tuta defensio, quam per hominem putas posse constare. Audi scripturam dicentem, Maledictus homo, qui spem suam ponit in homine: & benedictus homo, qui spem suam ponit in Deo. Caue fortiter, vigilanter, strenuè vniversa peccata, & à Deo solo quare solatiu, cuius iussa conseruas. Citò enim ad te placidum tempus conuerteret, & quasi post noctis tenebras flordum diei lumen adspicies: atque post glaciale frigus hyemis transeuntis, aurea tibi tempora & serena succedēt, vt omnibus, qui pro Christi amore affliguntur, præbeas temporales latitiam, per quam sine dubio consequeris æternam. Vale in Domino, & ora pro me. Hanc Epistolam legens Anastasia, fortiores fidei vires accepit, tantum de virtute patientiæ gloriari incipiens, quantum prius de oppressione infidelissimi viri se causabatur affligi. Igitur beata Anastasia cum ita in custodia stringeretur, vt vix ei panis quadra daretur, æstimās se in ipsa tribulatione deficere, scripsit Epistolam. Beato martyri & cōfessori Christi Chryfogono Anastasia. Finis venit corporis, memento mei, vt egredientem animam meam ipse suscipiat, pro cuius amore ista sustineo, quæ ex ore huius vetula recognoueris. Ad hæc sanctus Chryfogonus talia remisit scripta. Chryfogonus Anastasiæ. Semper est vt lumen tenebræ antecedit. Sic etiam post infirmitatem salus reuertitur, & vita post mortem promittitur. Vno sine concluduntur & aduersa huius mundi, & prospera: nè vel tristibus desperatio, vel lætis elatio dominetur. Vnum mare est, in quo nauicula corporis nostri velificat, & sub vno corporis gubernatore animæ nostre nauicula funguntur officio. Quorundā igitur naues fortissimis carinarum nexibus solidata, tenebrofi æquoris concitatos fluctus illasæ prætereunt. Quorundā vero fragilis iunctura lignorum etiā in tranquillo viciniam morti conficiunt cursum. Prope est enim vt pereant, qui nò cogitant qualiter ad salutis portū pertingant. Tu autem o Christi irreprensibilis famula, Crucis Christi trophæum tota mente constringe, & te ipsam ad opus Dei præpara. In quo eius desiderijs dum paruēris, cum martyrij palma ad Christum pertinges. Igitur Diocletianus Aquileiæ partibus positus, interficiens Christianos, iussit sibi adduci Chryfogonum. Cui cum diceret, Accipe Præfecturæ dignitatem, sume etiā cōsulatam generis tui, tantum vt adores deos: Beatus Chryfogonus respondit: Vnum Deum mente adoro, corde colo, sinceris actibus veneror: istorum autem deorum vestrorum simulacra, quia omninò damonum thecas noui esse, execror, atq; abijcio. Tunc iussu Diocletiani ductus est ad aquas gradatas, & ibidem decollatus. Corpus eius in mare proiectum, post modicum in possessione, quæ dicitur ad saltus, inuentum est. Quod sanctus Zoilus senex presbyter collegit, & in locello subterraneo in cubiculo suo posuit. Cui etiā caput eius reuelatum est, ita recens, quasi eadem die fuisset abscissum, quod corpori eius compaginauit. Passus est autem beatus Chryfogonus viij. Calendas Decembris, v. Calendas eiusdem mensis conditus. Sanctus verò Zoilus tricesimo die passionis eius, apparense sibi sancto Chryfogono, perrexit ad Dominum.

VII. CALENDAS DECEMBRIS.

Alexandriæ, natale sancti Petri Alexandrini Episcopi. Hic duodecim annos in Episcopatu illius vrbs exegit. Quorum tres ante persecutionem, reliquos verò nouem sub diuersis tentationum generibus duxit. Cumq; se semper in omni agone persecutionum positus, arctioribus vinculis continentia distingeret, & ad utilitatem atque instructionem Ecclesiæ in verbo Dei nobiliter insisteret, satisfique vigilanter erga omnem sacerdotij curam diebus sudaret ac noctibus, nono persecutionis anno, Episcopatus verò sui duodecimo, martyrij coronam capitis obruncatione promeruit. Ad hunc namq; comprehendū Maximinus Tyrannus Tribunum quendam direxit. Qui ingressus Alexandriam, reperit eum cum mul.

S. Chryfogoni rescriptum.

Psal. 41.

Hier. 17.

Altera S. Anastasiæ ad Chryfogonum epistola. Chryfogoni rescriptum.

S. Chryfogonus adducitur ad Diocletianum.

Gladio caeditur.

Dic 25.

De eo Surius Tom. 6.

multitudine populi, sanctorum Apostolorum commemorationem celebratam. Quem comprehensum, & vinculis alligatum, posuit in custodia carceris. Et post dies aliquot Maximinus Tyrannus literis admonuit Tribunum, ut quam celerius eum puniret. Interea dum in carcere seruaretur, & vniuersus populus vrbis Alexandriae, fores carceris obseruaret amore pastoris sui, Arius infelix, qui a beato Petro excommunicatus & degradatus propter dogma erroris habebatur, cognita sententia Maximini aduersus beatum Petrum, festinè peruenit ad Ecclesiam, obsecrans ut pro eo clericus & populus apud Episcopum intercederet, putans quod post discessum eius ipse eleuaretur Episcopus. Venientes igitur qui rogati fuerant, coeperunt pro Ario, beato Episcopo supplicare. Quibus sanctus Episcopus magno suspirio respondit, quod iam Arius Deo mortuus, a facie Dei proiectus esset, quia grauiter in sententiam deitatis blasphemasset, dogmatizans Patrem & Filium & Spiritum sanctum non esse vnius essentiae, & naturae. Et apprehendens duos presbyteros Achillam & Alexandrum de turba seorsum, ait illis secretè: Ego quidem etsi peccator sum, tamen scio me vocatione caelesti ad hunc agonem martyrii esse vocatum. Vobis igitur primum est confiteri mysterium Dei, quod mihi reuelatum est, quia vobis post martyrium meum, sedem & episcopatum meum consecuturi estis. Er tu quidem primus Achilla post te verò Alexander. In hac hora denique noctis, ut vobis totum de Ario aperiam, cum solenni consuetudine Deo sacrificium orationum consummassem: ecce subito apparuit mihi in habitu pueri Christus Dominus meus, ad cuius praesentiam splendore nimio illustratus, vultum maiestatis eius non valebam adspicere. Erat autem indutus collobium lineum candidum nimis, confisum a summo vsque deorsum: & ambabus manibus coniungebat eum circa pectus suum, quodammodo cooperiens nuditatem suam. Quem ut vidi, timore nimio correptus, tandem confortatus, aio ad eum: Quid est Domine, quod video tunicam tuam scissam a summo vsque deorsum? Qui respondens, dixit mihi: Quotidie me tractas, & nescis quomodo scissa est? Arius nanque hoc fecit, qui separauit a me populum hereditatis meae, comparatum sanguine meo. Praecipio nunc & moneo, ne recipias eum in communionem, nec rogantibus his qui venturi sunt ad te, quos ille dixit, veniam ei praestes. Haec quae tibi manifestauit, duobus presbyteris nota facias, ut ipsi post te, cum anathematizando abijciant, ne illius errore populi decipiantur. Exhortationis igitur sermonem eis faciens, & ut in catholicae fidei unitate manerent, commendans eos Domino in quem crediderant, dimisit in pace. Nimio vero amore illius cum populi circa carcerem detinerentur, & aperte de carcere educi beatus Petrus non posset: noctis medio Tribunus vna cum militibus, rupto pariete carceris, per modicum foramen ad locum ubi decollandus erat, eum perducit fecit. Sanctus itaque Petrus oratione facta ad sepulcrum beati Marci Euangelistae, & sanctorum successorum eius Aniani, Demetrii, Eraclii & Theonae, inclinans genua sua, & gratias agens Deo, qui cum martyribus suis sociasset, extendit cervicem suam gladiatori, atque ita percussus, martyrii palmam adeptus occubuit. Et reuenter inde a Christianis sublati, in locum qui dicitur Leocados, in coemeterio quod ipse edificauerat, ad Orientem ciuitatis Alexandriae, sepultus est. Hic quotiescunque ingrediebatur in Thysiastrum, & ascendebat ad superioris pulpiti locum, oratione facta, & pace data populo, videbat ignis splendorem quasi egredientem de sede. Ad cuius fulgorem, eius mens in nimium amorem contemplationis Dei rapiebatur, tantaque (virtutem antecessorum suorum considerans) humilitate tunc se deponebat, ut nunquam in throno eminentiori, ubi ipsi resederant, sed in scabello pedum illorum federet. Passus est autem hic beatissimus Episcopus tempore Maximini Imperatoris, qui decimam persecutionem a Diocletiano & Maximiano coeptam in Orientis partibus exercuit. Cum quo simul & alij plures ex Aegypto Episcopi trucidantur cum clericis & laicis ferè sexcentis sexaginta.

* Eodem die, sanctae Catherinae virginis & martyris.

* Item, sancti Mercurij martyris, qui passus est sub Decio Imperatore.

VI. CALENDAS DECEMBRIS.

Natalis sancti Lini Papae, qui post Apostolum Petrum, primus Romanam Ecclesiam tenuit annis duodecim, mensibus tribus, ac duodecim diebus: & martyrio coronatus, sepultus est in Vaticano. Huius Lini Paulus ad Timotheum me.

S. Petrus Episcopus comprehenditur.

Arii ambitio & delus.

nus error

S. Petro fitura dicitur.

Tunica deo mini ab hereticis vt scindatur.

Gladio creditur.

Humilitas eius.

De cathedra & Mercurij Surius ex metaphra. Dic. 26. De eo Pontificia. ca. 2. a. Tim. 4.

422 MARTYROLOG. ADONIS ARCHIEP. TREVIR.
um meminit. Hic ex praecepto beati Petri constituit, ut mulier in Ecclesia velato
capite introiret.

De his Eu-
seb. libr. 8.
cap. 25.

Apud Alexandriam, sanctorum martyrum Fausti presbyteri, & Dij, & Ammonij:
qui cum beato Petro eiusdem urbis Episcopo, iubente Maximino, trucidati sunt.

S. Alexan-
der Episco-
pus susci-
pit mor-
tuum.

Eodem die, beati Alexandri Episcopi & martyris, sub Antonino Imperatore. Cui
beato Episcopo, cum esset famosissimus in miraculis, quodam tempore delatus est
quidam mortuus. Cuius parentes cum hortaretur sanctus vir ut crederent in Chri-
stum, spondederunt se facturos, si isdem mortuus suscitaretur. Tunc sanctus vir o-
ratione facta, conversus ad corpus, dixit: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti,
surge. Qui statim surgens, clamare coepit: Audite parentes, & populus uniuersus:
Ductus a duobus Aegyptijs vultu teterimis, iraque plenis, positus sum in obscu-
rissimo loco, ubi erat puteus: subitoque veniente quodam iuvene, nimio splen-
dore corusco, totus ille locus contremuit, & exclamavit iuuenis ille splendidissi-
mus: Remittite puerum, quia vocatur a famulo Dei Alexandro. Et ecce redactus
sum in corpore. Nunc domine Alexander baptiza me in nomine Dei tui, ne vltra
videam, quod hodie vidi. Vocabatur is Lucius: cum quo baptizati sunt alij centum
viginti quinque. Cumque rumor B. Alexandrum ubique spargeret, Antoninus direxit
Cornelium praesidem, ut Alexandrum Episcopum ei exhiberet. Qui inuenit eum

Vides Mit-
fam no ef-
se nouitii
inuentum,
venugatur
aliqui?

die Dominica in Ecclesia docentem, & Missas agentem: & sicut Imperator iusse-
rat, apprehensum perduxit Romam. Sequuti sunt autem eum Crescentianus pre-
sbyter, Bonifacius, & Vitalius. Praeses vero ligatis manibus eius retro, obtulit eum
Antonino: a quo interrogatus, cum de Christo constantissime peroraret, fustibus
iussus est mactari, & grauissime caedi, deinde in custodiam claudi. Quo cum a mili-
tibus duceretur. Antoninus post illum clamauit: Quatuor dierum a me tibi dan-
tur induciae, ut deposito cultu vanitatis tuae, vltra truncus aduenias. Cui sanctus mar-
tyr respondit: Quatuor dies iam aestima preisse, quod desideras hodie coeple. Mis-
so igitur illo in custodiam, beatus Crescentianus sedens sub arbore, coepit plorare,
& praestititiam soporatus dormire. Cui visus est Angelus Domini, & dixit ei: Iam
fui ad Alexandrum, & solui vincula eius, & confortavi eum: & nunc ne sedetis
sub hac arbore, ne forte tyranno nunciemini. Eductus igitur de custodia beatus

S. Alexan-
der dire
torquetur.

Alexander, iterum sistitur Antonino, & suspenso in eculeo, iubente impio, lam-
pades ardentes circa latera eius appositae sunt, vngulis & eius corpus abrasum. De-
inde ex eculeo depositus, ductus est ad templum Apollinis. In quod ingressus, sta-
tim ut orauit, pars aliqua templi, & simulacrum Apollinis cecidit. Antoninus ve-
ro hoc factum magicis artibus deputans, sedens pro tribunali, sanctum Episcopum
ad bestias damnauit. Et cum nulla eum tetigisset, fornacem igneam parari iussit,
& beatum virum in eam iactari. Ut autem sanctus martyr expansis manibus in me-

Ab igne no
ladditur.

dio fornacis orauit ad Dominum, totus ignis ira extinctus est, ut nec vestigium ca-
loris remaneret. Tunc Antoninus de fornace sanctum virum eductum decollari
praecipit. Cumque iam duceretur a militibus, quidam iuuenis ex officio Antoni-
ni, Herculanus nomine, exclamauit dicens: Antonine insensate Tyranne, cur ca-
cus & surdus perduras? Ecce famulus Dei post virgas, post eculeos tuos, & lampa-
des, atque vngularum attactus, post templi & idoli tui ruinam, post leonum & vrio-
rum rabiem deuictam, post fornacis ignem extinctum, nunc ad decollandum gau-
dio repletus vadit. Quis dubitet verum Deum esse, qui ita suos confortat? Antoni-
nus haec audiens: Infelix, inquit, iuuenis, quid tibi factum est, ut tales sermones lo-
quaris? Et iratus, iussit iuuenem teneri, quem cum diuersis cruciatibus afflisset,
gladio consummavit. Beatus vero Alexander cum duceretur, obuiauit ei quadam
vidua, quam beatus martyr rogauit, dicens: Comoda mihi orarium. At illa pre-
stitit ei. Officiales autem dixerunt mulieri: Perdidisti orarium tuum. Facto itaque
signo Crucis, expoliavit se beatus martyr tunica, & in linea stans, texit sibi de ora-
rio oculos, dein positus genibus suscepit gladium via Claudia, xx. miliario ab vr-
be. Et factus est terramotus, & vicus & thermæ ceciderunt. Sanctus autem Cresce-
tianus, & hi qui cum illo erant, reuelante martyre, tulerunt sanctas reliquias eius,
& sepelirunt in loco ubi orans fornacis ignem extinxerat. Et posuit supra scriptum
marmor continens: Hic requiescit sanctus & venerabilis martyr Alexander Episcopus.
Cuius depositio celebratur vndecimo Calendas Octobris. Cui Papa Damasus
postmodum Cryptam condignam faciens, illic eum sexto Calendas Decembris
trans-

S. Herculanus
decol-
latur.

Item san-
ctus Alex-
ander.

Epitaphium
eius.

trans-

SURIUS

q. bar
nober
RVIII
5

DE SANCTIS MENSIS NOVEMBRIS.

423

transposuit, quando & festiuitatem ei dicauit. Orarium porro illud sibi prestitum, vnde sibi martyr oculos texerat, mox vt decollatus est, mulieri quidam puerulus detulit, quem Angelum fuisse non est dubium. Quod illa non sine grandi stupore recepit, & verè martyrem confessa Alexandrum, Christo credidit.

* Itè Augustoduni, depositio sancti Amatoris Episcopi.

V. CALENDAS DECEMBRIS.

Natalis sanctorum martyrum Vitalis & Agricola, qui apud Bononiam Italiae urbem, post alia tormenta, vltimò crucifixi martyrium compleuerunt. Quorum corpora postmodum, cum essent posita inter sepulcra Iudæorum, & populo Christiano prorsus incognita, beatus Ambrosius (ipsis sanctis martyribus reuelantibus) apud Bonnoniensem ciuitatem reperit: quæque extracta ecclesia, cum magna fidelium lætitia & dæmonum pœnis confitentium merita martyrum, sub altari deposuit.

Die 27.
De his Scribitur 4. No. uemb.

In Gallijs ciuitate Regensi, natalis sancti Maximi Episcopi, qui à primæua ætate virtutum omnium gratia præditus, primùm Lirinensis cœnobij pater: cœindè Regensis Ecclesiæ Episcopus, signis & prodigijs inclytus extirrit. Deniquè inter alia gesta magnifica, tres mortuos viuens: vnum tactu (quod ad sepulcrum uehebatur) loculi, mortuus suscitauit.

Maximi tam habet Suri' T. 6.

III. CALENDAS DECEMBRIS.

Romæ S. Gregorij Pape, qui rexit Ecclesiam annos decem. Hic cõstituit in canone à sacerdote dicendum: Quorum solennitas hodiè in conspectu gloriæ tuæ celebratur, Domine Deus noster, toto orbe terrarum: intra quorum nos confortium &c. Sepultus est in Ecclesia sancti Petri.

Die 28.
† tertij videlicet, de quo Põstificale ca. 92.
1. Cor. 1.
2. Tim. 4.

Ipso die, natalis sancti Sosthenes discipuli sancti Pauli, cuius meminit idè Apostolus in prima epistola ad Corinthios: & sancti Trophimi, de quo scribit Apostolus ad Timotheum. Trophimum reliqui infirmum * Melite. Hic ab Apostolis Romæ ordinatus est Episcopus, & ad Arelatem urbem Gallia; ob Christi Euangelij prædicandum directus. Ex cuius fonte (vt beatus Papa Zozimus scribit) tota Gallia fidei riuos accepit. Qui apud eandem urbem in pace quieuit.

* Mileti

Eodem die sancti Rufi martyris, què Dominus noster Iesus Christus, cum omni dõmo sua, per Chrysoگونum martyrem lucratus est: quemq; cum prænominata familia sua Diocletianus punitum, Christi martyrem fecit.

Eodem die apud Africam, natalis sanctorum martyrum Papinij & Manueti Episcoporum. Qui tempore Vandalicæ persecutionis sub Genferico Rege Ariano, pro fidei catholicæ defensione, candentibus ferri laminis toto corpore adusti, gloriosum agonem consummauerunt. Quo tempore etiam alij sancti Episcopi, videlicet Quodauilteus Carthaginensis, Valerianus, Urbanus, Crescens, & qui vocabatur Habet Deus, & Eustachius, Cresconius, & Crescentianus, & Felix & Hortulanus, & Florentianus, propter eandem prædicationis veritatem, grauissimo damnati exilio, in confessione pietatis, cursum vitæ suæ consummauerunt.

De his Victor Afric. lib. 2. & 3.

Apud Viennam, sancti Philippi eiusdem vrbs Episcopi.

III. CALENDAS DECEMBRIS.

Vigilia sancti Andreæ Apostoli. Et Romæ, natalis sancti Saturnini martyris: Sennis & Sisinnij diaconorum, sub Maximiano: à quo primò inter alios seruos Dei damnati sunt ad fodendam arenam, ad faciendas thermas Diocletianas. Quorum vnum Sisinnium præsentatum sibi, cum interrogasset idem Maximianus quis vocaretur, respondit: Ego peccator Sisinnius, seruus seruorum Domini Iesu Christi. Cui cum post alia diceret Maximianus, Aut sacrificia Deo Herculi, aut carnes tuas ignibus cremabo: respondit, Et ego quidem semper hoc optaui (veruntamen si meritis succro) vt desideratam coronam accipiam. Traditus igitur Laodicio præfecto, missus est in custodiam decem & septem diebus. Indè exhibitus est ab Aproniano commentariensi ad spectibus Laodicii. Et subito lux de celo facta est, & vox de luce audita est: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est à constitutione mundi. Tunc Apronianus tremefactus cecidit ad pedes Sisinnij diaconi, dicens. Adiuro te per Christum, quem confiteris, ne tardes me baptizare, & facias me tecum pertingere ad coronam. Qui baptizatus, statim obruncatione capitis coronam martyrij inuenit. Retruditur iterum in

Die 29.
De his in gestis Macelli Papæ 16. Ianuarij, To. 1. Surijs.

Matth. 25.

Aproniani cõuersio & eius martyrium.

custo.

custodiam Sisinnius, & senex Saturninus cum illo, ubi multos gentiles venientes ad se docebant, & baptizabant. Post quadraginta duos dies vinciti catenis, ac nudis pedibus educti denuo ante Praefectum, delata est tripodata velut lutum. Quod videntes duo milites, Papias & Maurus, crediderunt Christo. Er comprehensi à Laodicio, non multo post martyrio coronati sunt.

Ceteri oēs martyrio coronantur.

Deinde Laodicius beatum senem Saturninum & Sisinnium in euleo iussit levari, & attrahi nervis, ac fustibus & scorpionibus caedi. Quibus etiam in euleo iussit levari, mas ad latera iussit apponi, & depositos euleo, ductosque miliario secundo via Numentana, capite truncari. Quorum corpora cum Iohanne presbytero colligens Thraso vir Christianissimus, qui de facultatibus suis martyribus multa munera traiecit, sepeliit in praediolo suo, via Salaria, tertio Calendas Decembris.

De Saturnino Tholo. Sar. Tomo 6.

Eodem die apud Tolosam, natalis sancti Saturnini Episcopi. Qui temporibus Decij, in Capitolio eiusdem urbis à paganis retus, eo quod ad eius praesentiam omnes ipsorum dei obmutescunt, nullum sacrificantibus ex more possent dare responsum: tauro ad victimam preparato funibus religatus est. Quo vehementius stimulat, à summa Capitolij arce per omnes gradus praecipitatus, capite colisso, excussoque cerebro, & uniuerso corpore dilaniato, dignam Christo animam exhalauit. Cuius nunc sacrum corpus in Ecclesia condigno honore veneratur.

* Item Romae, Arafonis, Saturnini, Crysanthi, Mauri, & Dariae, & aliorum septuaginta duorum.

PRIDIE CALENDAS DECEMBRIS.

Die 30. Eius vita habetur To. 6. Sar.

S. Andreas crucifigitur.

IN ciuitate Patras prouinciae Achaiae, natale beati Andreae Apostoli, qui etiam apud Scythiam praedicauit. Hic beatissimus Apostolus ab Aegea Proconsule Achaiae comprehensus, cum perseveranter in fide Christi & Euangelij ministerio duraret, in superabilisque maneret, carcere primum clausus, inde coram Proconsule grauisime casus, ad vltimum cruce ligatis manibus, & pedibus, funibusque toto corpore tenus, vt longius cruciaretur, biduo inibi superuixit, non cessans ea qua Christi sunt, populum docere. Cumque ij, qui per eum Christo Domino crediderant, satis agerent vt deponeretur, Aegeamque vt hoc perficeret, nolentem impellerent: Apostolus Domini circumstante populo, & Proconsule vt solueretur agere, post verba orationis, fulgore caelesti fere vna desuper circumfusus hora, cum ipso lumine abscedente emittens spiritum, perrexit ad Dominum. Cuius sanctissimi corpus Maximilla sanctissima ac potentissima matrona reuerenter depositum sepeliuit. Sed emergentibus annis, sacratissima eius ossa vicesimo Constantij Imperatoris anno ab Achaia Constantinopolim translata sunt.

Greg. Tur. de glor. confessorum ca. 59. * al. Baptistinus.

Ipsa die, natalis sancti Troiani Episcopi, apud Santonas magna virtutis viri, qui sepultus terris, caelo viuere, multis virtutibus manifestat.

Eodem die, * festiuitas sancti Ambrosij Mediolanensis Episcopi.

MENSIS DECEMBER HABET DIES XXXI.

LVNAM VERO VICESIMAMNONAM.

CALENDIS DECEMBRIS.

Die 1. De Chrysan. & Daria, Surius 25. Octob.



NATALE sanctorum martyrum Chrysanthi & Dariae. Qui tempore Numeriani sub iudice Celerino Romae passi sunt. Chrysanthi pater Polemius, vir illustris fuit, Alexandrinus genere. Hic filium suum virginis elegantis pulchritudinis coniunxit, quam ex nobilissimis Romanis fuisse constat. Hanc Chrysanthus à beato Carpophoro Episcopo in diuinis literis satis fideliter eruditus, ad fidem Christi conuertens, & praedicatione sua, vt virginitatem suam Deo seruaret instituens, & vt pariter nomen coniugij habentes caste viuerent, efficiens baptizari fecit. Factumque est vt per Chrysanthum multitudo virorum, & per Daria (sic enim vocabatur) innumerabiles foeminae ad Christi gratiam confluerent. Igitur post aliquod tempus, delatum est aduersus eos quod essent Christiani, Celerino tunc Praefecto urbis. Qui utrosque comprehensos, tradidit tribuno Claudio, vt diuersis poenis eos interficeret. Claudius vero tribunus septuaginta

SURIUS

g. bar.
K. 11. 11.
RVIII
5

ginta militib. ad torquendum Chrysanthum dedit. Qui neruis crudis eum adstrin-
gunt, sed mox ligamēta omnia resoluta sunt. Deindē in cippo nodosissimo, itā vt
in tertio puncto eius tibiam coarctarent, eum mittunt: moxque totum lignū cipi-
pi in puluerem resoluitur. Deindē perfundunt eum lotio humano putentissimo,
vt maleficia, inquit, tua amittas: sed foetor in suauem odorem mutatus est. De-
indē in corio recenti vitulino constringunt nudum, & ad solem feruentem cōpo-
nunt, sed virtute diuina corium vt erat molle permanfit. Deindē collum, manus,
ac pedes catenā cōstringentes ferreis, claudunt eum in obscurissimo loco: sed sta-
tīm catenā resolutā sunt, & tanta lux infulsit, vt putarentur illic innumerā lam-
pades fulgere. Milites ergo renūciauerunt hęc omnia tribuno, qui iussit eum sibi
exhibitum fustibus cædi. Sed allatā virgā rigidissimā, ilicō cōperunt in manibus
cædentium mollescere. Quod videns Claudius, iubet eum erigi, & vestimentis in-
dui: & genibus eius prouolutus, cum vniuersis militibus orabat se fieri Christianū.
Quid mora? catechizatus baptismi gratiam percepit. Cum illo & Hilaria vxor,
duo filij eius Iason & Maurus, amici & familiares eius, septuaginta milites cum vni-
uersis suis. Quod factum Imperator audiens, Chrysanthum & Dariam iussit in
carcere Tulliano recludi, vnde putor horribilis ascendebat, quia domorum & ci-
uitatis sterora per cloacarum cuniculos ingiter illuc decurrebant. Exindē Daria
in publico meretricum lupanari ponitur. Sed Chrysantho lux diuina, & odora-
menta suauia præstantur: Daria verò leo de cauea fugiens, Domini virtute ad tu-
relam donatur. Qui ingressus cellulam, in qua sancta Dei in oratione prostrata ia-
cebat, iuxta eam prosternitur, vt venientes & ingredi volentes, vi sua repelleret.
Cumque plures miraculo percussī, Christi potentiā venerarentur, Celerinus Præ-
fectus iussit ignem copiosum in ingressu cellæ, vbi beata Daria cum leone erat, ac-
cendi. Tunc cum iam leo paueret, ac rugitum daret, ait beata Daria: Egredere se-
curus, & vale, quia quem in me honorasti, ipse te liberat. Exhibitis iterum iuben-
te Imperatore Chrysantho & Daria Celerino Præfecto, Chrysanthus eculeo ingē-
ti suspenditur, sed statim omnia ligna eculei comminuta, ac vincula dirupta sunt,
lampades quoque applicatæ lateribus eius extinctæ. Hoc Celerinus Præfectus ve-
hementer expansefcens, nunciavit Imperatori. Ille hoc maleficijs deputans, iussit
eos duci via Salaria in arenario, & viuos deponi, ac terra & lapidibus obrui. Passi
sunt autem die Calendarum Decembrium. Ad quorum venerandam memoriam
cum multa beneficia Deus præstaret, contigit vt ad diem natalis eorum infinita
populi multitudo concurreret. Hoc nunciatur Imperatori: qui iussit vt in introi-
tu cryptæ paries leuaretur. Ac sic factum est, vt oēs pariter dum sacramenta Chri-
sti perciperent, martyrij gloria celebres fierent. Inter quos erat Diodorus presbyter,
& diaconus Marinianus, & plurimi clericorum.

S. Chrysan-
thus gra-
uiter tor-
quetur, nec
læditur.

Leo ad cō-
seruandam
Daria diui-
nitūs mit-
titur.

Sancti ter-
ra & lapi-
dibus obrui-
untur.

De SS. Eli-
gio & Age-
tico, Surs.
Tomo 6.
Die 2.
* al. Bibia-
næ.

Ipso die, beati Eligij Episcopi Nouiomenfis, gloriosi in miraculis.
Item ipso die Virdunensis ciuitate, transitus beatissimi Agerici Episcopi.

IIII. NONAS DECEMBRIS.

Natale sanctæ * Viuinæ martyris, beatorum martyrum Fausti & Dafsosæ filia.
Quæ iubente Imperatore sacrilego, tam diu plumbatis cæsa est, doncē spiritū
redderet. Cuius corpus biduō, iussu Imperatoris in foro iacuit. Tandem raptum à
Iohanne presbytero, sepultum est in domo, vbi mater & soror eius Demetria iam
sepultæ erant, iuxta palatium Licinianum Romæ, quarto Nonas Decembris.

III. NONAS DECEMBRIS.

In metropoli Mauritanie Tingitanæ, natalis sancti Cassiani martyris gloriosi.
Item Romæ, natale sanctorum martyrum Claudij tribuni, & vxoris eius Hila-
riæ, ac filiorum Iasonis & Mauri, & septuaginta militum. Qui omnes ad prædicati-
onem beati Chrysanthi crediderunt in Christo. Quod vt nunciatum est Numeria-
no Imperatori, iussit Claudium tribunum ingenti saxo alligatum præcipitari in
medio mari. Milites verò septuaginta, ac Iasonem & Maurum filios Claudij, capi-
tali sententia puniri. Erat autem in loco vbi decollati sunt, cuniculus antiquus.
Hunc emundantes noctu Christiani, simul in vnum omnia corpora sepeliērunt,
non longē ab vrbe Roma via Salaria. Corpora autem filiorum suorum Iasonis &
Mauri collegit sancta Hilaria, relicta martyris Claudij. Quæ dum assiduis obse-
quijs ad sanctorum confessionem oraret, à paganis tenta est. Quam dum traherēt,
rogauit eos dicens: Obsecro vos, permittite me prius orationem meam complere:

Die 3.
De his in-
gestis chry-
santhi &
Dariae.
25. Octob.

nn Et

Et dum fixisset gradum, accepit sacramentum Domini, & expandens manus suas, proiecit se in orationem, & dum oraret, emisit spiritum. Qui tenuerant eam, dolentes super repentinum obitum eius, reliquerunt duas ancillas eius quæ cum ea erant. Quæ sepeliêrunt eam diligentissimè in hortis suis, & super eam breuissimam ecclesiam fabricauerunt.

PRIDIE NONAS DECEMBRIS.

Die 4.
De his in
actis S.
Stephani
Papæ 2.
Augusti.

Romæ natale sanctorum martyrum Simphronij & Olympij, temporibus Valeriani & Gallieni Imperatorum. Horum vnum Simphronium, creditarium beati Nemesij, sibi presentatum Valerianus iussit tradi Olympio Tribuno, ut ab eo facultates Nemesij requireret, sub pœnarum examinatione. Presentatus ergo Olympio, & ab eo interrogatus, respondit: Si facultates quaris Nemesij domini mei, iam eas Christo tradidi, quoniã ipsius fuerant, & erunt. Si autem Sacrificium offerre me compellis, sacrificio, sed Christo Iesu Domino meo sacrificium laudis & cõfessionis, cui se obtulit & dominus meus Nemesius. Tunc ira repletus Olympius, fecit eum extendi in catasta, atque fustibus mactari, deinde simulacrum Martis aureum vnã cum tripodâ deferri. Quod statim ad verba Simphronij resolutum est. Videns autem Olympius, cœpit admirari, & veniens ad vxorem suam Exuperiam, indicauit ei quomodo in nomine Dei Tui Simphronij simulacrum Martis liquefecisset. Eadem verò nocte venientes cum filio vnico, nomine Theodolo, prostrauerunt se ad pedes Simphronij, agentes pœnitentiam, & baptismum salutis exposcentes. Euocatus itaque beatus Stephanus Pontifex, venit noctũ ad domum Olympij, & catechizatum baptizauit: vxoremque eius Exuperiam ac filium Theodolum, & quotquot crediderunt in domo Olympij. Quod vt audiêrunt Valerianus & Gallienus, nimio furore accensì, iusserunt Simphronium sibi presentari, missisque militibus, adduxerunt eum vinculis ferreis oneratum, nudumque accapistratum, simul & Olympium cum vxore sua, & filio Theodolo. Gallienus itaque dixit Olympio: Adhuc quidem differo pœnarum tibi inferre supplicia, quia de tua conscientia dubius sum, quod nequaquam deferas deos, quos semper adorasti, & alios compellebas adorare. Nam & tormentis multis persequebaris vsque ad effusionem sanguinis, qui non præberent consensum sacrificare dijs nostris. Olympius respondit: Ego quidẽ feci non quasi Olympius, sed quasi impius & crudeliscus eius, cui credo, Deo viuõ & vero, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, vt dignetur mihi remittere iniquitatem, quam exercui in sanguine sanctorum eius, quem feci effundi. Tunc data est sententia, vt igne consumerentur. Ducti sunt itaque ante statuam Solis iuxta Amphitheatrum, fixisque stipitibus, & ligatis manibus deincti sunt, & in fermentorum spinarumque congerie ignis suppositus. Statimque in ipso ignis initio, gratias Christo Domino decantantes, emiserunt spiritum. Relictis autem corporibus, eorum milites abiêrunt. Adueniens autem sanctus Stephanus Episcopus cum clericis ac religiosis, & hymnis ex more redditis, abstulerunt corpora martyrum Simphronij, Olympij, Exuperiæ ac Theodoli, & sepeliêrunt iuxta viam Latinam miliario primo, vij. Calendas Augusti. Translata verò à beato Sixto Pontifice, celebrem diem fecerunt secundo Nonas Decembris.

* In Tuscia, sanctæ Barbaræ virginis & martyris.

NONIS DECEMBRIS.

Cõuerso
Olympij
& vxoris
eius, ac to-
tius fami-
liæ.

De Barb.
infra ad
17. Calen-
das Ian.

Die 5.

De Dal-
ma. 6. T.
Nictio
verò 5. T.
Suri habetur.

In Africa apud Coloniam Thebestinam, natalis sanctæ Crispinæ, Quæ temporibus Diocleriani & Maximiani, cum sacrificare nolisset, iussu Anulini proconsulis decollata est.

Eodem die, natale sancti Dalmatij martyris.

Item ipsa die Trenitis, sancti Nictij Episcopi, totius sanctitatis viri, qui in basilica beati Maximi Episcopi sepultus est.

VIII. IDVS NOVEMBRIS.

Die 6.
De co Su-
rius To. 6.
* Leontis
* Victoris
De his Vi-
stor li. 3.

Natale sancti Nicolai Myreorum Lyciæ Episcopi & confessoris. Apud Africam, sanctorum Dionysii, Damiæ, * Leontia, & Aemilianæ mædici, & religiosissimi viri nomine Tertij, & Bonifacij, & Seruilij, & * Victoris & Maiorici adolescentis, qui omnes in persecutione Vandalica, sub Hunerico Rege Arianiano, pro confessione fidei catholice, apud Africam, & nè ab Arianis rebaptizarentur, grauissimis & innumeris supplicijs excruciat, confessorum Christi numero so-

SURIUS

g. bar
nonas
RVIII
5

ro sociari meruerunt. Equibus prædictus venerabilis adolescens Maioricus Dionysii matris exhortationibus roboratus, in certamine confessionis spiritum redens, cursum palmiferum consummauit.

VII. IDVS DECEMBRIS.

A pud Alexandriam, natalis beati Agathonis martyris, sub Decio Imperatore. Qui cum esset militaris, & assisteret vbi beatissimi martyres cruciabantur, (inter quos Iulianus & Eunus, in Domini Iesu Christi confessione perdurantes, admiranda spectacula martyrij sui Angelis & hominibus præbuerunt) & quosdam volentes etiam mortuis illudere cadaueribus martyrum, prohiberet, clamor repente totius vulgi aduersus eum extollitur. Offertur Iudici fortissimus miles iam Domini, & nusquam se inferior factus, in confessione persistens, capite pro pietate damnatur. passus septimo Idus Decembris.

Die 7.
Dionysii
Alex. li.
6. hist. Eccl.
cap. 34.

Apud Santonas, beati Martini Abbatis, discipuli sancti Martini Turonica: vrbes Episcopi. Qui in monasterio quod ipse ædificauit, in pace quiescit. Ad cuius tumulum creberrima diuinitus fiunt miracula.

Greg. Turonens. de
confes. c. 57.

Item Octauæ sancti Andrea: Apostoli.

VI. IDVS DECEMBRIS.

R omæ, natalis sancti Eurychiani Papæ, qui rexit Ecclesiã anno vno, & sub Aureliano Imperatore martyrio coronatus, sepultus est in cœmeterio Calixti. qui & ipse per diuersa loca trecentos & quadraginta duos martyres manu sua sepe liuit. Hic constituit, vt fruges super altare, tantum fabæ & vuae benedicerentur: & constituit, vt qui martyrem sepeliret, sine dalmatica aut colobio purpureo nulla ratione sepeliret.

Die 8.
de Eurych.
Eptificale
cap. 18.

Ipso die apud Alexandriam, sancti Macarij martyris. Qui sub Decio, cum esset Lybicus, & multis verbis à iudice ad negandum suaderetur, & eo maiore constantia fidem suam profiteretur: viuis ad vltimum iubetur exuri.

De eo Dionys. Alex.
li 6. Eccl.
hist. ca. 34.

* Item Zenonis Episcopi apud Veronam.

Ipso die Treuiris, sancti Eucharij Episcopi & confessoris.

V. IDVS DECEMBRIS.

N atalis Sanctæ Leochadiæ virginis. Quæ tempore Diocletiani & Maximiani præfecto Hispaniarum Dariano, apud Toletum dira carceris custodia macerata est. Vbi cum grauissimos beatæ Eulaliæ, & reliquorum martyrum, qui à Dariano interficiebantur, audisset cruciatus: genibus in oratione positus, impollutum spiritum Christo reddidit.

Die 9.

Item eodem die, beati Cypriani Abbatis Petragorici, magnificæ sanctitatis, & clarissimi in miraculis viri.

Greg. Turonens. de
confes. c. 11.

IIII. IDVS DECEMBRIS.

R omæ, sancti Melchiadis Papæ, qui sedit in Episcopatu annos quatuor, sepultus est in cœmeterio Calixti. Hic constituit, vt die Dominica. aut quinta feria, nullus fidelis ieiunaret: quia ipsos dies pagani, quasi sacro ieiunio celebrant. Et hic constituit, vt ex consecrato Episcopi oblationes propter hæreticos per ecclesias dirigerentur.

Die 10.
De eo Pö-
tif. ca. 32.

Apud Emeritam Hispaniæ ciuitatem, natale sanctæ Eulaliæ virginis. Quæ cum esset annorum xij. iussu Dariani Præsidis plurima tormenta perpeffa, nouissimè in eculeo suspensa, & exungulata, faculis ardentibus ex vtroque latere appositis, hausto igne spiritum reddidit, & cernentibus Christianis in specie columbæ niuæ cælum petiit. Cuius beatum corpus per triduum iussu Præsidis pependit in ligno. Sed cui humana fuerat obsequia denegata, cælestia fuerunt munia concessa. Nam nix desuper corpus puellæ adpersit, vt quod ab vtraque parte appositus ignis ardoris sui incendio conflagrauerat, niuali candore cooperum diuina gratia dealbaret. Sicque à Christianis reuerenter ablata, & deuotione debita sub sacro altari deposita, miraculorum gloria illustratur.

De Eulal.
Surius ex
Prudentio
To. 6.

* al. munera.

Eodem die apud præfatam urbem, passio sanctæ Iuliæ, quæ fuit conuiginalis sanctæ Eulaliæ, illiq; ad passionem properanti indiuidua comes & sodalis adhæsit.

Item apud * Hispitanam ciuitatem, sanctorum martyrum Carpophori presbyteri, & Habundij diaconi, qui persecutione Diocletiani, sub Iudice Martiano, in confessione Christi, primò fustibus crudelissimè casti, deinde in carcerem, negato cibo & potu, retrufi: Vnde per Angelum educti, & verbum Dei prædicantes, ire.

* al. Spole-
tanam.

428 MARTYROLOG. ADONIS ARCHIEP. TREVIR.
 rum tenti, & ora ipsorum lapidibus cōrta sunt. Rursumque eculeo torti, & post
 hæc carcere diu macerati, nouissimi gladio percussi sunt.
 Viennæ, sancti Sindulphi Episcopi & confessoris.

III. IDVS DECEMBRIS.

Die 11.
 4for. Sty.
 lite.
 De Dama-
 so: Am-
 brof. epist.
 30 & 40.
 cap. 39.

DAnielis * propheta. Romæ, sancti Damasi papæ, qui rexit Ecclesiam annos
 duodecim, menses tres, dies undecim. Hic cōstituit, vt psalmi die noctuque
 canerentur per omnes ecclesias: & in fine, Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto.
 Hic multa corpora sanctorum requisit & inuenit, quorum memoriam etiam
 versibus declarauit. Qui sepultus est via Ardeatina in basilica sua, iuxta matrem &
 germanam suam.

De his in
 gestis Mar-
 celli Papp.
 16. ianua-
 rij.

Et, natalis sanctorum Pontiani, Prætextati, atque Thrafonis martyrum. Qui
 Thrafo cum esset potens & locuples, ac Christianissimus, de facultatibus suis san-
 ctis martyribus in carceribus & metallis damnatis, victum ministrabat per bea-
 tum Sifinnium & Cyriacum, quos beatus Marcellus ad hoc opus diacones con-
 secrarat. Non multo post, & ipse tentus à Maximino, martyribusque sociatus, pal-
 mam martyrij cum duobus alijs prænominatis percipere meruit.

In Gallijs ciuitate Ambianis, natalis sanctorum martyrum Victorij, & Fuscij,
 ani, qui gloriosissimam fidei suæ confessionem sanguine passionis decorauerunt.
 In Hispanijs, sancti Eurychij, cuius gesta habentur.

PRIDIE IDVS DECEMBRIS.

Die 12.

Natale sanctorum martyrum Hermoginis, Donati, & aliorum viginti duo-
 rum.

De his Dio-
 nyf. Ale-
 xan. lib. 6.
 Eccle. hist.
 cap. 34.

Apud Alexandriam, beatorum martyrum Epimachi & Alexandri. Qui mul-
 to tempore, cum in vinculis & cruciatibus carceris torti, etiam frequenter & di-
 uersis supplicijs confecti perdurassent in fide: ignibus postremo consumi iubentur.

Eodem die Alexandria, natale sanctarum quatuor mulierum Ammonariæ, Mer-
 curiæ, Dionysii, item Ammonariæ, Aduersus primam virginem Ammonariam
 iudex summa contentione utebatur; & immensis eam atque exquisitis cruciatibus
 affligebat, & maximè quod eius sententiam vincere cupiebat, quia laudabili vo-
 ce decreuerat, nihil se prorsus eorum, quæ sibi contra fas imperabatur, acturam.
 Quæ statuti sui tenax ad vltimum capite punitur. Secunda verò, Mercuria, anus
 venerabilis, & fecundissima in filijs, sed quos non preulit Christo. Tertia S. Diony-
 sia: & alia Ammonaria, quarta, dum nimia vtuntur constantia apud iudicem, &
 ille vinci erubescit à feminis, inauditis tormentorum generibus toleratis, sinem
 omnium ferro cadente suscipiunt, gloriose & venerabiliter apud Alexandriam
 sepulta. Scribit beatus Dionysius in libro de martyribus.

IDIBVS DECEMBRIS.

Eccle. scilicet
 hist.
 lib. 6. c. 34.

Die 13.
 Huius pas-
 sio habet-
 tur To. 6.
 Suri.

Apuđ Syracusam, Sicilia ciuitatem, natale sanctæ Lucie virginis & martyris,
 quæ passa est persecutione Diocletiani & Maximiani, sub Paschasio consulari.
 Hæc nobilissima Syracusanorum, postquam omnia sua (quæ de parentibus ei re-
 manserant) pauperibus, viduis, orphanis, peregrinis, & Deo seruientibus distraxit:
 à sponso suo, quod esset Christiana, Paschasio iudici delata, & contra leges Augu-
 storum viuere, impellebatur ad sacrificandum dæmonibus. Tunc beata Lucia
 Paschasio respondit: Sacrificium verum & immaculatum apud Deum & Patrem
 hoc est, Visitare viduas & orphanos in tribulatione eorum. Ego per istos tres an-
 nos nihil aliud egi, nisi sacrificauit Deo viuo, & nunc quia aliud nihil superest, me
 ipsam offero in sacrificium Deo. Cui Paschasius post talia dixit: Cessabunt verba,
 cum fuerit peruentum ad verbera. Lucia respondit: Dei verba cessare non pote-
 runt, ipse enim dixit: Cum steteritis ante Reges & Præsides, nolite cogitare quo-
 modo aut quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus san-
 ctus qui loquitur in vobis. Paschasius iterum dixit: In te ergo est Spiritus san-
 ctus? Ad hæc Lucia respondit: Quod castè & piè viuentes templum Dei sunt, &
 Spiritus sanctus habitat in eis, testatur Apostolus. Ercum Paschasius iterum di-
 xisset, Ego faciam te ad lupanar duci, vt dum fueris scortata, fugiat à te Spiritus
 sanctus: Beata virgo respondit, Nunquam coinquinatur corpus, nisi de consen-
 su mentis. Nam etsi in manu mea thura ponas, & per manum meam facias sa-
 crificium, Deus hæc attendit, & ridet. De sensibus enim & voluntatibus iudicat.
 Sic

Matth. 20.
 Marc. 13.

1. Cor. 3:

Nō perit
 nisi consen-
 su virgini-
 tas.

SURIUS

g. bar.
 10. 11.
 RVII
 5

Sic patitur violatorem * castitatis, sicut latronem, sicut barbarum, sicut serpen-
tem, nam si me inuitam violari feceris, castitas mihi duplicabitur ad coronam.
Post hæc Paschasius, tradidit eam lenonibus dicens: Inuitate ad castitatem eius po-
pulos, & facite eam tam diu illudi, donec mortua nuncietur. Quam lenones nul-
latis mouere potuerunt, cum simul ex officio impellentes accessissent, nec fu-
nibus additis, aut bouum paribus plarimtis. Tunc præcepit Paschasius ministris, vt
ignem copiosum circa eam accenderent, picem verò & resinam, & seruens oleum
super eam iactarent. Sed illa in nomine Domini Iesu Christi immobilis stetit, di-
cens: Ego rogavi Dominum meum Iesum Christum, vt ignis iste non dominetur
mihi, quatenus tibi insultem plaudens in Domino, & impetraui ab eo inducias
martyrij mei, vt credentibus timorem tolleret passionis, & non credentibus vo-
cem insultationis auferret. Tandem gladio in gutture merito percussa, quamdiu
voluit, orauit, quamdiu voluit, turbam circumstantem allocuta est. Nec omnino
mortua est, donec venientibus sacerdotibus, communionem Dominici corporis
& sanguinis acciperet. Passa est autem Idibus Decembris, & in loco vbi percussa
est, sepulta, basilica super corpus eius postmodum fabricata. Paschasius verò Ro-
mam perductus, eo quod à Siculis fuisset accusatus, quod deprædasset prouinciam:
ab omni Senatu auditus, accepit capitalem sententiam.

* Ipso die, sancti Auberti Episcopi & confessoris.

* Item sanctæ Orthiliae virginis.

Nihil ladi
tur martyr
ab igne.

Reddit spi-
ritum.

XIX. CALENDAS IANVARIJ.

A pud Antiochiam, natalis sanctorum martyrum, Drusi, Sozimi & Theo-
dori. Die 14.

Eodem die, beati Lupicini Viennensis Ecclesiae octauj Episcopi.

Apud Alexandriam, natale sanctorum martyrum Heronis, Arsenij, & Isidori,
atque Dioscori. Hi postquam iudici oblari sunt, iudex primò omnium puerulum
Dioscorum, tanquam pro ætate facilem secti (erat enim xv. annorum) ante ver-
bis, post etiam verberibus agit. Quem cum in nullo sibi cedere videret, ferocius
eum cruciare contendit. Tum deinde ceteros varijs tormentis dilanians, cum pa-
ri modo constantia fidei videret armatos, tradi ignib' iubet. Dioscorum verò pu-
erum, quod sibi constanter & sapienter in omnibus respondisset, admiratus iudex,
disseri præcepit, sperans eum pro ætate poenitentem acturum. Sed ille confessi-
onis gloria illustratus, diuino nutu ad consolationem fidelium dimissus est. Acta
hæc sub Deciana persecutione.

Apud Cyprum, natalis sancti Spiridionis Episcopi, admirandæ sanctitatis viri, qui
vnus fuit ex illis confessoribus, quos Maximianus dextris oculis effossis, & sinistro
poplite succiso, per metalla damnauerat. Quique cum propheticam vitam duce-
ret, etiam signorum gloria inclutus fuit.

* Lugdani, sancti Nicasijs eiusdem vrbs Episcopi & martyris.

XVIII. CALENDAS IANVARIJ.

A pud Aphricam, sancti Valeriani Episcopi & confessoris natale. Qui tempore
VVandalicæ persecutionis (cum ex præcepto Genserici Regis Ariani, ad tra-
dendum ministeria diuina & libros arderentur cuncti Domini sacerdotes, ita vt
ijdem impij Ariani etiam de ipsis pallis altaris sibi camisas & femoralia facerent)
viriliter, ne sacramenta diuina traderet, dimicans, extra ciuitatem singularis expel-
li iussus est: & ita præceptum, vt nullus eum neque in domo, neq; in agro permit-
teret habitare. Cumque esset plus annorum octoginta, in strata publica multo
tempore iacuit nudus sub aere. Sicque in confessione catholice veritatis, & defen-
sione sanctimonij cursum beatæ vitæ impleuit.

Aurelianus, beati Maximini presbyteri, venerabilis sanctitatis viri.

XVII. CALENDAS IANVARIJ.

Martyrum trium * virorum sanctorum, Anania, Azaria, & Misaelis.
In Tuscia, natale sanctæ Barbaræ virginis & martyris, sub Maximiano Im-
peratore. Hæc primùm à patre suo Dioscoro diu afflictâ sub dira custodia, dein tra-
dita præsidi Martiano, expoliata, neruis & taureis valde cæsa, discerpta est, & cilicio
plagæ eius defricatæ. Inde reclusa in carcere, vbi luce diuina consolata est, mox
circa

Die 16.
* pueroꝝ
Dan.
Deea Suri
4. Decb.

430 MARTYROLOG. ADONIS ARCHIEP. TREVIR.
circa latera eius lampades ardentes applicatæ, & caput eius malleis cæsum, & ma-
millæ eius præcisæ. Deindè nuda per plateas ducta, & flagellis diutissimè afflicta
est. Ad extremum gladio data martyrium consummauit decimosextimo Calen-
das Ianuarij.

XVI. CALENDAS IANVARIJ.

Die 17.
De cor. 1. Fe-
bruarij. fu-
sus.
Iohan. 11.

Translatio sancti Ignatij Episcopi & martyris: qui tertius post beatum Petrum
Apostolum, Antiochenam rexit ecclesiam.

Itè eodem die, beati Lazari, quem Dominus Iesus in Euangelio legitur refu-
citasse à mortuis: Itè beatæ Marthæ sororis eius, quorum venerabile memo-
riam extracta ecclesia, nò longè à Bethania, (vbi è vicino domus eorum fuit) con-
feruat.

In Oriente, apud Eleutheropolim ciuitatem, sanctorum martyrum quinqu-
aginta, qui sub Saracenis passi sunt.

XV. CALENDAS IANVARIJ.

Die 15.
xpist. vnic.

Natalis beatorum martyrum Rufi & Zozimi, de quorum agone felici sanctus
Polycarpus epistola ad Philippenses scribit, dicens: Deprecor autem omnes
vos, obedientiæ operam dare, ac meditari paciẽtiam, quam vidistis in Ignatio, Ru-
fo & Zozimo beatis viris. Scientes, quòd hi non in vacuum, sed per fidem & iusti-
tiam cucurrerunt, donè venirent ad locum sibi à Domino præparatum. Quoni-
am quidem passionum eius participes extiterunt, nec dilexerunt presens seculum:
qui pro ipsis & pro omnibus mortuus est & resurrexit. Hi requiescunt apud ciui-
tatem Macedonum Philippis.

Apud Africam, natalis sancti Moyses martyris.

Turonis, sancti Gariani Episcopi, qui ad ipsam urbem primus ab urbe Roma E-
piscopus transmissus, multis claris miraculis, ibi quiescit in pace.

XIII. CALENDAS IANVARIJ.

Die 19.
De eo deo.
nyf. hist.
Eccle. Euf.
li. 6. ca. 34.

A pud Aegyptum, natale beati martyris Nemesij. Qui primò per calumniam
quasi latro iudici delatus est Aemiliano. Quo crimine absolutus, post hoc
Christianus esse defertur. In hoc verò nulla à iudice moderatio referuatur: sed ge-
minatis supplicijs excruciatum, cù latronibus iussit incendi, ignorans quòd crude-
litate sua optimo martyri Saluatoris similitudinem detulit. Qui pro salute huma-
ni generis vnà cum latronibus pertulit Crucem.

Aurelianus, sancti Auiti abbatis, qui spiritu prophetæ illustris, in eadem urbe
tumulatus est.

XIII. CALENDAS IANVARIJ.

Die 20.
Dionysius
vr sup.
cap. 34.

Natalis beatissimorum martyrum Ammonis, Zenonis, Eptolomæ, Ingenui, &
Theophili. Qui tribunalibus adstantes, cù quidam Christianus à iudice tor-
queretur, & iam penè ad negandum declinaret, disrumpentur intra semetipsos,
& vultu, oculis ac nutibus, velut erigere conabantur illum, qui in supplicijs posi-
tus trepidabat. Interdum etiam manus protendere, ac totius reliqui corporis mo-
tibus & habitu diuersè inclinati, tanquàm subleuare lapsantis animum gestiebant.
Conuersi verò ad eos omnes, & quid de semetipsis profiterentur, ex eorum moti-
bus agnoscentes, priusquam in eos vulgus clamoribus insiliret, ipsi in mediũ pro-
rumpunt, ac sese Christianos esse testantur. Pro quorum victoria, gloriosissime
Christus de antiquo generis humani inimico triumphauit, & verã vice, ex eorum
confidentia, persecutoribus terrorem, suis constantiam animi dedit.

* Antisiodori, beati Gregorij Episcopi & confessoris.

XII. CALENDAS IANVARIJ.

Die 21.
De Tho-
ma Surius
ex Metap.
Greg. Tu-
ro. de glo.
confes.
cap. 66.

A pud Edissam Mesopotamiæ ciuitatè, natalis sancti Thomæ Apostoli, qui
Parthis & Medis Euangeliũ prædicans, passus est in India. Corpus eius in ciui-
tatem (quam Syri Edissen vocant) translatum, ibiq; condigno honore conditum est.

Catalaunis, sancti Memmij, Episcopi primi illi ciuitati ab urbe Roma directi,
qui inter alia miracula mortuum suscitauit. cuius nunc sepulcrum creberrimis
miraculis illustratur.

Itè in Tuscia, natalis sanctorum Iohannis & Festi.

XI. CALENDAS IANVARIJ.

Die 21.

Roma, via Lauicana inter duas lauros, natalis tringinta martyrum, qui omnes
vno die persecutione Diocletiani coronati sunt.

Apud

SURIUS

g. der
Nomen

RVIII

5

DE SANCTIS MENSIS DECEMBRIS.

431

Apud Alexandriam, natale beati Schirionis martyris. Is nanque cum rem cuiusdam potentis sub mercede curaret, iubetur ab eo idolis immolare. Recusans cogebatur iniurijs. Persistens rursum blanditijs mulcebatur. Cum vero vtrunque contemneret, præacuta fude validissimè transuerberatus per media viscera neci traditur.

Dionys. Eccl. hist. 34. lib. 6.

Ipso die, aliorum quamplurimorum martyrum, qui in desertis & montibus apud Aegyptum oberrantes, fame, siti, frigore, languore, latronibus, bestijsque consumpti sunt, qui omnes imitati electos Dei prophetas, gloria martyrij coronati sunt. Inter quos & venerandus senex Charemon (Episcopus hic erat vrbs Aegypti, quæ dicitur Nilopolis) cum ad Arabicum montem unâ cum grandæua coniuge discessisset, nulli vltra apparuit.

- * In Antiochia, sancti Basilei Episcopi.
- * Ciuitate Ostia, sanctorum Demetrii, Honorati, & Flori martyrum.
- * Romæ via Portuense, depositio sancti Felicis Episcopi.
- * Item passio sanctæ Theodosiæ virginis, & Didymi monachi.

X. CALENDAS IANVARIJ.

Apud Nicomediam, sanctorum martyrum viginti, quos Diocletianus persecutio grauissimis cruciatos tormentis, martyres Christo fecit, & beatos sanctorum numero in caelis coniunxit.

Die 23. De his Euseb. lib. 1. c. 33.

Item Romæ, sanctæ Victoriæ virginis & martyris, persecutione Decij Caesaris. Hæc desponsata Eugenio viro pagano, rogante Tito Aurelio, qui sponsam Anatholiam virginem habebat, ad suadendam eam, vt ei nuberet, perrexit. Cui & dixit: Audi me, domina soror Anatholia, & ego Christiana sum, & noui quia Deus nuptias non condemnat. Prophetæ & Patriarchæ coniuges habuerunt, & posteritas eorum à Deo benedicta est. Nunc ergo audi me, & accipe virum, qui te non prodat, quod sis Christiana: sed per maritalem copulam fiat, vt ipse Christianis consentiat. Hæc dicenti Victoriæ virgo Anatholia respondit: O Victoria vince diabolum, & esto vera victoria. Tunc quando tota terra vacua erat, dixit Deus hominibus: Crescite & multiplicamini, & replete terram. Nunc plene terra, postquam filius Dei de caelo descendit, quotidie clamat: Crescite in fide, multiplicamini in charitate, & replete caelos: quia appropinquauit regni caelorum. Iterum inter alia & post alia, sancta Anatholia intulit: Ego die, qua explicui precij ornamentorum meorum in pauperes Christi, vidi per visum iuuenem aureo diademate splendidum, in vestibus purpureis atque gemmatis, qui grata facie & lato vultu me inspiciebat, ait: O virginitas, quæ non in operibus tenebrarum, sed semper in lumine versaris. Hæc ego audiens, euigilavi, & coepi flere: & proiciens me in pauimento, rogavi Dominum, vt is, qui mihi loquebatur, dulcissimos sermones iterum prosequeretur. Sic mihi oranti & prostrata, idem qui ante loquebatur, talia mihi subsecquitur: Virginitas purpura regalis est, quam qui induit, reliquis sit eminentior. Virginitas gemma est preciosa. Virginitas thesaurus est Regis immensus. Huic fures insidias tendunt. Hanc tu euigilans sollicitè custodi, quantumque te plus habere cognoscis, instantius custodi, ne perdas. His & similibus verbis & factis, incitata Victoria, omnè precium ornamentorum suorum & ipsa distraxit pauperibus. Sicque factum est, vt agentibus sponis earum Aurelio & Eugenio, quia nubere illis virgines Christi noluerunt, à Decio Imperatore vrbe Roma pulsa, ad prædia sponforum ducerentur. Vbi fame & inedia ita afflictæ sunt, vt vix ad vesperum modicus panis cibarius eis daretur, nulloque pacto efficere sponsum potuerunt, vt vel ad nubendum, vel sacrificandum animi illarum inclinarentur. Beata igitur Victoria in virginitatis proposito inuincibiliter persistens, post multa facta miracula, inter quæ plurimas virgines Domino aggregauerat, percussa est gladio in corde à carnifice Taliarcho, quem rogatu Eugenij sponsum sui Iulianus pontifex Capitolij & comes templorum, ad hoc opus direxerat. Passa est autem decimo Calendas Ianuarij. Corpus eius cum omni reuerentia curatum. Taliarchus vero percussor eius, leprosus factus, intra sex dies consumptus à vermibus exspirauit.

De ea carmen Althemi Episcopi Tomo 6. Suij.

Gen. 1.

Vise sanctæ Anatholig

S. Victoria dat sua bona pauperibus.

Gladio in corde percussit.

Item Romæ, beati Seruili, de quo beatus Gregorius scribit. Qui rebus pauper, meritis diues, quem longa ægrotudo dissoluerat. Nam à primæua ætate usque ad finem vitæ, paralyticus iacebat, nullo modo stare, aut in lecto surgere.

4. Dia. c. 14. & Hom. 15. in Euangelia apud Seruili.

SURIUS

g. ver.
noner.

FVIII

5

432 MARTYROLOG. ADONIS ARCHIEP. TREVIR.

vel ad sedendum valebat. Nunquam manum suam ad osducere, nec se potuit in
latus aliud declinare. Quicquid ex elemosyna potuisset accipere, hoc pauperibus
erogabat. Literas non nouerat, sed scriptura sacra sibi met codices emerat: & reli-
giosos quosque in hospitalitate suscipiens, hos coram se legere sine intermissione
faciebat. Sicq; factum est, vt quantum ad mensuram propriam attinet, plenè sacra
scripturam disceret. Studebat in dolore semper gratias agere, hymnis Deo & laudi
sancti Clementis Episcopi & martyris. Vbi ad commendandam eius sanctitatem,
ad eius tumbam miracula creberimè fiunt.

S. Seruuli
felix exit.

* Item Romæ, natalis sanctorum Eugenij, Eleutherij, Urbani, Cornelij, Traiani,
Victoris, Castula, Eutychiani ac sociorum eius, & aliorum octingentorum trigin-
taduorum.

IX. CALENDAS IANVARI.

Die 24.

Vigilia natiuitatis Domini.

In Antiochia Syriæ, natalis sanctarum virginum quadraginta, quæ persecu-
tione Deciana per diuersa tormenta martyrium consummauerunt.

De eo Suri
us Tom. 6.

Eodem die, apud Spoletum ciuitatem Tusciæ, natale sancti Gregorij martyris &
presbyteri, temporibus Diocletiani & Maximiani Imperatorum, sub iudice Flac-
co. Quem ad se adductum ita Flaccus aggreditur: Tu rebellis es deorum, & princi-
pum contemptor? Cui beatus Gregorius respondit: Si verè vis scire, ab infantia
mea nunquam à Deo meo recessi, qui me ex limo terræ formauit. Cumq; perse-
uerantissimus in fide confessionis maneret, fustibus nodosis dorsum eius verbera-
tum rumpitur: regyratus, venter eius dissipatur. Indè ligatus manus & pedes, in
eraticula superponitur, lignis suppositis. Et continuò terramotu cecidit vna re-
gio in ciuitate Spoletiana, & oppressit plusquam trecentos homines idolis seruien-
tes. Post ferro constrictus, sub custodia militum in carcere retruditur, vbi Angeli-
ca visitatione consolatur. Eductus è carcere, cardis ferreis in genibus percutitur.
Sed & ardentibus lampadibus latera eius sunt incensa, dicente beato martyre im-
pio iudici: Sitotum corpus meum perdas, præsto est mihi medicus Dominus Ie-
sus Christus, qui me sanat & corroborat. Tunc Flaccus iussit Tyrcano cuidam, vt
beatum Gregorium tractum in amphitheatro decollaret. Quo factò, iussit Tyr-
canus feras terribiles dimitti, vt corpus sancti martyris absorberent: sed nulla ea-
rum corpus sanctum attingit. Quædam aurem mulier Abundantia nomine, peti-
uit corpus martyris: sed quia non potuit obtinere aliter, datis trigintaquinque au-
reis Tyrcano, corpus recepit, & vt decuit martyrem, sepeliuit iuxta pontem lapi-
deum, & riuum qui Sanguinarijs appellatur, ad muros ciuitatis, nono Calendas
Ianuarias.

S. Gregori
fustib; ma-
tatur & in
eraticula
assatur.

Gladio ce-
ditur.

VIII. CALENDAS IANVARI.

Die 25.

De Natiui-
tate Domi-
ni, Vide Su-
rium.

IESVS CHRISTVS filius Dei in Bethleem Iudæ nascitur, anno Cæsaris
Augusti quadragesimosecundo, Olympiadis centesimæ nonagesimæ tertie, ab
Urbe condita anno septingentesimo quinquagesimosecundo: compressis cun-
ctarum per orbem terræ gentium moribus, & firmissima, verissimaque pace, ordi-
natione Dei à Cæsare Augusto composita: Quando Quirinus ex consilio Sena-
tus Iudæam missus, census hominum possessionumque describat: sextamque
mundi ætatem suo pijsimo consecrauit aduentu idem Dominus noster Iesus
Christus.

De Anasta-
s. o. Surij.

Eodem die, natalis sanctæ Anastasiæ. Quæ tempore Diocletiani, primò diram &
immitem custodiam à viro suo Publio perpeffa est: in qua tamen à Chryfogono
confessore Christi multum consolata & confortata est. Deinde à Præfecto Illy-
rici in grauissima æque atque diutina custodia macerata est. In qua duobus mensi-
bus refecta est celestibus escis, per sanctam Theodoten, quæ martyrium prius pas-
sa est. Deindè naui imposita cum ducentis viris, & septingentis foeminis, vt demer-
geretur in mare, perlata est ad insulas Palmarias, vbi per manus & pedes extensa,
& ligata ad palos fixos, circa media eius ignis accensus est, in quo martyrium con-
summauit. Et omnes qui cum illa venerant, varijs interfectionibus martyrium ce-
lebrarunt: Inter quos omnes, vnus erat Eutychianus nomine, innocentissimæ na-
turæ. Qui sublatis sibi (cum diues esset) omnibus facultatibus, tacuit: nihil cogi-
tans

S. Anasta-
sia igne cre-
mat.

tans, nihil quæ metuens, nisi hoc, ne diuitias fidei perderet. Quoriscunque denique fuisset auditus, quoriscunque interrogatus, nihil aliud dicebat: Christum mihi non tollet, etiam qui caput abstulerit. Tunc Appollonia Christiana matrona, tolleus corpus beatæ Anassie, ex osculabatur, & aromatibus condiens, dignisque linteaminibus obuoluens, intra viridarium domus sue fabricata basilica, ut decuit martyrem sepeliuit.

Eutychiana
nº cum so-
ciji interfi-
ciuntur.

Ipso die Romæ in cœmeterio Aproniani, passio sanctæ Eugeniæ virginis. Quæ tempore Gallieni Imperatoris, post multa virtutum insignia, & sacros virginum choro, quas Christo Domino aggregauerat, sub Nicetio vrbis præfecto alligata saxo, & præcipitata in Tyberim, mergi non potuit. Inde thermis ignitis inclusa, illa reperta est. Nouissime in custodia gladio iugulatur: & sublatum est corpus ab affinis eius Christianis, & positum non longe ab Vrbe, via Latina in prædio eius proprio, ubi multorum ipsa sepeliebat membra.

de Eugenia
Suriº T. 6.

S. Eugenia
gladio ca-
ditur.

VII. CALENDAS IANVARIÆ.

Natalis sancti Stephani protomartyris, non longè post ascensionem Domini passus, eodè scilicet anno passionis Christi. Hic ab Apostolis, cum esset plenus fide & spiritu sancto, Diaconus ornatur. Qui faciens signa & prodigia magna in populo, plenus gratia & virtute, in nomine Domini Iesu Christi, à quibusdam qui erant de synagoga quæ dicitur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & qui à Cilicia & Asia, cum eo disputantibus & conquirentibus, atque altercantibus, nec resistere valentibus sapientiæ & Spiritui sancto qui loquebatur: concitato populo, ac senioribus, scribisque aduersum eum commotis, raptus & adductus in concilium est. Cumque in simularetur, aduersus locum sanctum & legem docuisse: plenus Spiritu sancto ostendit, quomodo Iesus Christus ex lege monstraretur & prophetis. At illi stridentes dentibus in eum, & frementes in cordibus suis, atque aures suas comprimentes, impetu facto eiecerunt eum extra ciuitatem: & lapidatus martyr obdormiuit. Cuius beatissimum corpus viri timorati comportauerunt, & fecerunt planctum magnum super eum. Scribit beatus Lucas Euangelista beatissimam eius passionem in Actibus Apostolorum.

Die 26.

Act. 6. 7.
& 8.

S. Stephanus
lapidatur.

Eodem die Zozimi Papæ, qui sedit Romæ anno vno. Hic constituit, ut Diaconi læua tegetur pallis: & præcepit ut nullus clericus poculum in publico propinaret, nisi tantum in cellis fidelium & clericorum.

Põtificale
cap. 43.

VI. CALENDAS IANVARIÆ.

Natalis sancti Iohannis Apostoli & Euangelistæ, quem Iesus amauit plurimum, qui secundam post Neronem persecutionem mouente Domitiano, posteaquam in oleo ignito demersus, nihil passus est, in Pathmum insulam relegatus, vidit Apocalypsin. Interfecto aurem Domitiano, & actis eius ob nimiam crudelitatem à senatu rescissis, sub Pertinace redijt Ephesum. Et quia concussam se absente per hæreticos vidit Ecclesiæ fidem, confestim hanc descriptam in Euangelio suo, Verbi Dei æternitate stabilijuit. Rogatus siquidem ab Asiæ Episcopis, aduersus Cerinthum aliosque hæreticos, & maxime contra Ebionitarum dogma tunc con surgens (qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse) compulsus est scribendi Euangelij sanctum opus suscipere. Ferunt & aliam causam huius scripturæ: Quod cum legisset Matthæi, Marci, & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historiarum, & vera eos dixisse firmauerit: sed vnius tantum anni, in quo passus est Christus, & post carcerem Iohannis historiam texuisse. Prætermisso itaque anno, cuius acta à tribus exposita fuerant, superioris temporis, antequam Iohannes clauderet in carcere, gesta narrauit: Sicut manifestum esse poterit his, qui diligenter quatuor Euangeliorum volumina legerunt. Quæ res & διαφωνία, id est, dissonantiam, quæ videbatur Iohannis esse cum cæteris, tollit. Ipse autem vsque ad Traiani principis tempora perseuerans, totas Asiæ fundauit rexitque Ecclesias. Et confectus senio, sexagesimo octauo post passionem Domini anno mortuus, iuxta eandem urbem sepultus est. Scripsit autem & vnam Epistolam, cuius exordium est: Quod fuit ab initio &c. quæ ab vniuersis ecclesiasticis & eruditis viris probatur. Reliquæ autem duæ, Iohannis presbyteri esse ab aliquibus putantur: sed iam generalis Ecclesiæ consensus habet, quod has quoque epistolas Iohannes Apostolus scripserit.

Die 27.
De Iohanne
Surius. 6.
ex metaphis.

S. Iohannes
aduersus he-
reticos scri-
bit
Euangelij.

Obitus eius

Romæ, sancti Dionysij Papæ, qui sedit in Episcopatu annos sex, sepultus via Appia in

Põtificale
cap. 26.

pia in coemeterio Calixti. Hic ecclesias presbyteris dedit, & parrochias atque dioceses constituit.

* Item ipso die, Ordinatio sancti Iacobi fratris Domini, qui ab Apostolis primus ex Iudæis Hierosolymis est ordinatus Episcopus, & in medio Pascha martyrio coronatus.

V. CALENDAS IANVARIIL.

Die 28.
Matth. 2.
Euseb. li. 1.
Eccle. hist.
cap. 8.
Die 29.
1. Tim. 4. §

Bethleem Iudæe, natale sanctorum Innocentium, quos Herodes trigesimo quinto anno regni sui interfici iussit: qui anno 36 morbo intercutis aqua, & scaten-
tibus toto corpore vermibus, miserabiliter & dignè moritur.

III. CALENDAS IANVARIIL.

David Regis. Item apud Arelatem, natalis sancti Trophimi, de quo scribit Apostolus ad Timotheum: Trophimum autem reliqui infirmum Mileri. Hic ab Apostolis Romæ ordinatus Episcopus, primus Arelatem (quæ vrbs Gallie est) ob Christi Euangelium prædicandum directus est, ex cuius fonte (vt beatus Papa Siximus scribit) tota Gallia fidei riuos acceperunt: qui apud eandem urbem in pace quieuit.

de Crescēt.
Ado Vien.
in Chron.
etate 6.
Die 30.

Eodem die, sancti Crescentis, Apostoli Pauli discipuli, Viennensis Ecclesie primi Doctoris.

III. CALENDAS IANVARIIL.

Die 30.

A pud Spoletum, passio sancti Sabini Episcopi, Exuperantij, & Marcelli diaconorum, & Venustiani cum vxore & filijs, sub Maximiano Augusto. Qui beatus Sabinus cum esset clarus in omnibus diuinis instructionibus, & sermone eloquentissimus, tentus est à Præsidi Tuscia Venustiano cum duobus diaconibus Exuperantio & Marcello, & multis clericis. Cui Venustianus deum suum Iouem, quem habebat in cubiculo, ex lapide Coralite mirè formatum in vestimentis aureis, ad adorandum obtulit. Quem beatus Sabinus in manibus acceptum, facta oratione, continuo illisit in pavementum, & confregit. Quod factum videns Venustianus, cum furore iussit, vt præciderentur ei manus, & in conspectu eius Marcellum & Exuperantium eucleo suspendi, ac fustibus macerari, vnguibusque radi latera eorum, & ignem supponi. Hoc factò, in confessione Domini spiritum emisserunt. Quorum corpora præcepit iactari in fluuium, Sabinum verò Episcopum in carcerem retrudi. Audiens hoc quidam piscator presbyter, collegit corpora sanctorum, & sepeliuit iuxta viam iij. Calendas Ianuarij. Serena verò Christianissima virdua curam habens sancti Sabini Episcopi, adduxit ad eum in carcerem nepotem suum Priscianum, qui erat cæcus. Tunc sanctus Sabinus truncos suos super oculos ipsius posuit, & in fide Christi oratione facta, eum illuminauit. Videntes autem illi, qui in custodia erant, miserunt se ad pedes eius, & baptizati sunt eo die numero decem. Quod cum nunciatum esset Venustiano Præsidi, (indoluerant enim ei oculi, & præ dolore neque cibum, neque somnum capere poterat) misit vxorem suam, & duos filios suos, vt adducerent beatum Sabinum ad domum eius de carcere. Adducto itaque, prostravit se ad pedes eius Venustianus cum steru, vxorquæ eius & filij, agentes pœnitentiam, & rogantes se baptizari. Mox baptizatus vt de pelue leuatus est, nullum dolorem oculorum sensit. Hoc nunciatum est Maximiano, qui iratus præcepit Sabinum damnari, & ipsum Venustianum capite truncari. Veniens autem Lucius Tribunus, sine auditione beatum Venustianum cum vxore & filijs necauit in ciuitate Assisinate. Sanctum verò Sabinum adduxit in ciuitatem Spoletum, & tandem præcipit cædi, quousque deficeret. Cuius corpus collegit venerabilis Serena, quæ iam manus eius in dolio vitreo cum aromatibus condiderat, & infra domum suam posuerat, & sepeliuit eum à ciuitate Spoletana miliario plus minus vno, septimo Idus Decembris. Festiuitas tamen eius & supranominatorum martyrum tertio Calendas Ianuarij agitur.

S. Sabinus
idolum Iouis
cōfrangit.

Cæcum illuminat.

Cū socijs à Venustiano occiditur.

Gre. Turò.
li 2. histor.
Franc. c. 14.

* Turonis ciuitate, sancti Perpetui Episcopi & confessoris.

PRIDIE CALENDAS IANVARIIL.

Die 31.
De Siluest.
Pōtificale
ca. 34. & Surius To. 6.

Romæ, natale sancti Siluestri Episcopi & confessoris, qui post beatum Petrum tricesimus quartus, sedit annos vigintitres, menses decem, dies vndecim. Cuius industria Synodus præclarissima toto orbe terrarum, trecentorum, decem & octo patrum, apud Niccam urbem Bithyniæ celebratur, sub consulatione Constantini

SURIUS

g. ter
noner

RVTI

5

DE SANCTIS MENSIS DECEMBRIS.

435

tini Augusti & Licinij, 13. Calendas Iulij: attamen Iulij Papæ tempore consummatum. Fecit autem ordinationes sex mense Decembrio, Presbyteros quadraginta duos, Diaconos viginti quinque, Episcopos per diuersa loca sexaginta quinque. Sedit autem ex die Calendarum Februariarum, vsque in diem Calendarum Ianuariarum. Sepultus est in cœmeterio Priscillæ via Salaria, miliario tertio ab vrbe Roma, pridie Calendas Ianuarij. & cessauit Episcopatus eius dies quindecim. Hic constituit Chrisma ab Episcopo confici, & vt baptizatum colinat presbyter leuatam de aqua. Et constituit, vt nullus laicus crimen audeat clerico inferre: & vt diaconi dalmaticis in ecclesijs vterentur, & palla linoctima læua eorum tegetur.

Eccè Chris-
matis vsu
in prima
Ecclesia.

De Colūba
S. Eulogii in
memoriali
Sanctorum.

Apud Senones, sanctæ Columbæ virginis, quæ superato igni gladio caesa est.

Item Senonas, natale beatorum Sabiniani & Potentiani, qui à beatis Apostolis ad prædicandum directi, præfatam urbem martyrij sui confessione illustrem fecerunt.

* Retiaria, beati Hermetis Exorcistæ.

* Romæ, Donati, Pauli, Rogata, Dominandæ & Hilarinæ.

* In prouincia Sicilia, ciuitate Catana, sanctorum Stephani, Potiani, Atrali.

F I N I S.

DEO LAUDES ET GRATES.



SURIUS

*q. der
Kaiser*

RVITI

5

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

FINIS
DEO LAUDES ET GRATIAS

